¶Octauo credendū est, ꝙ in hostia sunt quattuor, ⁊ quattuor veraciter in calice credēda ꝯtinentur. Primo. n. in hostia virtute verboꝝ est corpus xpi. ratio, qꝛ illud veraciter cōtinetur in hostia, de quo ꝟba faciūt mentionē, sed hoc soluʒ est de corpore Christi, qꝛ ibi dr̃. hoc est enim corpus meū, vbi nihil dr̃ de anima, nec de deitate, nec de sanguine. Scdo ibi est sanguis Christi nō principaliter, sed ex ꝯcomitantia quadā necessaria, qꝛ corpus veꝝ, ⁊ viuuʒ non est sine sanguine. vnde dr̃ anima esse in sanguine. Tertio ibi est aia Christi ex ꝯcomitantia mediata, qꝛ impossibile est aiam informare, ⁊ perficere corpus, nisi corpus sit dispositū, sed sine sanguine non est ibi corpus bene dispositum, nec ēt organizatum. Ibi ex ꝯsequenti ēt est anima, cuʒ ibi sit corpus dispositū per sanguinē, ⁊ hoc est dicere mediāte sanguine. Quarto est ibi deitas ex quadaʒ ꝯcomitātia remota, qꝛ corpus ⁊ deitas sunt disparia, tñ ex quo Christus natus fuit ex Maria virgine verus homo, ⁊ Deus, ideo ēt hic est verus hō, ⁊ Deus. similiter dr̃ de calice, qd̓ ibi primo est sanguis, qꝛ de illo verba faciunt mētionem. Scdo ex ꝯcomitantia imediata ibi est corpus Christi. Tertio ex cōcomitantia mediata ibi est anima Christi. Quarto ex concomitantia quadam remota ibi est deitas.

¶Nono credendū est, ꝙ in hoc sacramento aliqd̓ est sacr̃m, ⁊ non res sacramēti, sicut species sensibiles panis, vini, ⁊ ille species sunt creature. vnde adorator videns hostiā non dʒ ferre intentionem principaliter ad id, qd̓ videt, sed ad id qd̓ credit ibi esse. s. Christum. Scdo inuenitur ibi sacramentum, ⁊ res sacramenti, ⁊ hoc est verū corpus Christi, ⁊ sanguis eius. Ista autem dñr sacramentum, ⁊ res sacramenti per respectum ad ministruʒ, vel sacerdotem sub debita forma ꝯficientem. vnde dr̃ sacramentum, quasi sacre rei signum, qꝛ significat spiritualem refectioneʒ anime. ⁊ dr̃ res, qꝛ hoc ipsum facit per gratiaʒ qd̓ continet. Tertio est ibi aliqd ꝙ est res sacramenti, ⁊ non sacramentū, sicut est gratia data digne suscipienti, ⁊ hec grā est res significata, nihil tñ significati. Quarto est ibi ꝙ nec est res sacramenti, nec sacramentum, vt sunt illa omnia que sunt concomitantia hoc sacramentum, siue sint accidentia propria, siue communia. Et illa dicuntur potius forme accidentales, siue species.

¶Decimo credenduʒ, ꝙ lʒ sacerdos debeat sub vtraq̃ʒ specie sumere hoc sacramentum cum celebrat, tñ populo sufficit sumere sub specie panis tm̄, ⁊ rō est, qꝛ ſm Archi. de ꝯsec. dist. ij. comperimus, in hoc sacramento non solum attenditur efficacia, sed etiam significātia. Significatur enim per istas duas species, scʒ corporis, ⁊ sanguinis, seorsum sumptas per sacerdotem tpe celebrationis, qd̓ sanguis Christi in cruce fuit diuisus a corpore suo, vt dicit Glosa super Mattheuʒ. Cū autem sacerdos tm̄, ⁊ non populus hʒ huius facti significationem ex ordine suo exprimere, tm̄ ipse ⁊ non populus, tūc sub vtraq̃ʒ specie dʒ sumere, eo ꝙ ipse tūc gerit vices Christi, populus aūt non. ⁊ ideo populo nō est opus de significātia, sed de efficacia, ⁊ qꝛ efficacia est equalis sub vtraq̃ʒ specie, iō populo tradit̃ sub altera specie, in qua tradi pōt cū reuerētia, ⁊ cautela. A presbyteris aūt tm̄ sumitur sub vtraq̃ʒ specie. ⁊ ꝓ isto sciendū, ſm Tho. in. iij. parte. q. lxxxij. arti. vij. ⁊ vlti. ꝙ circa vsum huius sacramenti pn̄t duo ꝯsiderari, vnū ex parte ipsius sacramenti, ⁊ aliud ex parte ipsoꝝ sumentium. Ex pte ipsius sacramenti ꝯuenit, ꝙ vtrunq̃ʒ sumat̃. s. corpus, ⁊ sanguis, qꝛ in vtroq̃ʒ ꝯsistit perfectio sacramenti, ⁊ ideo qꝛ ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum ꝯsiderare, ⁊ consecrare, ⁊ ꝑficere, nullo modo dʒ recipere corpus Christi sine sanguine. Ex parte aūt sumentium reqritur sūma reuerentia, ⁊ cautela, ne aliquid accidat qd̓ vergat in iniuriam tanti mysterij, qd̓ precipue posset accidere in sanguinis sumptione, quiqdem si incaute sumeret̃, de facili posset effundi, ⁊ qꝛ crescente multitudine populi christiani, in qua ꝯtinentur senes, ⁊ iuuenes, quorum quidā non sunt tāte discretionis, vt cautelam debitā circa vsum huius sacramēti adhiberent, ideo prouide ordinatū est vt populo sub altera tm̄ specie detur. hoc idem tenet sanctus Thom. super illud Jo. vj. nisi māducaueritis, dicēs. non est de necessitate salutis ꝑceptio sanguinis, sicut corporis Christi, cum Christus totus sub altera specie tm̄ sumatur. In hoc ipsum seqtur Lyra ibidem dicens. Non est intelligēdum ꝙ sub vtraq̃ʒ specie sit fidelibus exhibendum, sed tantum sacerdotibus sumendum.

SVMMARIVM

1 Eucharistie sacramentum sumentes, que obseruare debeant. 4.
2 Peccata esse delata ex quattuor signis perpendi potest.
3 Pollutio nocturna, an ⁊ quando sit peccatum, ⁊ arceat a sumptione eucharistie.
5 Error Begu, rdorum circa eucharistiam taxatur.
6 Eucharistiam sumere quotidie, an liceat.
7 Crapula vitanda, maxime diebus sumptionis eucharistie.

¶Caput tertium tertie partis.

a E qꝛ duplex Status vtitur hoc sacramēto ad saluteʒ. s. secularis, ⁊ spūalis, iō quilibet hʒ suas cautelas. † vna igit̃ omnes tam speciales cuilibet eoꝝ, q̃ʒ cōmunes vtrisq̃ʒ simul. Et primo cauēdum est oibus, ne in peccato mortali sumant hoc sacr̃m. Nam sic peccarent grauiter, iuxta illud. j. ad Corin. xj. qui aūt manducat indigne, iudicium sibi manducat ⁊c. Sunt aūt quidam qui sufficienter se preparant ſm veritatem. s. qui expellunt diabolum de corde suo per verā examinationem ꝯscientie, ⁊ per contritionem, siue iudiciū penitentie, ⁊ hi consequunt̃ gratiam, ⁊ manducāt digne. Alij sunt qui preparāt se sufficienter, non tñ ſm veritatem, sed ſm ꝓbabilitatem, ita ꝙ estimant se carere peccato, qui tñ si facerent maiorem ꝯscientie inquisitionem, inuenirent se reos, sed tñ sunt parati, qꝛ si scirent

peccatum

peccatum in se, vellent confiteri, non tñ apponunt ad hoc omnimodã diligentiaʒ. ⁊ hi q̃uis gratiã non percipiant, non tñ incurrũt offensaʒ, q2 nec sumũt digne, nec indigne, q̃uis sint indigni. Tertij sunt qui neutro mõ se preparant, imo ꝯtemnunt, ⁊ hi peccãt mortaliter, ⁊ sumũt indigne. vnde indigne accedũt triplices hoies. Primi qui cuʒ ꝯscia mortalis peccati, ⁊ sine ꝓposito penitendi accedũt. Scdi qui aliter quã ecclesia statuit accedũt, vel extra ecclesiã, vt scismatici, vel heretici. Tertij qui sine reuerẽtia accedũt, sicut faciunt multi qui premunt se ad altare, ⁊ vnus in alium q̃nq3 prouocatur, vel vt qdam sacerdotes preparantes se ad celebranduʒ distracti accedũt, ⁊ festinant. ita ꝙ q̃nq3 obliui-
a scuntur qd faciunt. † ⁊ l3 quis non posset habere certitudinẽ, an sit imunis a peccatis, potest tñ hoc perpendere per quattuor signa. Primũ est, cum quis verba Dei deuote audit. Jo. viij. qui ex Deo est, verba Dei audit. Scdm cum qs ad bene operãdum promptũ se inuenit, q2 ꝓbatio dilectionis est exhibitio operis, ꝭm Grego. Tertiũ, cum qs propositũ abstinendi a peccatis in futurum h3. Quartum est, cũ quis de preteritis cõmissis dolet. vnde si quis per hmõi, signa facta diligenti discussione sue cõscientie, q̃uis forte non sufficienti, ad sacram cõionem accedat aliquo peccato mortali in eo remanente ꝙ eius cognitionem subterfugiat, non peccat, imo magis ex vi sacramenti peccatoꝝ remissionem ꝯsequitur, q2 istud sacrm venalia delet, ⁊ mortalia oblita.
3 ¶ Scda cautela est oibus cõis, † ne quis pollutus in corpe accedat eodẽ die. Et non solũ requiritur mũditia mentis, qd. s. sit sine peccato, sed ẽt corporis. Pro quo sciẽdũ ꝙ pollutio potest ꝯtingere ex sola dispõne nature, ⁊ non ex precedenti cogitatione, ⁊ tunc non est signũ alicuius peccati, sed põt hebetudinẽ mentis inducere, si simul cũ imaginatione ꝯtingat, imunditiaʒ tñ corporis h3. ⁊ ideo si necessitas imineat, ⁊ deuotio exposcat, nõ impedit, precipue q̃n sine imaginatione accidit, tñ si propter reuerentiã tunc abstineat laudandus est, maxime q̃n talis dispositio nature nõ est perpetua, siue diuturna. Scdo modo põt cõtingere ex precedẽti cogitatione, ⁊ tunc si non fuit ꝯsensus ad cogitationem, ⁊ necessitas vrgeat, põt accedere, ⁊ celebrare, si aũt non vrgeat necessitas, accedẽdo non peccat mortaliter, sed venialiter, maxime q̃n cogitatio est cũ delectatione, l3 sine ꝯsensu. dicit tñ beatus Tho. ꝙ põt cõtingere ꝙ in ipsa cogitatione pollutio oriat, que si placet propter delectationẽ ex surreptione est peccatum veniale. Si aũt deliberante ꝯsensu, ⁊ precipue cũ complacentia futura, est peccatũ mortale. Ista aũt complacentia nõ facit dictã pollutionẽ esse peccatũ, q2 nõ est eius causa, sed in se est peccatũ. si aũt placeat vt alleuiatio nãe peccatũ esse nõ credit.
¶ Tertio ꝯtingit ex cibo, ⁊ potu, ⁊ tũc idem est iudiciũ, sicut de illa pollutione que ꝯtingit cũ imaginatione turpi, vt dicit canõ. vi. dist. testm, vbi dr. Cum appetitus gule, vltra modũ in sumendis alimẽtis rapitur, atq3 idcirco humoꝝ receptacula. i. virilia mẽbra grauantur, h3 deinde animus aliquẽ reatuʒ. i. veniale peccatũ. ⁊ hoc non ꝓhibet ab eucharistie sumptione, sed a ꝯfectione, nisi sit necessitas. vnde ibidẽ sequit, non tñ vsq3 ad ꝓhibitionem sacri mysterij ꝑcipiendi, vel missaꝝ solẽnia celebrandi, cũ fortasse aut dies festus exigit, aut exhibere mysteriũ pro eo, ꝙ alius sacerdos deest, ipsa necessitas cõpellit. hec ibi deʒ. ⁊ nota ꝭm Archi. in canone testm, dis. vj. ꝙ l3 pollutio ex crapula in somno, est veniale, tñ ipsa crapula precedẽs est mortale, ex quo p3 ꝙ l3 pollutio ex crapula que est veniale peccatũ, prohibeat nihilominus preter casum necessitatis a ꝯfectione, tñ laicuʒ a sumptione non prohibet qd plus est, q2 maior munditia requiritur in sacrificio, q̃ in sumptione. vnde Archid. vbi. s. elicit efficax argumentuʒ, ꝙ minus est audire diuina, q̃ celebrare, eo qd ꝭm Thom. peccator in mortali peccato existens videndo corpus Christi in missa non peccat, licet tunc debeat humiliari.
¶ Quarto ꝯtingit pollutio ex illusione diabolica, de qua dicit Jo. parisieñ. super. iiij. sniaruʒ. dist. x. q. ij. ꝙ talis illusio h3 q̃nq3 causam intrinsecam, sicut q̃n dormiens, non fecit qd debuit. s. se non signando, vel aliqd aliud, ⁊ sic est peccatum. Aliq̃n non est peccatum. s. q̃n habet causam extrinsecam, sicut narraꝭ in vitas patrũ de quodaʒ sancto viro, qui quoties celebrare volebat, procurabat ei diabolus pollutiones, ꝙ patres ꝑcipientes dederunt ei ꝯsiliũ, ꝙ audacter celebraret, qdcunq3 tñ mõ accidat, ex quadaʒ ꝯgruentia semp impedit sumptionẽ sacramenti ꝓpter duo.
¶ Primo q2 ibi semper accidit feditas corporalis, cũ qua nullus propter reuerentiam sacramenti d3 accedere, vnde accedentes lauãt manus ⁊c. nisi forte talis esset imũditia que esset perpetua, ⁊ diuturna, vt si eẽt lepra, vel fluxus sanguinis, vel seminis.
¶ Scdo q2 ibi sequitur pollutio in euagatione mentis precipue ex turpi cogitatione, que ẽt non sine culpa contingit. Tenenduʒ tñ est, ꝭm Tho. ꝙ in omnibus istis propter necessitatem, vel solẽnitatem diei, vel vbi vnus est sacerdos tñ, postponenda est talis ꝯgruentia, ⁊ cõmittendo se Deo cum dolore, ⁊ cordis cõpunctione, premissa ꝯfessione si haberi potest, alias cum bono ꝓposito confitendi accedat in nomine dñi, dicit ẽt doctor Parisiensis vbi. s. (⁊ ꝯcordat cuʒ sancto Thoma) de menstruo, ⁊ alijs immunditijs, ꝙ quandiu durãt ex quo sunt tꝑales immunditie, ⁊ non perpetue, in talibus est abstinendũ propter reuerentiam sacramenti. Si tñ mulier h3 deuotionem, vel forte postea non habebit tꝑs competens, ad hoc admittatur, ne ꝭm Greg. pena corporalis ei mutetur in culpaʒ. dicit tñ Grego. ꝙ si mulier eo tempore accedat, non est iudicanda, q2 passio sua non est culpa. si autem abstineat, laudanda est. v. dist. ad eius vero. valde igiꝭ essent arguendi sacerdotes idiote grauãtes tales personas grauibus penitentijs, eo ꝙ ad ecclesiam tꝑe menstrui ingrediuntur, aut ad sacramentũ altaris accedunt. ⁊ audiui de quodã ꝙ pro vna leui pollutione cuidã pie femine, ⁊ multũ deuote dedit multa psalteria pro penitentia comparanda, puto tñ ꝙ prouiderat in hac parte de simonia sibiipsi per eandem facienda, sed tñ mentita est iniquitas sibi. Jlla enim statim discretiorem accessit, qui cum ea melius, ⁊ mitius egit, ⁊ ita ille pauper fuit frustratus, ⁊ in sua spe simoniaca confusus.
4 ¶ † Tertia cautela, ꝙ nullus die illo in quo cõmunicet, debitum petat a ꝯiuge, vel econuerso vxor a marito, ꝭm Tho. in. iij. par. q. lxxx. nec ẽt nocte sequenti, aut precedenti, qd si fiat causa prolis generande, vel causa reddendi debitũ, iudicandum est, sicut de pollutione nocturnali que accidit nõ sine peccato propter immũditiam corporalẽ, ⁊ mentis distractionem. vnde in ꝯsilio Elibertano de ꝯsecra. dist. ij. c. omnis homo. dicitur. Omnis homo ante cõioneʒ sacrã a propria vxore abstinere d3 tribus, aut quattuor, aut quinq3, aut septem diebus. gl. abstinere d3 quantum in se est, vt non exigat, exactus tñ reddere debet quolibet tempore, vt patet. xxxiij. q. v. si dicat. dicit tñ gl. ꝙ hoc non est preceptum, pro illo notatur. xxxij. q. iiij. vir cum ꝓpria. Joan. etiam in nouella sua, de ꝯsecra. ecclesie, vel alta. c. j. lib. vj. super gl. in versi. feminis. in fi. dicit ꝙ q̃n maritus accepit eucharistiam, non d3 exigere, tenetur aũt reddere, de hoc. lxxxij. distin. proposuisti. ⁊. xxxiij. q. iiij. christiano. Jn tali ergo casu, vt dicit Grego. sunt homines suo arbitrio, seu iudicio relinquendi, ⁊ eoꝝ conscientia est requirenda cum veniunt ad ꝯfessionem. vnde si quis voluptate dominante ꝯiugi miscetur, prohiberi debet ab hoc sacramẽto. xxxiij. q. iiij. vir cum propria. Albertus aũt dicit, ꝙ etiam post sacram cõioem non l3 illo die debitum exigere, nec exactuʒ reddere, nisi cum difficultate. Puto tñ ꝙ reddens illo die debitum nõ peccet mortaliter, sed venialiter. Sed diceres tñ Hierony. in quodam sermone similiter ꝓhibet dicens. Quicũq3 vxori reddit debitum, non potest carnes agni edere. xxxiij. qd. iiij. sciatis. Dico ꝭm doctorem subtilem ꝙ non potest omnino cũ tanta reuerentia: ⁊ ideo ꝯsilium est, vt tunc abstineat, l3 non sit preceptum necessitatis, q2 non video quomodo ꝓpter hoc solũ peccaret mortaliter, q2 percepit corpus Christi. vnde glo. super. d. c. sciatis. dicit ꝙ talis non d3 edere de carnibus agni, idest corpore Christi propter reuerentiam sacramenti cuʒ causa libidinis cõmiscetur vxori. alias vero tenetur debitũ reddere, vt dicitur. xxxiij. q. v. c. j. Non video quare punietur, cum tñ pro mortali abstinendum
5 sit a corpore Christi, de ꝯsecrat. dist. ij. quotidie. † Ex qbus infero, ꝙ dogma beguardoꝝ docens hominem pro omni tempore quo idoneus est manducare spiritualiter, esse idoneũ ad manducandũ sacramentaliter, totaliter esse pestiferum, ⁊ scripturis sanctis ꝯtrarium, patet hoc ex. s. dictis. Nam multi sunt sine mortali peccato qui sunt idonei ad manducandũ spiritualiter, cum sint in gratia, ⁊ tñ propter reuerentiam sacramenti non sunt idonei ad manducandũ sacramẽtaliter, sicut patet de ꝯiugibus actualiter cõmiscentibus, vt dictũ est. Item apparet ex his quantus error est dicere, ꝙ homo ex reuerentia non d3 moueri ad abstinentiam, imo magis ad sacramentaliter percipiendũ. Similiter dicere ꝙ virgines, ⁊ vidue deuote negocia seculi abdicantes, si se in defectibus, ⁊ imperfectionibus spiritualibus inueniãt, periculose ab hoc sacramento abstineant. vnde eis ꝯsulendum est ꝙ quotidie, alias frequenter, alias aliquoties in septimana hoc venerabile percipiant sacramentũ, que omnia errorem sapiunt, ⁊ vulpinã caliditatem. vnde dico ꝭm docto. subtilẽ, ꝙ existens in grã actualiter indeuotus laudabiliter abstineat ab hoc sacramento. Nec est ꝯsilium ecclesie, ⁊ sanctoꝝ patrum per sumptionem sacramenti excitare actualem deuotionẽ, sed per ieiu-

nium, elemosinas, orationes, ⁊ meditationes deuotas primum
in se deuotionẽ excitare auxilio Dei, ⁊ demum ex sumptione eu-
charistie feruorem, ⁊ gratie expectare fideliter complementum.
¶ Quarta cautela, ne qs q̃ tumcũq; ꝯtritus de suis peccatis,
sine ꝯfessione facta sacerdoti accedat ad cõionem. nam sic acce
dens peccat grauiter ex hoc, qñ hꝫ copiam sacerdotis. Sacer-
dos tñ volens celebrare nõ secum habens copiã sacerdotis, si im
minet scandalũ populi, ⁊ iam incipit canonẽ, vel forte, quia infir
mus amisit loquelã, ⁊ ipse pro eo cõicando vult ꝯficere euchari
stiam, ⁊ celebrare missam, si talis est in ꝓposito confitendi quan
to citius poterit, non peccat cõmunicando. Licet aũt in pecca-
to existẽs non debeat sine ꝯfessione cõicare, tñ potest videre cor
pus Christi sine peccato. Si tñ abstineat propter humilitatem,
melius facit ẜm Tho. in. iiij. dist. xj. dicit tñ Albertus ꝙ pecca-
tor potest videre corpus Christi, sed non multo aspectu, sed eo
viso debet percutere pectus suum quasi non sit dignus aspectu.
¶ Quinta cautela est, ne qs nõ ieiunus accedat ad cõionẽ pro-
pter reuerentiã sacramenti. vij. q. j. nihil, ⁊ de ꝯsecr. dist. ij. liqdo.
⁊ hoc ꝓpter honorẽ tanti sacramẽti, vt dicit August. in lib. rñ-
sionum ad Januariũ, non te moueat ꝙ dñs post cenam cõicauit
apostolos, qꝛ hoc fecit ꝓpter impressionẽ memorie apostolorum
meliorem. si tñ iminet necessitas mortis, tunc põt cõmunicare ẽt
post cibũ, vel potum, sicut si qs vulneratus in taberna hora ve-
spertina tẽdit ad mortem, talis põt expediri statim, ne recedat si-
ne viatico. vnde non lꝫ aliquam medicinã ante cõionem recipere,
nec ẽt potare. si tñ lauando os, aliqd aque, vel si reliqas cibi in-
ter dentes remanẽtes transglutirent, non impeditur cõicare, qꝛ
non sumpsit illud per modũ cibi, vel potus, sed per modum sali-
ue, que vitari non põt. si quis ẽt post mediam noctis aliquid per
modũ cibi, vel potus recipit impeditur a cõione illo die. Si au-
tem ante mediã noctem, siue dormiat, siue non, quantũ ad ratio-
nem precepti non vr̃ impedire, tñ sine causa necessaria melius est
differre cõionem, ⁊ hoc ꝓpter turbationẽ mentis que ꝓuenit ex
indigestione, ⁊ insomnitate, ẜm quam homo redditur ineptus ad
cõmunionem. ita dicit Tho. in. iij. parte, questio. xxx.
¶ Sexta cautela est, vt oẽs christiani habentes annos discretio
nis. s. a decem (ẜm tñ sub, ⁊ supra) annis, semel in anno in pascha
non omittant cõicare, nisi de ꝯsilio sui sacerdotis, ⁊ propter ali-
quã rationabilem causam ad tp̃s abstineant, vt dr̃ de penit. ⁊ re
missio. omnis vtriusq; sexus. Si tñ sepius possint cõicare, com-
mẽdabiles sunt, ⁊ maxime ad festa Christi apostolorum, ⁊ patro-
norum ecclesie, in quibus maior deuotio excitatur propter festum
diem. vnde antiqua ꝯsuetudo iure approbata hꝫ ꝙ seculares in
natali dñi, pascha, ⁊ pẽtecoste, de ꝯsilio debent cõicare, de conse
cra. dist. iij. c. ⁊ si nõ frequentius. Seculares tñ persone ꝯtempla
tiue, ⁊ deuote singulis mensibus pñt cõicare. vnde ẜm Augusti.
in lib. de ecclesiasticis dogmatib. singulis diebus dñicis, si non
sint in ꝓposito peccandi amplius. Singulis aũt diebus nõ lau-
dat, nec vituperat cõmunicantes. Non laudat, qꝛ difficile est se-
cularibus se preparare ad hoc singulis diebus, saltem digne.
6 ¶ † Circa hoc tñ sciendum ẜm Tho. super. iiij. dist. xij. ꝙ si quis
experimẽtaliter cognoscit ex quotidiana sumptiõe feruorẽ amo
ris ad Deũ sibi augeri, ⁊ sacramẽti reuerentiã non minui, talis
posset quotidie sumere, siue cõicare. Si aũt sentiat reuerentiam
minui, ⁊ feruorẽ non augeri multum, dꝫ interdũ abstinere, vt cum
maiori reuerentia, ⁊ deuotione, postmodũ accedat. vnde quãtum
ad hoc vnusquisq; relinquendus est suo iudicio, vt dicit Augusti.
lib. j. in Januarium. Nec te moueat ad ꝯtrium illud dictum Am-
brosij lib. j. de sacramentis, qd̃ ẽt ponitur de ꝯsecr. dist. ij. si quo-
tiescunq;, qd̃ ẽt allegant hussite heretici dãtes presumptionem
cõicandi secularibus quotidie, vbi dr̃. qui semper pecco, semper
debeo accipere medicinã. hoc tñ est intelligendũ quantũ ad pre-
parationẽ animi, ⁊ ꝯscientie. vnde dicit ibidem gl. debeo semper
accipere, idest debeo semp me prestare, seu preparare habilem, ⁊
dignũ ad accipiendum. sic ẽt intelligendum est illud Ambrosii,
qd̃ ponitur, de ꝯsecr. dist. ij. non iste, vbi dr̃. Accipe quotidie ti-
bi illud qd̃ quotidie tibi prosit, ⁊ sic viue vt quotidie merearis
accipere, vbi glo. exponit. accipe quotidie. i. prepara te quotidie
habilẽ ad recipiendum. ⁊ ex his pꝫ ꝙ christianus semper habilem
se prestans ad recipiendum hoc sacr̃m, dicitur semper cõicare, ⁊
si non sacramentaliter, tñ spiritualiter. s. per fidem, deuotionem,
⁊ charitatẽ, iuxta illud August. vt qd paras dentem, ⁊ vẽtrem,
⁊ non mẽtem: crede, ⁊ mãducasti. de ꝯsecr. dist. ij. vt qd. Patet
etiam scd̃o ex hoc, ꝙ periculose errant illi qui dñt. sufficit ꝙ ego
ante cõionem paschalẽ. xl. diebus quadragesime me reddã ha-
bilem ad cõionem non curando totum tp̃s anni inutiliter expen-
dere, imo credentes se dignos, tunc ad cõionem currunt intrepi
di, quibus tñ melius esset, si quotidie digni existentes acciperẽt
spiritualiter, siue mẽtaliter, ⁊ vtiliter, quam semel in anno sacra-
mentaliter dãnabiliter. vnde Chryso. super epistolam ad Hebre.
sermone. xvij. circa mediũ omnes predictos tangit dicens. quos
magis acceptamus. i. approbamus, an eos qui semel in anno,
an eos qui sepius, an illos qui raro accipiunt? ⁊ rñdet, neq; illos
qui semel, neq; illos qui sepius, neq; illos qui raro, sed eos qui
cũ munda ꝯscientia, ⁊ qui cum mundo corde, qui cũ vita irrepre
hensibili, isti semp accedunt. Qui vero tales nõ sunt, neq; semel
accedunt, qꝛ iudicium sibi accipiũt, ⁊ dãnationem, ⁊ supplicium.
hec Chryso. ad hoc sonat illud de ꝯsecr. dist. ij. accipe quotidie,
vbi dicitur. Qui non meret̃ quotidie accipere, non meretur post
annum accipere, ⁊ est dictum Augusti. tractantis illud Matth.
vj. panem nostrum quotidianum ⁊c.
7 ¶ † Septimo caueat cõicandus, ne post cõionem cibis lubri-
cis, aut potibus, qui possint vomitũ prouocare, vtat̃, sicut fieri so
let in pascha, vbi tunc vtunt̃ lardo cocto infrigidato, ouis infri-
gidatis, ⁊ alijs cibis, ex qbus frequenter sequitur vomitus. Ta
les aũt qui ex hmõi causis die sacre cõionis habẽt vomitũ ex ip
sorum culpa qualicunq;, penitẽtia dura sunt puniendi, ⁊ ne sacer-
dos talẽ qualem voluerit penitentiã pro tali peccato iniũgat, au
diat penitentiã districtam diu per sanctos taxatã, ⁊ a iure appro
batam. sicut. n. dicit Beda in suo penitẽtionali, ⁊ ponuntur ver-
ba in decreto, de ꝯsecr. dist. ij. vbi dr̃. si quis per ebrietatem, vel vo
racitatem eucharistiã euomuerit. xl. dies peniteat, clerici, vel mo
nachi. lxx. diebus, Epi. xc. Si ṽo per infirmitatis cãm euomue
rit. vij. diebus peniteat. ⁊ hoc qd̃ dicitur de infirmo, cui iniungi-
tur penitẽtia pro vomitu, intelligendũ est ꝙ hoc fit ad cautelam,
qꝛ cum esset infirmus non debuit sumere, ⁊ ita fuit in culpa, vnde
⁊ sacerdos sit circa hoc cautus, ꝙ si viderit infirmũ talem ad vo
mitum pronũ, siue promptum, tm̃ ostendat sibi corpus Christi,
⁊ suadeat sibi pie credendũ, ⁊ sentiendũ de ipso, ⁊ sufficit sibi pro
cõmunione sacramentali, qꝛ nihilominus cõmunicat ipse spiri-
tualiter, ⁊ non sacramentaliter, si est sine peccato mortali.

SVMMARIVM

1 Eucharistie sacramentum conferẽs, vel conficiens, quas serua-
re debeat cautelas.
2 Peccator occultus, an debeat arceri a cõmunione.
3 Histriones nunquid a sacra cõmunione arceri debeant.
4 Joculatores audire recreationis causa non est peccatum.
5 Sacerdos in missa debilitatus, quid facere debeat.
6 Sacerdos celebrãs dꝫ esse cautus circa tractationẽ sacramẽti.

¶ Caput quartum tertie partis.

1 PRimo sacerdos caueat, † ne cõ
municet alienum
parochianum absq; licentia sui plebani, qꝛ grauiter
peccaret mittẽdo falcem in messem alienã. Religio
sus tñ hoc faciens est excõicatus de facto, ⁊ per solũ Papam est
absoluendus, vt dr̃ in. c. religiosi. de priuileg. in clemẽ. ⁊ nota ꝙ
plebanus cõicans alienum parochianũ non incurrit hãc penam
excõicationis, vt dicit Joan. and. in gl. d. c. ⁊ Stephanus polo
nus hoc idem sentit. si tñ religiosus prefectus ecclesie parochiali
hoc faceret, dubitat ibidẽ Jo. and. an incideret in illã penam, vr̃
tñ dicere ꝙ sic, in. c. j. de deci. in. j. glo. in clem. ⁊ in. c. j. de reb. ec-
cle. non alie. in glos. v. in fi. penam ꝯsimilem non extendit ad reli
giosum qui preest ecclesie seculari, vt clericus secularis.
¶ Scd̃a cautela caueat sacerdos, ne peccatorem occultũ ab hoc
sacramento publice petentem cõionem abijciat, vel prohibeat,
sicut quidã indiscreti fecisse inuenti sunt, vnde dicit Augus. non
ꝓhibeat dispẽsator. i. sacerdos pingues terre. i. peccatores men
sam dñi manducare, sed exactorem moneat timere. de ꝯsecr. di-
2 stin. ij. non ꝓhibeat. ¶ † Pro quo sciendum, ꝙ ẜm Tho. in. iiij.
sniarum, dist. ix. q. v. si peccatum est occultũ per ꝯfessorem solum
scitũ, ⁊ ille in occulto petit, dꝫ ei denegare, ⁊ monere eũ in occul-
to ne petat in publico. Si aũt nihilominus petit in manifesto, de
bet ei dare, exẽplo Christi, qui Jude traditori dedit corpus suũ.
j. q. j. Christus. de ꝯsecr. dist. ij. sicut Judas. si vero peccatum est
manifestũ, tunc siue in occulto, siue in manifesto petat, dꝫ ei dene
gari. Quare aũt peccatori occulto nõ est denegãda eucharistia.
Guido de bas. in rosario decretorum in. d. c. non ꝓhibeat. dicit ꝙ
hoc est iõ ne ꝓdat peccatorẽ suspectũ esse de crimine, qd̃ faceret

si eum

si eum prohiberet. Sed diceres videt̃ in hoc sacerdos esse reus
dãnationis sic cõicantis, qꝛ dat medicinã, per quaꝫ morit̃ egro-
tus, ⁊ dat gladiũ furioso, quo se trãsuerberat, imo vr̃ talis sacer
dos ꝓijcere in lutuꝫ pessimuꝫ ꝯscientie imunde illius peccatoris
corpus Christi. Rñdeo, ꝙ hec oia non debent aliquem mouere
in ꝯ̃rium, qꝛ nihil ꝯcludit. Iste aũt sacerdos non dat medicinaꝫ
morti ferã illi peccatori, sed ille peccator solus rapit violenter, a
quo nõ põt prohiberi de iure per sacerdotẽ. Nec dat ei gladiuꝫ
sacerdos, sed ipse solus violẽter rapit, cui sacerdos resistere non
põt, ex quo sibi ius ꝓhibuit, nec ꝓijcit corpus Christi in hoc ca-
su in lutum, sed ille peccator hoc facit. Sacerdos autem inuitus
hoc facit, ⁊ cũ dolore maximo, quia monet euꝫ in secreto Deuꝫ
timere, quod cum fecerit, non habet amplius quid faciat, sicut
de beato Gregorio legitur, ꝙ cum fratri petenti peccatori occul
to eucharistiam dedit, publice dixit, iudicet Deus inter me ⁊ te.
Eligat ergo peccator occultus, ꝑm consiliuꝫ Guidonis. s. dicti,
vt potius se prodat suspectum de peccato, abstinendo a cõmu-
nione, ꝙ̃ in peccato sumat indigne.
¶ Tertia cautela est, ne sacerdos det alicui hostiã non consecra
taꝫ loco ꝯsecrate, qꝛ ꝑm Tho. in sacramẽto veritatis non dꝫ esse
fictio aliqua, ⁊ hoc iõ, qꝛ mãducans hostiã, adorat eã, ⁊ sic com-
mitteret̃ idololatria, ꝙ crimẽ in sacerdotem retorqueret̃, qui da
ret actuꝫ, ⁊ cãm idololatrãdi, ꝫ Tho. in suo qͦlibeto. lib. vj. q.
vj. Nec ẽt solus sumat in missa ꝓpter qͦcunqꝫ peccatũ sibi oc-
currẽs hostiã non ꝯsecrataꝫ, sicut de quodã intellexi, qui sentiẽs
se grauibus peccatis fornicationis irretitũ, presertim cũ nocte il
la habuisset ꝯcubinaꝫ, timẽs offendere diuinã maiestateꝫ, in mis
sa eodẽ die per ipsum celebrata (ad quã non ꝯfessus pudore so-
cioꝝ alioꝝ, ne de eo illud sciretur, ꝯfusus accessit) hostiã non ꝯse
crataꝫ eleuauit populo adorandã, quã solus postea sumpsit, qͦd
sepissime facere asseruit corã ꝯcubina predicta, cũ per eã ipsa re
tenta irreuerẽtior, sicuti ad qͦd ita indignus accederet, fuisset re-
prehensus. hoc aũt est maximũ peccatũ, ⁊ maius illo quo qs in
peccato mortali cõicat, sicut dicit decretalis, de celebra. misse. c.
de hoie. vbi dr̃ ꝙ talis illudit Deo, ⁊ populo, qꝛ facit populum
idololatrare. faciat aũt talis sacerdos, iuxta ꝯsiliũ iuris. l. di. de
his. in fi. vlti. gl. vbi dr̃ ꝙ talis dũmõ sit ꝯtritus, ꝙ̃uis nõ ꝯfes-
sus necessitate vrgẽte põt licite celebrare, ⁊ in tali casu nõ fingat
se celebrare, sꝫ veraciter in noie dñi ꝯsecret, ⁊ hoc est not. dignũ.
3 ¶ Quarta cautela caueat † sacerdos, ne det corpus Christi hi-
strionibus, ⁊ alijs qui hoies prouocãt ad luxuriã, vel lasciuiam,
⁊ dissolutionẽ, qꝛ hoc nec diuine maiestati, nec euãgelice discipli-
ne cõpetit, de ꝯsec. dist. ij. pro dilectiõe. ⁊ hoc intellige de istis hi
strionibus, qui vtuntur verbis impudicis, vel factis illicitis, vel
adhibent ludũ negocijs, sicut illi qui induũt laruas, ⁊ fingunt se
ceruos, vel equos induẽtes saccos, ⁊ qui hoc faciunt tꝑibus in-
debitis, sicut diebus festiuis distrahẽtes populum a deuotione.
Alias aũt illis põt dari cõio, qui licite, ⁊ ornate iterdũ coraꝫ ho
minibus faciũt iocosam collationẽ verbis honestis, ⁊ non scan-
4 dalosis. † Nã ioculatores audire causa recreationis nõ est pec-
catũ mortale. lxxxvj. dist. donare, in. j. gl. nam ⁊ talibus põt dari
aliqd pro mercede, ꝑm Tho. ij. ij. q. lxviij. art. iij. similiter amẽti-
bus, ⁊ fatuis naturaliter non dꝫ dari. Si aũt omnino nõ sunt de
biles in mẽte, sed aliquo modo sunt dociles, ⁊ hñt reuerentiã ad
sacramentum, non debet eis denegari. Similiter pueris qui non
habent discretionem, non debet hoc sacramentum porrigi.
¶ Quinta cautela caueat sacerdos, ne habeat euaporatam, aut
corruptã hostiam, vnde notãt doc. ꝙ vltra vnã septimanam, seu
hebdomadã sacerdos non dꝫ seruare hostiã, ne putrescat, vt ha
bet̃, de sent. excõ. vt promittimus, super glo. j. Similiter ne sit vi
nuꝫ acetosum, qꝛ in talibus nihil ꝯficeret. si tñ hostia nõdum to-
taliter esset euaporata, sed tẽderet ad corruptionẽ, si vinum ẽt in
ciperet acescere, põt quidem ꝯfici, sed peccat ꝯficiens mortali-
ter ꝓpter irreuerẽtiã sacramẽti. similiter ne ꝯficiat in vino agre-
sto. s. nõdum maturo, qꝛ nondũ est vinũ, sed in via gñationis. In
musto tñ ꝯficitur bene, qꝛ hꝫ plenam rõnem vini, tñ non est ꝯfi-
ciendũ de multo recenti musto ꝓpter impuritatẽ ipsius, ꝫ Tho
mam in. iiij. dist. xj. q. iij. arti. j. ij. ⁊. iij. Videat etiam sacerdos qͦd
apponat tm̃ de aqua, quod totaliter potest conuerti in vinum.
¶ Sexta cautela caueat sacerdos, ne cũ est debilis, ita ꝙ nõ po
test ꝯficere missam, audeat celebrare, sicut cõtingit patientibus
tertianã febrem, ⁊ quartanã, vel quos interdũ dimisit febris, qui
vt sepius deficiunt tꝑe celebrationis, ita ꝙ vix ab altari domuꝫ
lãguentes deportantur. veruntñ lꝫ sic debilis non põt celebrare,
potest tñ se ipsum cõicare si non hꝫ alium sacerdotem, qui ipsum
cõicaret, sed tunc dꝫ habere stolam. xxiij. dist. ecclesiastica, in gl.
5 prima. † In hoc tñ casu si sacerdos incipiens missam debilitatur
intm̃, ꝙ non possit eã perficere, si est ante ꝯsecrationem corporis
Christi, vel ante ꝯsecrationem sanguinis, vel ẽt sanguine ꝯsecra
to, dꝫ reliqua pars misse suppleri per aliũ, vt patet. vij. q. j. nihil.
⁊ hoc idem tꝫ Tho. in. iij. par. q. xciij. si aũt sacerdos post ꝯsecra
tionem corporis Christi, ante tñ ꝯsecrationem sanguinis perci-
piat vinũ, aut aquam deesse in calice, tunc dꝫ statim apponere, ⁊
ꝯsecrare. Si vero post omnia ꝯsecrationis verba percipit quod
aqua desit, dꝫ nihilominus procedere, qꝛ appositio aque non est
de necessitate sacramẽti, nullo aũt modo aqua dꝫ vino iam ꝯse-
crato misceri, si aũt post ipsam ꝯsecrationem sanguinis percepit
ꝙ vinũ non fuit appositũ in calicem, sed solũ aqua, si hoc perci
pit ante sumptionẽ corporis Christi, dꝫ deposita aqua (si ibi fue
rit) aquã cum vino sumere, ⁊ resumere a verbis ꝯsecrationis san
guinis. si vero hoc ꝑcipit post sumptionẽ corꝑis Christi, dꝫ ap-
ponere aliã hostiam cũ sanguine ꝯsecrandã, ⁊ in fine sumere ho
stiã iterum ꝯsecratam, ⁊ sanguineꝫ, non obstante si prius ẽt sum-
psit aquã que erat in calice, qꝛ preceptũ de perfectiõe sacramẽti
maioris est põderis, ꝙ̃ preceptũ, ꝙ hoc sacr̃m a ieiunis suma-
tur, ꝑm Tho. alij tñ vr̃ ꝙ solum dꝫ apponere vinum in caliceꝫ,
⁊ aquã sine noua hostia, ⁊ repetere ṽba ꝯsecrationis calicis tm̃
ab illo loco, simili modo. Et si timet prolongationẽ misse, sufficit
dicere verba essentialia ꝯsecrationis calicis, nec est necesse repe
tere orationes sequẽtes, ⁊ hoc totũ intelligũt ipsi, si gustauit tm̃,
⁊ nõ transglutiuit. quid aũt faciat si habeat aquaꝫ in ore, ⁊ vere
sentit ꝙ est aqua tm̃: dicit Inn. ꝙ non dꝫ eam emittere, qꝛ ꝓpter
corpus Christi, ꝙ est in ea cauẽdũ est, ne vtiliter tractet̃, ⁊ qꝛ est
timẽdũ ne generaret̃ scandalũ his qui viderent, dicit ẽt ipse In-
no. si eã transglutiuit non est ieiunus, nec dꝫ postea ꝯficere. vij. q.
j. nihil. Host. vero dicit, ꝙ dꝫ eam seruare, ⁊ ponere in sacrario,
⁊ ꝑm hoc dꝫ se fingere eam trãsglutire, ⁊ hoc ideo qꝛ alias tanꝙ̃
nõ ieiunus non dꝫ conficere. Ego tñ teneo cũ Tho. ꝙ post ꝯse-
crationẽ illius aque posset in hoc casu ꝯsecrari corpus Christi,
⁊ sumi, ne sacrificiũ maneat imperfectũ, qͦd est grauius peccatũ.
Itẽ si percipit hostiam corruptã post sumptionem, dꝫ aliaꝫ acci-
pere, ⁊ iteruꝫ consecrare, ⁊ sumere, ꝑm Tho. in. iij. par. q. lxxxiij.
ar. vlti. similiter si recordaret̃ se omisisse aliqua verba, que sunt
de necessitate forme, resumat formã iterum per ordinem. Si au
tem essent verba nõ de necessitate forme procedat, ne turbet or-
dinem officij diuini, ꝑm Tho. in. iij. parte. q. lxxxiij. arti. vlti.
6 ¶ Septima cautela caueat † sacerdos, ne aliqd de corꝑe Chri-
sti, vel sanguine in terrã, vel in vestem ornatus sui cadere, vel stil
lare ꝑmittat, qꝛ grauiter puniretur, nã si ceciderit aliqd super ta
bulam ligneã lingua lambat̃, ⁊ tabula radatur. si aũt non est ta-
bula locus radat̃, ⁊ comburatur, ⁊ cinis in sacrario recondat̃, ⁊
sacerdos. xl. diebus peniteat. Si vero suꝑ lapidem altaris ceci-
derit, sorbeat sacerdos stillã, ⁊ tribus diebus peniteat. si vero su
per lintheũ altaris, vel super casulam sacerdotis ceciderit, si per
uenerit stilla ad aliud lintheũ. iiij. diebus peniteat. si vero perue-
nerit ad tertiũ. ix. diebus peniteat. si vsqꝫ ad quartũ. xx. diebus
peniteat, ⁊ lauet lintheamina tribus vicibus, que stilla tetigerit,
supposito calice, ⁊ aqua ablutionis, iuxta altare ꝯdatur, de ꝯse-
cra. dist. ij. si per negligentiã posset ẽt sumi a sacerdote, nisi time
ret̃ abominatio. Cautius tñ est illaꝫ partẽ lintheaminis, vel cor
poralis excidere, vel cõburere, cinerem autẽ ponere in sacrario,
ꝑm Tho. in. iiij. dist. xiij. ⁊ in. iij. parte. q. lxxxiij. ar. vlti. habẽtur
hec omnia, de consecra. distin. ij. si per negligentiam.
¶ Octaua cautela caueat sacerdos, ne aliqd cadat in caliceꝫ, ⁊
maxime in estate, vt est vermis, aranea, musca, fimus passeris,
puluis, ⁊ similia. qͦd si ante ꝯsecrationeꝫ calicis ꝯtigerit calix de
bet ablui, ⁊ de nouo vinũ infundi cum aqua. si vero post ꝯsecra-
tioneꝫ dꝫ caute capi, ⁊ diligenter lauari, ⁊ cõburi, ⁊ ablutio in sa
crario mitti. ⁊ si venenũ ibi esse deprehenderit, nullo modo sume
re dꝫ, nec alteri dare, ne calix vite in mortem vertat̃, sed dꝫ dili-
genter seruari in vasculo, ⁊ ne sacr̃m maneat imperfectuꝫ, dꝫ in-
de deponi, ⁊ sacerdos denuo incipere ꝯsecrationeꝫ calicis, vt sa
cramẽtũ perficiat̃, nihil. n. abominabile dꝫ sumi occasiõe huius
sacramẽti, ꝑm gl. fi. c. si per negligentiã. de ꝯsec. dist. ij. hec Hug.
¶ Nono caueat ne corpus Christi, ponat incaute, ita ꝙ a mu-
ribus comedat̃, qꝛ de hoc. xl. diebus dꝫ penitere, de ꝯsecr. dist. ij.
qui nõ bene. sed dicitur tñ ibi. Mus non comedit corpus Chri
sti, quare ergo sacerdos sic tũc punitur? rñdeo, lꝫ multi doc. non
ꝯcedant ibi rodi corpus Christi, sed solũ speciem sacramẽti, eo
qͦd (vt dicunt) quã cito sumit̃ a mure, vel ab alio aiali, desinit esse
sacr̃m, non est tñ inconueniens, si dicatur ꝙ mus sumat corpus
Christi, cũ sceleratissimi hoies illud sumãt, ꝑm gl. de ꝯsec. dist. ij.

qui non bene. Potest tñ dici, q licet homo malus sumat sacramentũ istud sacramentaliter, ⁊ nõ spiritualiter, mus tñ, vel brutum aial, nec spiritualiter, nec sacraliter recipit, q2 non vtit eo vt sacro, eo q non credit ibi esse Deũ, ⁊ hoiez, sed sumit per modũ alterius cuiuscunq3 cibi, ⁊ ita sumit bene accidẽtia, ⁊ species sacramentales, sed non sacrm, imo dicũt doc. vt no. in gl. d. c. non iste. de ↄsec. dist. ij. qd ẽt in bono hoie quandiu sentiunt species, tãdiu est ibi corpus Christi, ⁊ q̃ cito deglutit, statim desinit esse sacrm, ⁊ corpus Christi dsinit esse in sumẽte. ita sentit Hug. cardi. sed Ugo de. s. Victore, ⁊ recitat Archid. in. c. predicto. non iste, dicit q q̃diu ibi manet species, sub illis est Christus integer, vñ si itrãt stomachũ, sub illis manet q̃diu sunt ibi, sicut sub ipsa specie est in pyxide. ⁊ verũ est sm Pe. de tharan. q non vadit in corpus nostrũ, vt illud nutriat, sicut ceteri cibi, intrat tñ, ⁊ est ibi sub specie sacramẽtali q̃diu illa durat, sm Pet. ⁊ hoc ẽt tenent theologi. dicit ẽt gl. de ↄsec. dist. ij. tãta, super verbo commisceri. q species ille, nec cibis alijs cõmiscent, nec in stomachũ descendunt, ⁊ ppter hoc, neq3 per secessum emittunt. ⁊ l3 aliqs ex ipsis reficiat, non tñ incorporant, nec in stomachũ descẽdunt, nec per secessu3 emittunt. Interdum tñ ẽt homo odore recreat, qui tñ nec per secessu3, nec in stomachũ digeritur, tñ Bartholo. Brixieñ. ibidez, dicit q bene dicere põt. q in stomachũ descendant, nã alias quomodo euomerentur? qñ ergo dicit Augusti. non iste est panis qui transit in ventrẽ, exponit Archi. in. c. si qs per ebrietatẽ. de ↄsec. dis. ij. q hoc pro tanto dr q non est iste panis qui vadit in corpus, sicut cibus nãlis, sic q nutriat, s3 est ibi sub specie sacramentali. ⁊ pro tanto punit sacerdos, q2 permisit irreuerenter a muribus ↄtrectari sacramentum ta3 venerabile.

Quarta pars Tractatus. De sacro penitentie, ⁊ cõfessionis.

Prefatio.


Enitentiam Agite appropinquabit enim regnũ celoꝝ. Matthe. iij. ⁊. iiij. ⁊ de peni. dis. j. ex his, q2 restituta in baptismo inocentia, hõ fragilis illesam, ⁊ incõtaminatam ↄtinue seruare non põt vitam. qn sepius cadat, ideo diuina maiestas ꝯ casum homini pro restauratione inocentie predicte de sacro penitentie prouidit, per quã homo a Deo per peccatu3 elõgatus, ad ipsu3 appropinquat. hinc est q saluator veniẽs in mundũ quasi bonus medicus egrotis ↄsulens dicit. penitẽtiam agite. Agite inq̃ sm Gorrã super Matth. tanq̃ medicinã ad sanandũ morbũ, quasi armaturã ad ineundũ bellũ, quasi claue3 ad reserandũ celũ. Tria. n. ↄsequit penitẽtie actor. s. sanatione3 vulnerũ cordis, armationẽ insidiaꝝ hostis, ⁊ apertionẽ regni celestis. vnde dr. Appropinquabit. n. vobis regnu3 celoꝝ. diffinit aũt sic, sm magrm sniaꝝ. lib. iiij. dis. xiiij. penitẽtia est virtus qua cõmissa mala plãgimus, cũ emẽdationis pposito. Amb. aũt sic diffinit penitentiã. Penitentia est virtus cordis, amaritudo aie pro malis, que qs cõmisit. alibi ẽt idem Amb. dicit. penitentia est mala preterita plangere, ⁊ plangenda iterum non cõmittere.

SVMMARIVM

1 Penitentia est bimembris.
2 Absolutionis a peccatis vera forma.
3 Penitentie tres sunt species.

Caput primum quarte partis.

1 
Irca quod Sciendũ † q duplex est penitẽtia. s. interior tm, ⁊ est dolor p peccato, ⁊ hec est de iure nãe. alia exterior, que fit arbitrio hois. s. imposita per sacerdotẽ. prima non est sacrm ppie, sed scda. s. per ministros ecclesie imposita, est aũt mã huius sacramẽti actus ministri. s. sacerdotis, que3 exercet circa peccatorẽ absoluẽdo ipsum. forma aũt istius sacramẽti, l3 a Christo nõ sit instituta certa, tñ sm doct. est hec, q primo premittat oratio. s. illa, dñs te absoluat, vel misereat tui omnipotẽs Deus, ⁊ dimittat tibi oĩa peccata tua, ⁊ pducat te in vitam eternã, ⁊ tunc sequat forma essentialis. s. ⁊ ego auctoritate qua fungor, absoluo te a peccatis tuis. In noie patris, ⁊ filij, ⁊ spũssancti. ita ponit Alber. in scripto quarti sent. dist. xvij. dicit aũt Tho. in. iij. parte. q. lxxxiiij. art. iij. q de substãtia forme est. Ego te absoluo, sed hoc premittit. s. oratio, non est de substãtia forme, s3 tm ne sacramẽti effectus impediat ex parte penitẽtis. fit aũt manus impositio sup caput ↄfitentis, qd non est de essentia, sm Tho. q2 hoc sacrm non ordinat ad aliq̃ excellentiã gratie ↄsequenda3, sed ad remissionẽ peccatoꝝ. vnde magis in hoc sacro cõpeteret signũ crucis, q̃ manus impositio, in signum qd per sanguinẽ Christi remittunt peccata, non tñ est de necessitate sacramenti, hoc tñ qd dicit sacerdos. ego te absoluo, v3 tm. i. sacramentũ absolutionis tibi cõmitto. sicut cũ queritur ab aliquo baptizãdo. credis in Deu3? rñdet, credo, q v3 tm, sicut sacrm fi-
2 dei suscipere volo, sm doc. Parisieñ. dist. xiiij. q. iij. Plures tñ docti sic absoluunt, auctoritate dñi nostri Jesu Christi, ⁊ auctoritate beatoꝝ Petri, ⁊ Pauli, ⁊ auctoritate mihi in hac parte ↄcessa, ab oibus peccatis tuis per te Deo, ⁊ mihi ↄfessis ego te absoluo. in noie patris, ⁊ filij, ⁊ spiritussancti, ⁊ ista forma mihi magis placet, tñ ex quo certa forma nõ est ab ecclesia prescripta in hoc sacro, eligat si quis, quã vult ex istis. vnde ex hoc põt patere, q cu3 istud sacrm non habeat certã formã a Christo institutã, vel per ecclesiã prescripta3 vr ↄsonum, q illi qui absoluũt per virtute3 passionis dñi nostri Jesu Christi, vel aliter, non sint dãnandi tanq̃ erronei, imo vr q predicta forma absolutionis per docto. inuẽta, ⁊ approbata sit sustinẽda, nec opus fuit repetere ↄfessiones talibus factas, q2 in nullo contra determinationem ecclesie venerunt predicti, nec causa inducendi errorem per illam formam, sed tanquam pie seruatam, eadem vñ sunt.

Ulterius Sciendũ, q tres sunt spẽs penitẽtie, queda3 est solẽnis, quedã publica, quedã pri-
3 uata, seu secreta. Solẽnis penitẽtia est, que iponit ab epo in capite ieiunij pro crimine publico, ⁊ manifesto, sicut p homicidio, incẽdio, ⁊ sacrilegio ⁊c. ⁊ talis nõ põt reiterari, ne vilescat, nec imponit clerico, nisi deposito, ⁊ agẽs tale3 pniam, decetero non põt pmoueri ad sacros ordines. forma aũt imponẽdi eam ponit. l. di. in capite, vbi dr q oẽs penitẽtes qui talẽ pniã publicã suscipiũt, presentẽt se epo in capite quadragesime ante fores ecclesie nudis pedibus, vultibus in terrã demissis ⁊c. itẽ debent adesse dcani, archipresbyteri, parochiani, ⁊ psbyteri penitẽtiu3, qui dẽnt iniũgere talibus pnias. post hoc eos in ecclesiã itroducãt, ⁊ cũ oi clero. vij. psalm. penitẽtiales, ipsis in terrã prostratis cũ lachrimis, pro eoꝝ absolõne decantẽt. postea surgẽs ab oratione, manus eis imponat aquã benedictã sup eos aspergat, cinere3 tñ prius imittat, deinde cilicio capita eoꝝ coopiat. Post hoc per ministros ecclesie de ecclesia eos expellat cum rñsorio. in sudore vultus tui. Iste tñ modus nõ seruat apud nos, s3 translatus est in cenã dñi, ⁊ ibi expedit. Sciẽdũ tñ sm Guil. q igressus ecclesie qui iniungit solẽniter penitẽtibus, pẽdet ex arbitrio sacerdotis, tñ postq̃ introducunt tales in ecclesiã per epm feria quinta magna, solũ intrabunt ecclesiã, vsq3 ad octauã pasche, ⁊ postea exibũt per totum annũ, vt dicit gl. j. dist. in capite, ⁊ erunt extra ecclesiã, vsq3 ad eãdem feriã sequentis anni, nec cõicabũt aliqñ vsq3 ad mortem. Qñq3 tñ minus sm arbitriũ episcopi. xij. q. ij. de viro. xxxiij. q. ij. admonere. xxvj. q. vj. si quis de corpore, ⁊ de penitẽ. distinc. v. si qui vero. si tñ penitet, põt ei secundo, vel tertio anno reddi ingressus ecclesie, vt patet. xij. qo. ij. de viro. Pnia publica est, que fit in publico, non tñ cu3 pdicta solẽnitate, vt cũ iniũgit alicui pegrinatio per mundũ cũ baculo cubitali, ⁊ cũ scapulari, ⁊ cũ hmõi. ⁊ hãc põt imponere qlibet suo parochiano, ⁊ fit publice, iõ vt publicũ pctm publicã habeat medicinã, sicut si qs in fornicatiõe ẽet deprehẽsus publice, vnde q2 talis est magna ↄfusione dignus, pp alioꝝ scãdalũ, ⁊ vt sit in alijs in terrorẽ, ⁊ in exẽplũ penitẽdi, ⁊ nõ desperãdi, publice agat penitẽtiã, non op3 aũt pro quolibet manifesto peccato manifesta3 agere pñiam, sm Albe. sed solũ qñ scãdalizauit alios, ⁊ hoc est ↄtra multos qui iniungũt suis parochianis publicã pnia3 ante fores ecclesie, vel in circuitu cemiterij ambulare ante pcessione3 in die festiuo, vel iacere ad faciẽ infra hostiũ ecclesie, p leui peccato, sicut pro vna potatione, vel p alio peccato, qd tñ nõ scandalizauit totã ecclesiã, ⁊ isti precludunt viã penitẽdi, seu ↄfitendi alijs similib. peccatis inuolutis, ne similiter ↄfundant. Penitentia aũt priuata, seu secreta est, qua3 qs imponit pro pctõ occulto, vt aũt ordinate procedamus circa hmõi penitẽtias, tam publicas, q̃ priuatas, tria ↄsiderari op3 circa istud sacrm. Habet enim pnia tres ptes. s. ↄtritione3, ↄfessionẽ, ⁊ satisfactione3.

SVMMARIVM

1 Contritionis diffinitio, ⁊ eius effectus.
2 Contritio circa peccata qualiter se haberi debeat.

Caput

¶ Caput secundum quarte partis.



1 Ontritio est dolor pro peccatis† voluntarie assumptus cū ꝓposito ꝯfitēdi ⁊ satisfaciēdi. Circa qꝺ sciēdū qꝺ dolor est duplex. Unus est volūtatis, qꝛ nō est aliud nisi peccati displicētia, ⁊ iste est ꝺ necessitate ⁊ essentia ꝯtritionis, Alius est dolor sensibilis q apparet in lachrimis ⁊ suspirijs. ⁊ iste nō est de essentia ꝯtritionis, sꝫ de ꝑfectione, qꝛ non est in nr̄a ptāte eā hr̄e qñ volumus. Pōt aūt fieri tāta ꝯtritio qꝺ nō solū culpa, sꝫ ēt tota pena dimittat̄. Pōt.n.tm̄ incēdi charitas in cōtrito, ⁊ tātus esse dolor sensibilis, qꝺ ꝯtritio inde ꝓcedēs merebit̄ solutionē ab oī pena. Sciēdū tñ est qꝺ aliqui putant satis indiscrete tūc esse ꝯtritionē qñ hn̄t quādam displicentiā de peccatis, vel qñ hn̄t ꝓpositum dolendi de eis, ⁊ tales pauperes decipiunt̄, hoc.n.non est ꝯtritio, sed attritio. Sed qñ homo hꝫ perfectā displicentiā, ⁊ hꝫ non solū dolendi ꝓpositū, sed ēt veꝝ cordis dolorē pro ipsis, tunc hꝫ ꝯtritionē, ſm Tho.in.iiij. dist.xvij.
2 q.vj.arti.iij.† Debet aūt peccator de omni peccato mortali dolere ⁊ ꝯtritionē hr̄e, ⁊ de quolibet specialr̄. De oblitis tñ sufficit ꝯtritio gn̄alis cū conatu ad recordandū ⁊ ad dolendum. Et dꝫ dolere de obliuione peccatoꝝ que ex negligētia sua ꝓcessit. Nō intellige qꝺ quis necessario dꝫ hr̄e dolorem spālem de quolibet peccato mortali, talem vcꝫ dolorē qui est gr̄a informatus, sed liquet qꝺ dꝫ hoc hr̄e circa principium ꝯfessionis cum qs recogitat peccata ⁊ dolet. Et bene faceret peccator qui ꝓ maiori peccato plus doleret, qꝛ magis per hoc Deū offendit, ⁊ maiorē penā ꝓmeruit. Nec dꝫ ꝯtritio saltē in habitu cessare in peccatore ēt post ꝯfessionē, sed semꝑ manere, vt dicit Tho. in.iiij.dist.xvij.

SVMMARIVM

1 Confessionis diffinitio ⁊ eius partes. Et qui ad eam teneantur, ⁊ qualiter fieri debeat.
2 Confiteri laico nunquid in necessitate quis possit. Et an laicus possit absoluere.
3 Confessionis conditiones.

¶ Caput tertium quarte partis.



1 Onfessio aūt ſm Augu.† sic diffinit̄ est per quā morbus latens spe venie aperit̄. Vel ſm Ray. ꝯfessio est legitima corā Deo ⁊ sacerdote peccatoꝝ ꝺclaratio. Tenent̄ aūt hn̄tes annos discretionis ad eam faciendā semel in anno, vt pꝫ de peni. ⁊ remis. c. oīs vtriusqꝫ. Immo qualiscūqꝫ esset ꝯtritio, si qs ꝯtēneret ꝯfiteri, dānaret̄. vnde falsuꝫ est ⁊ hereticū dicere. Sufficit soli Deo ꝯfiteri. Nā dicit canon de penit. dist. j. taciturnitas. Ubi est taciturnitas ꝯfessionis, nō est sperāda venia criminis. Patet hoc exēplo Christi, qui Lazarū suscitauit, sed tñ discipulis tradidit absoluendū. Jo.xj. ⁊ .xj.q.iij. tūc vera. Itē decē leprosos ad sacerdotes misit, qui in via eundo fuerunt mūdati, vt dicit̄ Luce.xvij. Per qꝺ significat̄ qꝺ peccator lꝫ in via eundo ad ꝯfessionē rōne ꝯtritionis quam hꝫ, ꝯsequat̄ veniā ⁊ remissionē peccatoꝝ, tñ tenet̄ venire ⁊ ꝯfiteri sacerdoti. Sed dices, quare peccator debet ire ad ꝯfessionem vel sacerdotē, ex quo remissa sunt ei peccata per ꝯtritionem? Rn̄sio ſm Hosti. in sum. de peni. ⁊ remis. c. j. Tu dic qꝺ peccator duplici vinculo ad satisfaciēdū astringit̄. Uno quo ligat̄ ad Deū, ⁊ illud in ꝯtritione dimittit̄. Alio quo ligat̄ ad ecclesiā, ⁊ hoc per ꝯfessioneꝫ ⁊ satisfactionē dimittit̄, ⁊ per absolutioneꝫ sacerdotis relaxat̄. Ad hoc facit de sentē. excō. a nobis. c. j. de pen. dist. j. multiplex. ⁊ .c. quem penitet. in fi. ⁊ dist. v. ꝯsideret. Licet igit̄ pctm̄ dimittatur quo ad reatū per ꝯtritionē, manet tñ obligatio ad penā tꝑalem per sacerdotē infligendā. Et ꝓbat Archi. de peni. dist. iij. ꝓductio. qꝛ sicut oēs creature ostendūt ⁊ ꝯfitent̄ defectus suos tꝑales, ⁊ nāles hoībus eo modo quo pn̄t, vt dicit gl. suꝑ illo versu. Cōfessio ⁊ magnificētia opus eius ⁊c. ita homo dꝫ ostēdere defectus suos volūtarios, ⁊ ꝯfiteri verbo vocali, in quo abundat. Et etiam dꝫ ꝯfiteri homini eo qꝺ xbum diuinū humiliatum est ꝓ peccatis nostris delendis, qꝺ xbum vnitum humanitati obligat nos vt humiliemus xbum nostrū loquendo nō solū homini, sed ēt Deo. ⁊ non solum Deo, sed ēt homini, qꝺ fit in ꝯfessione vocali. Preterea cuꝫ hodie peccemus corā Deo ⁊ hoīe, debemus ꝯfiteri non solum corā Deo, sicut in veteri testō fuit, sed homini loco Dei ꝯstituto. Nec ꝓpter hoc qꝺ in cōtritione homini dimittitur reatus culpe, superflua esset ꝯfessio vocalis, que ſm Hug. cardinalē ad hoc necessaria est ad humilitatē ⁊ iustitiā exercendam. Itē ad hoc qꝺ ecclesie satisfaciat, que lesa est ex peccato. Valet ēt ſm Jo. an. ꝓpter fidem quā peccator hꝫ credens auctoritatem clauium in ecclesia. Similiter valet ꝑꝑ obedientiam quā exhibet ministris ecclesie vel Deo. de pen. distin. j. multiplex. ⁊ .c. nōnulli. Qñ ergo legis in scripturis sanctis qꝺ sola ꝯtritio sufficit ad remissionē peccatoꝝ, intelligas in necessitate qñ ꝯfessio non pōt haberi. Nam tūc non est preceptum, iuxta illud. Cōfitemini alterutrū ⁊c. qꝛ necessitas legem non hꝫ. Naꝫ tunc voluntas pro facto reputat̄. sufficit.n. tunc soli Deo ꝯfiteri in corde. Si tñ ibi esset aliqs laicus, bonum esset sibi ꝯfiteri ꝑꝑ hoc vt postea ecclesiam informaret qbus remedijs ꝓ anima sua esset subueniendū. Doctor tñ subtilis dicit. Ex quo accusatio in ꝯfessione non fit ad aliud, nisi vt ꝯsequatur sn̄iam, ⁊ laicus non hꝫ auctoritatem sn̄iandi in isto foro, sequitur qꝺ nulluꝫ preceptum est ad accusandum se coram laico. Forte aūt melius eēt hoc dimittere, si peccator posset aliqualeꝫ verecundiam corā se habere recogitando eadem, ⁊ sic eque puniri. etiā lꝫ simplicibus laicis sit vtilis talis ꝯfessio corā laico in necessitate, non tñ viris
48 tiones, † qr aliud ꝓ alio inuito creditore solui nō pōt, presertim vbi facultas soluēdi adest, vt scribit Paulus iurisconsultus in. l. ij. ff. si cer. pe. postq̄. n. p obligationē ꝯtā in susceptione ordinis vel bñficij obligatus ad ipsas horas extat, de qua obligatiōe dixi. s. in. q. q̄ incipit, quero prio. & ex quo capite descēdat ista obligatio ibi vide & in qone alia sequēti. Igit̄ ipsas horas psoluat, qr hoc dat ipsa obligatio & forma ꝯstōnis ecclesie. & ideo in forma solutio ipsarū horarū fieri dz, si dz dici liberatus. arg. instit. qui. mo. tol. oblig. in prin. vbi dicit text. ꝙ solutione eius qd debet̄ tollit̄ ois obligatio. & alibi dū dicit ꝙ ꝓmissio tollit̄ solutione eius qd ꝓmissum est, ar. no. in. c. ad nrām. de iureiu. l. j. & in. l. ꝓmissor. §. ꝯstituto. ff. de ꝯsti. pec. & in. l. itē si liberatus. §. q paratus est. ff. qb. mo. pig. vel hypo. sol. Nā qñ clericus ꝓmouet̄ ad sacros ordines vel dñficia recipit, resultat ista obligatio vt has horas legere teneat̄, & ad hoc vr̄ se obligare in ꝯntiam ad oia q̄ iuris dispositio dictat rōne ordinis vel bñficij suscepti, qr q vult antecedēs, velle dz & ꝯns necessariū ad illud. c. ꝓterea. de offic. delega. & l. ad lega. ff. de pcu. & vide in. d. q. j. Aut non pōt sibi ꝓuidere de libris, vtputa qr est in carceribus vel in via suo breuiario spoliatus, nec hz vñ posset hr̄e recursum ꝓ officio suo legendo, & tunc talis est excusatus dōo eas orationes, & psalmos
49 quos scit & pōt, & hoc mō crederē ꝯpensationē admittēdā. † Sz cōsulo si pōt, bñ faciet offm̄ omissum repetere, & ꝯsulte opabitur exēplo debitoris, q lz in termino suo creditori nō possit satisfacere, nihilominus non dicet̄ esse liberatus pp hoc, immo ipso puenēte ad pinguiorē fortunā & ad facultatē soluendi, tunc soluere tenet̄ creditori suo quē pp egestatē & impossibilitatē sui debitoris oportuit hr̄e patientiā. ar. no. in. c. odoardus. de solu. vt ibi gl. & in. l. is q. ff. de cessi. bo. iūcta. l. j. C. eo. ti. Nā deus est creditor cui debitū debet̄, & hoc in. c. nr̄o dr̄ ibi pensum seruitutis &c. nisi esset tāta multitudo vt inqt Host. ꝙ ipse redicere nō posset, tn̄ dz sibi imponi pnīa quasi impossibile foret ipsum posse redicere. ar. ff. de reg. iur. impossibiliū. & de pac. c. fi. & hoc opus vt dicit Inno. ēt placuit multis. Sed dicit ipse ꝙ si nō redicat nō peccat, dūmō de pctō omissionis sibi imponat̄ penitentia, vt sic puniat̄ in quo deliqt. credo ꝙ bñfaciet vt ꝯsulat cōfessorē peritum, qr bonarū mentiū est ibi timere culpā vbi culpa nō est. c. ij. de obser. ieiu. Et si necessitas vtputa infirmitatis allegat̄, videat bene qualis fuit ista necessitas omittēdi horas cōfessor, qr ipse deus nō dz esse deterioris ꝯdōnis q̄ homo creditor, cui ipse homo tā quā eius creatura seruire tenet̄ & debitum suū super iudicia iustificationis sue persoluere, vt dicit tex. noster in fine sui.
50 ¶ † Ista dixi ꝓpter nōnullos q non verent̄ prelaturas & bñficia retinere pp quēcūq; casum ēt leuē omittūt offm̄ ad qd obligant̄ rōne bñficij, vt in. d. c. fi. de rescrip. lib. vj. aut modicā infirmitatē cōtinuā aut interpollatā. & ꝯ hos facit. l. v. ff. de re iudi. qr talis nō excusat̄ ab officio, vt inqt Hosti. nō aduertēs ꝙ hoc sit ō pcepto & ex hrditate xp̄i viuant, vt in. c. cū ſm aplm. de prebē. & honorē & oimodā reuerētiā ab hoibus assequant̄ pariter & dignitatē, vt no. in. c. de multa. & p totā. de prebē. & dig. Et iō ꝓ tot & tātis bonis nō deberet clericus horas ēt ex qualicūq; necessitate cedere repetere, qr ꝓ pena esto ꝙ sit in carceribus nō pdet fructus bñficiorū suorū, & si illos pdidisset sibi cōpetit actio ad recuperādū, qr priuilegiū spoliati latissimū est, vt in toto ti. de cau. pos. & ꝓprie. & in toto ti. de resti. spo. in decre. & in. vj. mō sicut pōt fructus recuperare & eos petere, quare nō ita dz offm̄ omissum ēt in casu necessitatis vt. s. psoluere. Nā postq̄ sentit cōmodū sentiat ēt onus. & ꝓ hoc facit ēt ea q̄ no. in regula q sentit onus &c. de regu. iur. lib. vj. Et vide q̄ dixi. s. in. q. q̄ incipit. qro ꝯnter. vbi ple
51 ne. † Sunt nōnulli q letātur sibi potius emere libros legales vel iuris canonici aut equos vestes & splendidos alios ornatus q̄ vnū breuiariū, immo & si illud hñt dedignātur ad manus recipere, vel qd verius est qñq; verecūdant̄ si videātur cū ipso p ecclesiā vel viā aut in domo, & pulchriora sunt ornamēta aut lectisternia selle equorū suorū & coopertura, q̄ coopertura librorum aut breuiarij ꝓ officio diuino, qd q̄tū sit abhominabile vide qd dicit Stepha. papa in. c. vestimēta ecclesie. de cōse. di. j. & in. d. cle. j. §. in multis. Sunt ēt aliq dicētes ꝙ ex quo necessitas nō subest legi & lex nō sit imposita infirmis, iō vr̄ ꝙ clericus non teneat̄ repetere offm̄ omissum, ꝓ ea q̄ habent̄ in. c. ij. de obser. ieiu. nec fructus ēt restituere vt qdā dicunt. Sed Calde. dicit qd vr̄ verius sibi ꝙ tenent̄. qd intellige sane pp superius dicta, nisi infirmitas esset ita grauis ꝙ eo tpe quo diceret officium deberet imminere periculū & obesse, tunc bñ succederet illa doctrina ꝙ lex nō sit infirmis posita &c. De hac dr̄ tangi p Ray. in summa de aposta. in fi. Sz cogita vtrū excusatio sit acceptabilis deo & in foro anime. nā multa possent super hoc adducere, sed nolo esse prolixus. & sic per predicta videtur q̄tum in me est expedita questio.
52 ¶ † Quero an obligatus ad has horas canonicas, teneat̄ etiā horas & officiū beate virginis dicere & vigilias mortuorū. Rñdet̄ ꝙ nō. & hoc probat̄ ex textu nr̄o, in quo nulla fit mentio de officio virginis vel vigilijs mortuorū, ergo ad eas non tenet̄, qr casus omissus ꝓ omisso habēdus est. c. si susceptū. de rescrip. li. vj. & l. cōmodissime. ff. de libe. & posthu. & si aliq hñt in deuotiōe has horas vel vigilias dicere, hoc bñ pñt, sed eorū deuotio non dz alios aggrauare, ſm Guil. Pau. & Inno. in d. cle. j. Fatent̄ tn̄ ꝙ qs non teneat̄ ad eas iure scripto, nihilominus pñt teneri de consuetudine, lege vel statuto aut alia institutione regule ſm qd monachi & religiosi hñt ex suis instōnibus, vnde si seruitores Marie ipsius ecclesie consueuerunt cōiter horas istas virginis Marie & vigilias mortuorū dicere, tunc ad eas tenent̄, qr bñficiati sunt in illa ecclesia. ar. a simili. c. ex parte. de cēsi. Et rō est ꝙ qlibet dz se cōformare in moribus consociorū officiantiū, nec dz se ab eis retrahere, qr scribit̄ ꝙ turpis est pars que suo toto nō cōuenit, vt in. c. que ꝯ mores. viij. di. de spon. duo. c. fi. & ibi legitur quod quicunq; se non conformat moribus aliorū talis est superstitiosus &

fus ⁊ intemperatus, vt inquit Augustinus in libro de doctrina
christiana. ⁊ in.c.j.xlj.dis. Idem ratione obligationis contracte
in receptione beneficij, de qua materia dixi supra in.q. que inci⸗
pit, quero quid si clericus.
53 ¶ † Quero adhuc ꝓ maiori declaratione premissorū, an omit⸗
tens offm̄ beate virginis vel vigilias mortuorū dicere peccet ⁊
puniri posset. Rn̄detur ſm Guil. ⁊ sequaces eius in.d.cle.j. ꝙ ita
eque punitur sicut omittēs alias horas canonicas. ⁊ not.c.j.xj di.
ꝑ glo. qr transgressor cōsuetudinis sicut transgressor legis vel ca
nonis venit puniēdus.xj.di.in his. ⁊.c.cū cōsuetudinis.de ꝯsue.
Dicit tn̄ Guil. hoc verū de officiantibus ⁊ residētibus in ipsa ec
clesia, secus in illis qui iusta de cā, vtputa studiorū vel alia absen⸗
tes sunt, ⁊ idē Stepha. Ego vero puto aliter dōm ⁊ distinguen
dū in hoc articulo sic. aut hore beate virginis vel vigilie mortuo
rū dicuntur ordinarie ex statuto vel ex consuetudine q̄ in hoc sum⸗
me est laudāda, qr per eā augetur cultus diuinus, ⁊ tunc dico ꝙ ēt
absentes tenentur ad eas ex quo de iure ⁊ ꝑ obligationē ꝯctā per
eos, vt.s̄. dixi in ꝓxi. precedēti. q. se obligarunt, qr vr̄ acceptasse
bn̄ficium cū suo onere, arg.c. significasti. de prebē. ⁊ iō ſm natu⸗
rā eius ⁊ ꝯsuetudinē eidē seruire dz. ⁊ pro hoc optime facit qd le
gitur ⁊ no.in.c. de his. ⁊.c. si.xij.dis. nam talis mos ꝓ lege seruan⸗
dus est, dicit tex.in.c. in his.vj.di. ⁊ vide.s̄.in.q. q̄ incipit q̄ro pp
superius dicta qd si in duabus ecclesijs ⁊c. Si vero extraordina
rie dicūtur in ecclesia pp aliquā cām emergentē, vtputa ad peti⸗
tionē alicuius ꝑsone, q̄ forte distributiones aliquas dari ex hoc
voluit, ⁊ tūc q est absens nō tenetur ad eas, nec qcq̄ʒ ex his distri⸗
butionis ꝑcipiet, qr nullū onus sentit, iō nullū cōmodū ꝑcipere
debeat. regula iu. de reg. iu. lib. vj. ⁊ ar. no. in.c. vnico. de cle. non
resi.li.vj. cū mā sua, hāc distinctionē reperio tactā q̄ʒuis nō ita cla
re ꝑ Zaba. recitātē Tho. in qdlibeto suo de suffragijs mortuoꝝ,
⁊ ēt ꝑfati do. videntur idē sentire, sʒ sub nube. ⁊ qd dixi de istis ho
ris idē dicas de illis deuotionibus q̄ hn̄t dici ex statuto vel ꝯsue
tudine ecclesie vel ex institutione alicuius religionis.
54 ¶ † Quero in quo loco sunt dicēde hore canonice. Rn̄detur ꝙ in
ecclesia in qua est bn̄ficiatus. ar.c. vnico. x.q.iij. alle. ego meliorē
tex.c. dolētes. de cele. mis. ⁊.c. si.xcij.di. ⁊.c. qd in te. de pen. ⁊ re.
⁊ facit.c. alma mr̄. de sen. excō. lib. vj. vbi tpe interdicti debēt cō
uenire clerici in ecclesia ꝓ horis dicēdis. vide ēt bonū text. in.d.
cle.j. de cel. mis. ibi tarde ad chorū veniēdo seu ecclesiā ipsaʒ ⁊c.
ergo ibi est casus ꝙ in ecclesia hore sunt dicēde, vt ꝓbatur ēt in iu
ribus ꝑalleg. ⁊ facit ꝓ hoc dictū Basil. de cultu diuino. Silr ēt
dr̄ de clericis q sunt absentes ab ecclesijs in qbus sunt ititulati,
ꝙ potius orare debēt in ecclesijs q̄ʒ alibi. silr mō dico de laicis,
qr ad hoc ecclesie sunt inuēte ⁊ deputate vt in iuribus ꝑal. de cō
se. di.j. quasi ꝑ totū, ⁊ in.c. decer. de imu. eccle. lib. vj. ⁊ arg.c.j. de
purga. post partū, ⁊ no.in.d.cle.j. ꝑn̄t tn̄ clerici ex cā rōnabili, pu
ta ꝓ administratiōe rerū ecclesie vel alia cā absentes ab ecclesia
extra ecclesiā suū offm̄ ꝑsoluere siue eqtādo vel stādo seu in via,
vt no.in.d.cle.j. Et rō est, qr sicut ministeriū absentis ꝓdest in ec
clesia residētibus, ita ⁊ ministeriū eorū q in ecclesia sunt offician
tes ꝓdest eis q sunt ex̄ ecclesiā ꝓ vtilitate eccl'ie. Tales. n. residē
tes reputantur.c. ex pte. de cle. nō resi. ⁊.c. cū nō deceat. de elec. cū
mā sua. li. vj. sʒ videat q taliter absens est, vt negotia sollicite ⁊ fi
deliter sollicitet ⁊ exerceat ⁊ q̄ʒcitius pōt ad ecclesiā reuertatur ⁊c.
55 ¶ † Quero cū qs est in choro alijs ibidē horas legētibus vel cā
tantibus an liceat sibi ad ptē ⁊ de ꝑ se horas suas vel alias ora⸗
tiōes dicere. Rn̄detur ꝙ nō, nisi subsit iusta cā, qr obligatus est cū
alijs officiare, vt no.in.c. nr̄o. ibi dū dicit aut a scholaribus pub⸗
lice ꝯpleantur, nō dicit cōpleatur, in numero singulari, sed in plurali
loquitur tex. ⁊ sic in cōi ⁊ in sil' dici debēt ⁊ compleri vbi sunt colle
gialiter cōgregati in choro aut in ecclesia vbi clerici ꝯuenire de
bēt ꝓ officio celebrādo, ⁊ in.q. ꝓxi. ꝑce. ⁊.s̄. in multis locis dictū
est, ⁊ vide q̄ dicta sunt in.q. q̄ incipit, q̄ro an obligatus ad horas
canonicas ⁊c. ⁊ vide decretū Basi. de cultu diuino ⁊c. vn̄ si vocē
ab alijs subtrahit peccat, qr agit ꝯ iuris dispōnē ⁊ principis mā
datū seu ecclesie, vt in.c. nr̄o. facit.c. si aūt vobis.xj.q.iij. ⁊.c.ij. ō
tuleris neglecto eo ad qd teneris. dicit beatus Hierony. ingratū est spūisancto qcqd ob
cū alijs publice psallere ⁊ cantare ⁊ nō ad ptē oratiunculas dice
re, qr ⁊ si bonū sit orare, intellige hoc verū suo tpe, nā cōe bonuʒ
ꝑferenduʒ est singulari bono, ⁊ ꝑsertim qn̄ in cōi bono versatur ⁊
continetur eius priuata vtilitas, vt legitur ⁊ no.in.c. bone. de postu.
prela.lo.j. vnde si cū alijs legat satisfacit ēt ꝓ debito suo ad qd
tenetur, vt in tex.no. Item qui satisfacit ordinationibus ecclesie ⁊
consuetudini cuʒ in ecclesijs collegiatis collegialiter officia dici
debeant. arg.c. dolentes, de cele. missa. ⁊.d.cle.j. Et dictum fuit
aliud.s̄.in.q. que incipit, quero que hora dicatur competens, ⁊
in alia.q. que incipit, quero in quo loco ⁊c.
¶ In alijs vero dicit, vt in.d.q. q̄ro q̄ hora ⁊c. Obedit ēt regu⸗
lis sanctorū patrū ⁊ maiorū suorū seq dz vestigia eorū cū qbus
viuit.c. recolētes, ō sta. mo. Et esto ꝙ bonū sit orare vt dixi. At
tn̄ hoc tpe officij dū ab alijs celebrantur abstinēdū est, qr ⁊ qn̄qʒ a
bono abstinemus vt mādatis scōrū patrū ipsorū obediatur.c. qd
ergo.xj.q.iij. ⁊ maxime qr subtrahēdo vocē suā alios scādalizat
⁊ ꝑturbat qd oīno ꝑcauendū est.c. nihil cū scādalo, de prescrip.
56 ¶ † Quero qn̄ ꝑsbyter missam celebrat an audiētibus missaʒ li
ceat suas oratiōes legere. Rn̄detur ⁊ dic ꝙ qn̄ missa celebratur ⁊ ꝑ
sbyter alta voce legit ⁊ ꝑsertim oratiōes epl'aʒ ⁊ euāg. qlibet de
uote audire dz ⁊ sub silētio, ⁊ ꝑsertim loquor de intelligētibus ⁊
lr̄atis viris. Vn̄ dū legitur euangeliū debes ꝯsiderare qd xp̄s est
q loquitur ⁊ nō homo, qd ꝓbatur in prin. ⁊ ex tenore euāgelioruʒ in
qbus gesta xp̄i cōtineri dicuntur. In illo tpe dixit Jesus discipu.
suis parabolā hanc ⁊c. Mō si vnus princeps terrenus vel ma⸗
gnus dn̄s loq̄retur iā ꝑsto ꝑstares audientiā cū reuerentia maxia,
nec imisceres aliqua verba tua nec vlterius, imo duʒ loqueretur
ipse, nescio si auderes allegare Aug. ⁊ Ambr. sed credo vt pru⸗
dēs expectares patiēter finē v̄borū suorū ⁊ postea diceres facta
tua, q̄ʒto magis audire debes creatorē tuū vel apl'm loquentē in
epl'a sua tanq̄ʒ nuntiū Jesu Christi. silr mō qn̄ dicuntur oratiōes,
qr oīno debes obmutescere ⁊ dimittere oratiunculas tuas quas
nō debes credere meliores vel efficaciores illis quas ecclesia to
ta ⁊ vl'is dicendas esse decreuit. Et iō qn̄ nomen ipsius Jesu xp̄i
audis ⁊ eius gesta noiare, flectere debes genua nedū corꝑis sed
⁊ cordis, vt habetur ꝑ Jo. and. in ꝓemio. vj. lib. ⁊ in.c. decet. de im
mu. ec. lib. vj. vbi recitatur illud, qd in noie Jesu oē genu flectitur ce⸗
57 lestiū, terrestriū, ⁊ infernorū. † Nota ꝙ grāde ⁊ salutare est no⸗
men istud ꝑ qd facti salui sumus, vt no.in.c. vnico. de sac. vnc. ⁊
in.d.c. decet, ⁊ cogita si bn̄ dico. Nā ⁊ si qs nō hʒ vocē sonoraʒ
nihilominus eā subtrahere nō dz, qm̄ ex diuersitate vocū resul⸗
tat melodia tota ⁊ dulcis representatur cātus, sicut videmus in or
ganis in qbus sunt fistule parue grosse ⁊ grossiores sonū emittē
tes ⁊ totā melodiā ornātes ⁊ ꝑsentātes, sic ēt diuerse voces tuba
les incboāt termināt representāt ornāt melodiā ⁊ cantū, ⁊ iō q̄ʒ⸗
uis vocē sonorā nō hēat qs, tn̄ eā nō subtrahat, qr dz ſm gratiaʒ
sibi a deo datā creatori suo seruire ⁊ fructū labiorū suorū cū pu
ritate ꝯscie atqʒ deuotione porrigere, vt in cle.j. de cele. mis. ⁊ qr
cantus est in ecclesia de necessitate, vt ꝓbatur ꝑ psalmistā sic dicen
tē, psallite dn̄o in cithara, in cithara ⁊ voce psalmi, in tubis du⸗
ctilibus, ecce qd psalmista iubet deū voce laudari, dū dicit psalli
te ei in voce ⁊c. qd qdē verbū psallite est impatiui modi. Et ideo
succedit regula illa ꝙ ꝑcipitur imperatur, ⁊ qd impatur necesse est fieri
c. qd precipitur. xiiij. q.j. nec excusatur si dicat nescio cātū, qr dz addi
scere ipsum sicut ⁊ offm̄, alioqn in culpa est dū acceptauit benefi
ciū, ⁊ ignorat q̄ sunt necessaria ad ea pp q̄ datur bn̄ficiū, quare im
58 miscet se in arte quā ignorat, ergo nō venit excusandus. † sicut di
cimus de medico ⁊ de iudice q ꝑ imperitiā male medetur ⁊ indi⸗
cat, nā talis venit puniēdus ⁊ actione in factū tenetur, inq̄ʒtū reli⸗
gioni iudicāt videri equū. ff. de va. ⁊ extraor. cog. l. si iudex. in⸗
sti. de obli. q̄ ex quasi deli. nas. in prin. impitia nāqʒ culpe cōpara
tur. j.q.j. nō est putāda. in fi. xxix. dist. c. vlti. cū no.in.c. aures. de
eta. ⁊ qua. ⁊ si videbat se nō idoneū non debuit pati vt ꝓmoue⸗
retur, nā ꝓmouēdus ad bn̄ficiū dz in tribus presertim esse sufficiēs
⁊ examinari, vcʒ si bn̄ legat si bn̄ ꝯstruat, ꝓut no. in cle. vnica. de
ꝯces. ꝓbē. Et esto ꝙ examinator in ꝓmotione ad bn̄ficiū male fe
cerit, attn̄ culpa ⁊ delictū examinatoris nō excusat taliter ꝓmo⸗
tū, debuit tn̄ tpe ꝓmotionis fateri ignorātiā suā. ar. no. in.c. que
ris, de eta. ⁊ quali. ⁊ in.c. indecorū, ⁊.c. eā te. e. ti. cū simi. dz qsqʒ
prius eē discipulus anteq̄ʒ magister.c. cū in magi. de elec. ⁊.xvj.
q.j. sic viue. ⁊ iō talis est bn̄ficio sufferēdus si nō vʒ aut nescit vel
nō vult studere vt sciat onera bn̄ficij ⁊ offm̄ pp qd datur bn̄ficium
supportare ⁊ fructū ꝑcipit, ⁊ facit ꝓ h̄.l. vnica. §. ꝓ scdo. C. de ca
du. tol. ⁊ regula q sentit, de re. iu. li. vj. ꝓ hoc vide. q.s̄. positā inci
pientē, quero vlterius, vt me cla. fa. ⁊c. ⁊ iō ex premissis liq̄t hūc
nullatenus excusandū cū perfecte officiū non impleat qui can⸗
tus est de necessitate clerico, vt inqt Aug. ⁊ in.c. q̄ ipsis. xxxviij.
59 dist. in ver. antiphonarius. † ergo videat bene qūo fructus bene
ficij percipit non satisfaciendo in his que ad seruitiū beneficij re
quiruntur, qr dubito an bona consciētia possit eos percipere ⁊ an
teneantur ad restitutionē, super hoc nolo me extendere. Et consi⸗
dera turpē quid si mercennarius non seruiat perfecte dn̄o an ꝓ⸗
mereatur salariū, ⁊ eodē modo de milite qui sine armis accedit ad
bellū vel alias minus ꝑfecte militat an debeat hr̄e stipēdiū co⸗

gita in conscientia tua ⁊ quere peritũ confessorẽ ⁊ accusa negli-
tiã ⁊ culpã tuã piger ⁊ ignorãtiã ⁊c. Et aduerte qñ cãtas ꝙ can
tus sit cũ cordis deuotione, vt vult. c. nõ mediocriter. de ↄ̃se. di.
v. ⁊ Psal. inqt. psallite deo in iubilatiõe. ẽt voce sua clericus stu
deat nedũ ppl'o placere, sed deo magis, ⁊ iõ Hiero. in ep'la ad
Ephe. ↄ̃ tales studẽtes placere ppl'o ꝙ̃ deo, scribit eos reprehẽ
dẽdo, ⁊ recitat̃ in. c. ij. xcij. di, ⁊ ibi glo. ⁊ ille tex. facit ↄ̃ illos q in
diuino off'o volũt cãtare cãtilenas aut eas in organis ludere, ta
lia nõ debẽt imisceri in diuino off'o, s3 ea q̃ sunt ꝓ forma tradita
ab eccl'ia, ⁊ in iuribus palleg. ⁊ in. c. sctã ro. ec. xcij. di. Nec cho-
ree aut alie insolẽtie in ecclesijs aut cemiterijs fieri, hoc expresse
prohibet̃ fieri per. d. cle. j. ⁊ per. c. cũ decorẽ. de vita ⁊ hone. cle.
⁊ per decretũ Basil. de cultu diuino, ⁊ de represen. non fi. ⁊c. ⁊
sic ex premissis liquet responsum questionis.

60 ¶ † Quero an sufficiat clerico ipsas horas mẽte sine verbali ex-
pressiõe legere. Rñdet̃ ꝙ sic, q2 soli deo porrigunt̃ q̃ cordis de-
uotionẽ respiciũt, ↄ̃ frustra vbũ adiũgit̃. ar. c. sedulo. xxxviij. di. ⁊
in. c. j. xcij. di. vbi d̃r ꝙ nõ voce, sed corde psallẽdũ est deo, ⁊ legẽ
do horas debemus ad deũ toto corde vigilare. c. qñ. de ↄ̃se. di. j.
In ↄ̃riũ ṽr facere. c. nõ mediocriter. de ↄ̃se. di. v. vbi habet̃ ꝙ tã
voce ꝙ̃ corde laudãdus est deus, ⁊ ꝑ h' fa. d. Psal. psal. clxxij.
Uoce mea ad do. cla. ⁊c. Nõ obstãt illa iura. ꝯ̃. alle. q2 ⁊ si dicãt
ꝙ corde deo psallẽdũ sit, nõ tñ excludit̃ qn deũ voce laudare de-
bemus, vt no. ꝑ gl. in. d. c. j. xcij. di. ⁊ in. d. c. sedulo, ⁊. d. c. nõ me-
diocriter, q2 deus nõ tm̃ respicit vocẽ, sed ⁊ cor orãtis, ⁊ vtrũq3
in sit̃ bonũ ẽ, imo d3 eẽ exp̃ssio, vt i cle. j. de cel. mis. in vbo, fructũ
labiorũ. Itẽ vt refert Zaba. Tho. in. ij. q. q. ij. ⁊ ois oratio q̃ fit ꝑ
ministros ecclesie d3 fieri in ꝑsona ipsius ppl'i, ꝓ hoc adduco. d.
sacre scripture hic. s. ministrare ecclesie est q orat pro ppl'o ⁊ vni
uersa sancta ciuitate Hierusalẽ, ⁊ hinc est ꝙ oratio d3 esse voca-
lis ⁊ sonora ⁊ publica vt sit populo not. Et iõ text. no. dicit vel a
scholaribus publice ↄ̃pleant̃ ⁊c. qd verbum publice no. ꝙ sit, vt
clericus publica ꝑsona dicat̃. ar. c. ꝙ̃ꝙ̃. de vsu. ⁊ iõ eius oratio
publica d̃r singularis, ⁊ priuata oratio quã qs ꝓ se ⁊ alijs facit
nõ est de necessitate ꝙ sit vocalis vel ꝙ fiat exp̃ssione verbali. ita
notãter dicit gl. magna q̃ ad lõgum tractat de oratione in cle. si
61 dñm. de reli. ⁊ vene. sanc. vbi d̃r † ꝙ vox triplici rõne adijcit̃ ora
tioni. p̃ ad excitãdũ interiorẽ deuotionẽ, qua mẽs eleuat̃ in deu3
qm̃ verbis ⁊ signis nosipsos excitamus ad sanctũ desideriũ agẽ
dũ, vt dicit Aug. ad ꝓbũ. Scdo ad reductionẽ debiti vt si ser-
uiat deo, seruire d3 totali corde ⁊ ope. de ↄ̃se. di. v. nũꝙ̃. Tertio
ex quadã redũdãtia ab aĩa in corpus ex vehemẽti affectiõe. Un̄
Dauid psal. xv. Letatũ est cor meũ ⁊ exultauit lingua ⁊c. Ex q̃
p3 ꝙ non sufficit mente horas canonicas dicere sine expressione
verbali, ⁊ hec ↄ̃cl'o ꝓbat̃ ꝑ ea q̃ le. ⁊ no. in. c. dolẽtes. de cel. mis.
ꝑ Inno. Host. ⁊ Jo. and. ⁊ apte ẽt in. d. cle. j. ibi, in verbo, fructũ
labiorũ suorũ. vt. ꝯ̃. dixi, vñ nõ in gutture aut inter dentes deglu
tiẽdo verba vel sincopãdo dicant̃ ille hore, ita ꝙ ẽt si solus dicat
offm̃, agat ita vt seipsum exaudiat, ⁊ nõ faciat sicut simia q̃ mo-
uet labia tm̃ ⁊ tñ nõ audit̃. ⁊ hoc intellige nisi hẽret alios orãtes
impedire ⁊ tũc potius silere d3 ne scãdalu3 faciat. vt dictũ est de
hoc in. q. q̃ incip. q̃ro cũ qs est in choro ⁊c. Intellige sane ↄ̃cl'o-
nẽ istã de eo q põt verba exprimere, secus si esset infirmus, ita ꝙ
nõ posset ipsa verba exprimere, tũc excusandus veniret. Idẽ in-
tellige de ↄ̃uersis ⁊ laicis ⁊ tẽplarijs qbus datũ est vt intersint di
uinis officijs ⁊ audiãt q̃ legunt̃ ⁊ cantant̃, put no. in. d. cle. j. per
Guil. ⁊ alios doct. q2 ipsi non debent cum clericis psallere.

62 ¶ † Quero q2. ꝯ̃. dixi ꝙ publice debẽt hore legi. an intelligatur
hoc indistincte de oibus. Respondet̃ vt. ꝯ̃. q2 scholares ⁊ q curã
aĩarũ ⁊ populũ habẽt, debent publice horas persoluere. Sed se
cus est de monachis q populũ non hñt, q2 tunc taliũ officia non
debent publice fieri, sed vbi alias haberẽt populũ, tunc debẽt pu
blica esse ⁊ publice cãtare, vt no. ꝑ gl. sup verbo. cetera offi. in. c.
de his. xij. di. ⁊. c. interdi. xvj. q. j. Et sic modo habes mãm decla
ratam, ⁊ qui teneantur publice horas legere, ⁊ qui non, ⁊ in qui
bus quo ad officium parificantur monachis curatis.

¶ Quero deinde de monacho ad ecclesiã secularẽ in qua fit of-
ficiũ curie romane vel ꝫm ↄ̃suetudinẽ ecclesie ꝓmoto, an teneat̃
ad illud offm̃ dõm. Respon. breuiter ꝙ d3 se cõformare cũ illis
cũ qbus cõuersat̃. ar. c. recol. de sta. mona. ⁊. c. j. xlj. di. cũ simi. ⁊
melius in. c. si. xij. di. ⁊. c. de mo. xvj. q. j. ꝑ doc. facit cle. ij. de cele.
mis. ⁊ ibi bona gl. in ver. licite. ⁊ not. in. c. clerici offi. in fi. de vita
⁊ ho. cler. ⁊. c. vnico. xviij. q. j. ꝑ archi. q2 in vno ⁊ eodẽ collegio
nõ debẽt fieri diuersa officia, s3 ↄ̃seruari nãm ⁊ instõnẽ hñficij cõ
uenit, qm̃ scãdalũ foret, a quo ꝓcauẽdũ est. c. deus q. de vi. ⁊ ho.
cle. ⁊. c. nihil. d̃ ꝑscr. ⁊ ne videant̃ i boue ⁊ asino arare. c. i actiõe.

63 ¶ † Quero vlterius ꝑ ꝑmissa ꝫm quẽ ritũ ⁊ quot psalmos ꝑ
qualibet hora debeat clericus dicere. Rñdet̃ qd hore sunt dicẽ-
de ꝫm formã ⁊ ritũ ecclesie romane ꝑ ea q̃ legunt̃ ⁊ not. in. c. j. ⁊
ij. xij. di. vbi Calixtus papa scribẽs oibus epi. in hec verba, non
decet mẽbra a capite discedere, s3 iuxta scripture testimoniũ oia
mẽbra caput sequant̃, nulli x'o dubiũ est ꝙ ap. ec. est m̃r oiu3 ec
clesiarũ, a cuius regulis nos nullatenus conuenit deuiare. Et sic
ex ꝑmissis appet qd cẽsendũ. Et hoc idẽ affirmat Greg. in. c. se.
⁊ in. c. basilicas. de ↄ̃se. di. j. In ↄ̃riũ ṽr facere. c. iusti. de ↄ̃se. di. ij.
⁊. xij. dis. de his. ⁊. c. illa. Solu. dicas ꝫm Guil. ⁊ Gen. in. d. cle. j.
ꝙ qlibet d3 ecclesie sue cõsuetudinẽ seruare intm̃, ⁊ tot psalmos
dicere ꝑ horis canonicis ꝙ̃tũ ecclesia sua in q̃ est hñficiatus sta
tuit ⁊ dicit. xij. di. nouit. ⁊. c. seq. in fi. ⁊ si secus faceret tanꝙ̃ trãs-
gressor ↄ̃suetudinis aut instõnis ecclesie poterit puniri, ⁊ ꝑinde
ac si esset trãsgressor legis. xij. di. in his. In ecclesijs vero mona-
chorũ ⁊ aliorũ religiosorũ seruari d3 illud qd dicit eorũ regula ⁊
instõ aut ↄ̃suetudo. c. de his. xij. di. nec ob. ↄ̃ ꝑ̃ facta, q2 l3 mos ec
clesie romane in sacris d3 seruari, nõ tñ sic est in istis horis cano
nicis ⁊ officijs diuinis vt inqt Ho. in hoc. c. ij. ⁊ de ↄ̃se. di. v. c. in
die. ⁊ le. ⁊ no. in. c. ij. de tẽp. ordi. vel aliter dicit ꝫm gl. in. d. c. ij. ꝙ
illa q̃ ecclesia ro. mãdat ⁊ docet seruare ad illa tenet̃ qlꝫ. secus
vbi nõ mandat̃ vel docet̃ seruari q̃ facit ipsa, arg. no. in. c. causis
de sen. ⁊ re iudi. ⁊ ex premissis infertur questio sequens.

64 ¶ † Quero ex ꝑdictis qd de illo q est extra diocesim vel hñficiũ
suũ vel in hñfi. sed nõ facit offm̃ ꝫm morẽ hñficij sui vel diocesis,
s3 aliud offm̃, vtpurã offi. rom. curie, an talis veniet excusandus.
Respõ. ꝫ3 Steph. in. d. cle. j. ⁊ Zaba. in hoc. c. nr̃o. ꝙ nõ. ar. cle.
ij. de cele. mis. salua tñ intentiõe. d. cle. ij. disponẽtis ꝙ clerici qui
cũꝙ3 ẽt religiosi q sint familiares ⁊ domestici cardinalium ⁊ epi
scoporũ, se possunt in diuinis officijs cũ ipsis ↄ̃formare. ⁊ intelli
go de legẽtibus ipsas horas cũ ꝑdictis dñis p̃latis, q2 possẽt eẽ
ꝙ familiares ⁊ domestici essent ⁊ tñ horas cũ eis nõ dicẽnt, put
d̃ facto videmus. ⁊ de his nõ ẽ dubiũ ꝙ tenent̃ ad offm̃ suũ quo
niã cessat cã mens ⁊ rõ. d. cle. ij. vñ in eis nõ vendicat locũ. ar. l.
adigere. §. ꝙ̃uis. ff. de iure pa. cũ suis cõcor. Et vbi alias esset in
hñficijs diuersis seu ecclesijs hñficiatus in qbus diuersa officia
tũc faciat ꝫ3 ꝙ dcm̃ ẽ. ꝯ̃. in. q. q̃ incipit, q̃ro ꝑ superius dicta ⁊c.

65 ¶ † Quero qũo se debeat habere clericus ⁊ ꝑparare, q ẽ accessu
rus ad offm̃ seu ad legẽdu3 horas canonicas. Rñdet̃ vt. ꝯ̃. vc3 ꝙ
cu3 audit signum vel sonu3 campane aut tubã que pulsari ↄ̃sue-
uit pro officio celebrãdo, stati3 d3 surgere ⁊ dicẽ aut cogitare ꝙ
signũ tale sit vox seu tuba summi ⁊ eterni regis precaminis inui
tantis ipsum ad laude3 ⁊ eius debitũ persoluendu3 ac excitãtis
opus vinee. ad ꝙ peruigili cura ⁊ solicitudine animiꝙ3 deuotiõe
accedere d3 vsꝙ3 ad finẽ laboraturus vt valeat ꝓ mercede sua de
narium diurnu3 recipere. Audi qd habet̃ in illo hymno. Prio
dierũ ⁊c. ⁊ lege ipsum vsꝙ3 ad finem, q2 instrueris qũo te hr̃e de-
beas. simili mõ hymnũ qui incipit. eterne rerũ, vbi reperies ver-
ba salutaria, ⁊ alibi ẽt scriptũ est, añ orationẽ ꝑpara aĩam tuam
ne sis quasi que tẽtat deũ, hoc fieri docet decre. Basi. de di. cul.
⁊ cũ reuerẽtia ⁊ habitu ↄ̃gruo ⁊ decẽti, nõ cum canibus aut aui
bus venaticis, de qbus in. d. cle. j. de cele. mis. ⁊ in cle. j. de vita ⁊
ho. cle. ⁊ in. c. j. no. eo. ti. lib. vj. ⁊ in. d. c. dolẽtes, ⁊ in. c. clerici of-
fic. eo. ti. in antiqs, ⁊ in. d. decre. ba. Ingrediat̃ ecclesiã vt fortis
pugil ⁊ athleta ꝓ ppl'o oraturus aduersus diabolum, exemplo
Moysi q dũ orabat ppl's vincebat, dũ vero spũs eius ab oratio
ne relaxabat̃ tũc ppl's ipse vincebat̃. Et ꝑmisso signaculo cru
cis qua salui facti sumus, vt no. in cle. vnica. de reli. ⁊ vene. sanc.
⁊ in. c. decet. de imu. ec. ⁊ oratione do. s. p̃r nr̃, vt moris est d3 in-
choare offm̃ ⁊ cũ vigili cura finire. Jõ dixi ꝙ ꝑparare d3 se, q2 le
git̃ in. d. decre. Basil. si qs est allocuturus principẽ vel dñm co
gitat qũo cũ eo sit locuturus, a fortiori se disponere d3 q cũ crea
tore suo est locuturus. iuxta illud Psal. Expectãs expect. ⁊c. ⁊
66 dixi ẽt ꝙ ad finẽ ⁊c. † q2 vniuscuiusꝙ3 rei ↄ̃siderandus est finis
dicẽte ꝓhta. Nõ q incepit, s3 q vsꝙ3 ad finẽ ꝑseuerauerit, hic sal.
e. vt sic ope nr̃o ↄ̃summato ⁊ debito nr̃o vc3 horarũ canoni. ꝓso
luto. eidẽ creatori nr̃o sup iudi. iusti. fue. vt dicit tex. nr̃ in fine de
bitas grãs referre redẽptioni nr̃e, dicẽtes in fine. Bñdicamus
dño, vt impleat̃ in nobis illud Psal. Bñdicã dñm in oi tẽ. ⁊c. ⁊
mereamur illã suauis. vocẽ audire ⁊ bñdictionẽ cũ multiplicato
fructu honore ab eo ꝑcipe, de qua in sacra scriptura scribit̃. Eu
ge serue bone ⁊ fidelis, q2 in pauca fuisti fidelis. ꝯ̃. multa te ↄ̃sti
tuã intra in gaudiũ dñi tui, ad qd qdẽ gaudiũ ille nos ꝑducat q
est trinus ⁊ vnus semp bñdictus in secula seculorum. Amen.

FINIS

Preclarus, ⁊ insignis Tractatus practicabilis, ⁊ quotidianus in materia Oblationum,

editus ab excellētissimo. U. J. monarca Domino Mariano Socino de Senis, genitore magni iuriscon sulti Domini Bartholomei Socini, vtilis ⁊ necessarius tam doctoribus, ⁊ scholaribus vtriusq; iuris censure, causidicis, ⁊ tabellionibus, q̄ ecclesiasticis personis, ⁊ alijs quibuscunq;.



¶ Integerrimo, atq; prudentissimo fratri, ⁊ clarissimo equiti domino Urbano del bello dignissimo orphanotropho pijssimi Xenodochij sacratissime virginis Marie della schala de Senis, patri ⁊ domino suo precolendissimo, Marianus Socinus senensis se plurimum commendat.



Cum superioribus diebus, integerrime frater, ⁊ miles, nonnullos ad me in materia oblationum abste transmissas qōnes recepissem, sup quibus quid tenendū foret, consilio meo declarari cupiebas. Affectans tuo honestissimo desiderio morem gerere maiorū nostrorū auctoritates atq; sententias ea qua potui diligentia pscrutatus sum, Ceterū cū oblationū māz menti voluerē atq; oino volutarē, intelligerēq; preter eas quas misisti circa materiā eandē plurimas quoq; dubitabiles obscuras, ⁊ difficiles qōnes suboriri posse. nō potui nō vehemēter admirari, q maiores nr̄i in ea mā quasi nihil scripserūt, atq; idipsum plerisq; in locis incōdite, ieiune, atq; incōposite tradiderūt, Quod eo maxime admiratiōe dignū esse cēseo, nā ⁊ vtilis pfecto res est, ⁊ mā, qua quotidie in vsum, atq; in exercitationē cadit, quo fit, vt eēt plenius attingēda, vt Paulus nobilissimus iuriscōsultus inqt, Animaduertēs igit̄ quāta diligentia, quo studio, qua prudētia, quāta insup pietate, misericordia, ⁊ charitate cōmisse tibi cure ⁊ administratiōi incūbas, ⁊ presis. Tua. n. opa, atq; puidētia esurientes pascunt̄, sitiētes potāt, pegrini, ⁊ hospites colligunt̄, nudi operiunt̄, expositi nutriūtur, ⁊ bonis artibus instruunt̄, puelle nubēt, egrotantes recipiunt̄, ⁊ curant̄, vinclis dānati visitantur, mortui sepeliunt̄. Et cetera oia quecunq; inueniri, dici, aut excogitari pnt. Pietatis, ⁊ misericordie opa ardētissimo charitatis aio accuratissime, ⁊ absolutissime exercent̄. Diuina insup officia catholice, ⁊ religiosissime celebrant̄. Aio ēt repetens quāto honore, fide, ⁊ affectiōe. Quāto deniq; studio, ⁊ amore, tu fratresq; tui semp me fueritis psecuti. Intelligensq; ipsarū oblationū nō solū frequētiā, verū ēt sanctissimos fructus, qñquidē illis medijs corpalē psperitatē, ⁊ diuitias seruamus, ⁊ augemus, diabolicas instigationes fugamus, supplicia vitamus. Corda nr̄a diuina gr̄a illustramus. Et tandē a pctis aias nr̄as absoluētes ad vere felicitatis gaudia pducimur, vt latius atq; vberius hec postea differenda sunt. Institui aio quo ad vires ingenij mei suppetūt, ipsius gloriosissime virginis Marie auxilio fretus mām ipsam tū copiose, tū ēt dilucide, ac pspicue, ⁊ ordinate ptractare. Quare religiosissime vrbane opusculū hoc pro tua solita humanitate iocūde suscipies. Quo tu successores tui exortis iā ambiguitatibus finē imponere futurisq; oblatiōibus, ne vlla post hec dāna pnitiose ambiguitates, ne ēt pnitiose hoium fallacie contingāt, q̄ facillime puidere poteritis. Ceteri vero cū oblationū vberrimos fructus senserint ad illas ardētissime faciēdas, vt mea fert snia, imitabuntur, ⁊ impellentur. Uale.



Partitio vt sepius a nobis scriptū est, aium incitat, mentē preparat, memoriā reformat, ⁊ illustrē, ac pspicuā totā reddit oratiōnē. Per partes. n. facilius in cognitionē totius adducuntur. Ut ergo p partiū distinctionē oblationū mā inuentione facilior, ⁊ intellectu clarior fiat. Opusculū hoc principalr̄ distinguimus in viginti libellos. ⁊ libellū quēlibet in suas qōnes diuidemus prout ipsius materia patietur.

In primo libello continentur infrascripte questiones.

rum sub quibuscunque verbis facta, dummodo oblatio comprebendat omnia bona presentia, & futura, & omnia iura presentia, & futura.
Quid si offert omnes res presentes, & futuras.
Utrum in tali oblatione veniant omnia bona
Utrum valeat oblatio persone facta ecclesie seculari, aut hospitali, vel alteri pio loco absque bonis.
Utrum valeat oblatio persone, & bonorum, de viribus predicte oblationis.

Libellus vndecimus.

De viribus oblationum predictarum quo ad preiudiciu3 creditorum habentium hypothecam expressam, vbi distinguitur.
Quando quis obtulit duntaxat bona sua sine se.
Quando obtulit se sine bonis.
Quando obtulit se, & bona.

Libellus duodecimus.

De viribus oblationum predictarum quo ad creditores ipsorum offerentium solum habentibus tacitam hypothecam in bonis offerentis.

Libellus. xiij.

De viribus oblationu3 quo ad preiudiciu creditoru psonaliu3.

Libellus. xiiij.

De effectibus oblationum respectu preiudicij creditorum tunc non existentiu, sed qui post profecta oblatione3 superuenerut.

Libellus. xv.

De effectibus oblationum respectu preiudicij aliorum, qui non sunt creditores. Et primo respectu filiorum, qui viuunt te pore facte oblationis. Secundo respectu filioru3, qui post profectam oblationem suscepti sunt.

Libellus. xvj.

De effectibus oblationum respectu vtilitatis ipsoru offerentiu.

Libellus. xvij.

De effectibus oblationum respectu eorum pro quibus fierent, & an alijs pro quibus fierent prosint, videlicet tam pro viuis, quam etiam pro defunctis. vbi multas & singulares questiones inuenies & vtiles.

Libellus. xviij.

De effectibus oblationum quantum ad virtutem acquisitiua3.
Cui querantur oblationes facte imagini, vel statue prophane.
Quid si offerens aliquid imagini religiose exprimat cuius contemplatione faciat talem oblationem, seu cui velit ea3 queri.
Quid si consuetudo disponit, quod oblationes facte imagini alicuius sancti querantur potius vni quam alteri.
Si est dubium cui acquirantur dicte oblationes, quando fiunt imagini, vel statue, vt supra re dubia existente, cui acquiri debent, An domino domus vel parietis vbi depicta est imago vel statua affixa. An ecclesie nominis illius sancti. An ecclesie cathedrali. An episcopo, An ecclesie parrochiali.
Cui querantur oblationes facte ad altare in capella alicuius ecclesie. An rectori illius ecclesie, An capellano illius capelle vel altari.

Libellus. xix.

Quid facere debeant vel possint recipientes oblationes de ipsis oblationibus.
Utrum oblate ad vnum vsum possint in alium transmutari.
Utrum possint transmutari auctoritate legati de latere.
Utrum voluntate offerentis possit in aliu vsu3 fieri comutatio.
Qualiter succurratur contra non adimplentem modu3 adiectu rebus oblatis.

Libellus. xx.

Quales debeant esse qui mittuntur pro oblationibus & de pena non mittentium dignos.

SUMMARIUM

1 Oblationum tres sunt species.
2 Oblatio propter varias causas fit.
3 Oblatio verbum stricte sumptum quid significet.
4 Oblatione quis in mora constituitur.
5 Oblatio proprie sumpta refertur ad id, quod in cultum dei exhibetur.
6 Oblatio Deo multipliciter fieri potest.
Et dicitur etiam sacrificium.
7 Oblatio fieri potest in recompensationem beneficij a Deo accepti.
8 Oblatio etiam fieri pot ad sustentationem ministrorum dei.
Decime dicuntur offerri.
9 Oblatio etiam fieri potest, vt id, quod offertur, integrum remaneat diuino cultui deputandum.
10 Sacrificium fit in recognitionem diuine subiectionis.
Oblatio voluntarie fit.
11 Oblationis descriptio.
12 Diffinitio bona ex quibus constare debeat.
13 Donare se proprio quis non potest.
Promittere quis potest tria regule substantialia.
14 Offerre quis potest seipsum, tria substantialia regule non profitendo.
15 Donatio omnis est doni datio.
Res est nomen generale, & rem quālibet significat.
16 Oblationis alia diffinitio.
17 Uerbum, actus, in diffinitione oblationis quare ponatur.
18 Oblationes quandoque fiunt propter necessitatem ecclesie, vel pij loci.
Et naturam elemosinarum sapiunt.
19 Elemosina quid significet.
20 Oblationis alia diffinitio.
21 Actus exteriores alicuius virtutis qui possunt attribui electiue vni et alteri virtuti, cui attribuantur.
22 Uoluntas, & propositum maleficia distinguunt.
23 Elemosina, & sic oblatio est actus charitatis exterior.
24 Oblatio quando non sit actus charitatis, sed satisfactionis.
Peccata elemosinis redimuntur.
25 Oblatio quando sit actus latrie.
26 Oblatio quando sit actus liberalis.
27 Uerba illa posita in diffinitione oblationis, per quem quis trāsfert se &c. quare ponantur.
28 Uerba, aut sua, quare ponantur in dicta diffinitione.
29 Uerbum, misericordia motus, quare ibi ponatur.
30 Uerba, sponte donat, quare ponantur.

Primus libellus.



Quoniam omnis nostra disputatio circa oblationu3 materiam habenda est. Institui in primis tractare, quid sit oblatio, & de ipsius oblationis quidditate, ac significato. 1 † Est igitur aduertendu3 quod Ray. in summa in ti. de parrochijs. §. secundo. Joan. and. in. c. quāuis. de deci. dicunt quod oblationum tres sunt species.

¶ Prima est alicuius rei donatio deo vel ecclesie inter viuos sponte facta.

¶ Secunda est alicuius rei donatio deo, vel ecclesie causa mortis facta.

¶ Tertia est quotidiana, & vsualis, quam faciunt fideles ad altare, vel ad manum sacerdotis. Sed predicte descriptiones, & diuisiones mihi non placent, ideo illas ommittam. Et quanuis docto. nostri in hac materia paru3, & fere nihil scribant, & textus admodum pauci reperiantur. tamen ego materiam ipsa3 latius examinabo.

2 ¶ † Pro ipsius igitur materie fundamēto atque faciliori cognitione premittendum est, quod oblatio potest propter varias causas fieri, vt ex infra dicendis clarius apparebit.

3 ¶ † Quid significet verbum oblatio stricte sumptum? Et in primis illud sciendum est. quod oblationis verbum est satis generale, continens quemlibet actum, per quem aliquid alicui offertur, & descendit ab offero, quare siue deo, siue ecclesie, siue pio loco, siue rei publice, siue alicui priuato aliquid offeratur, oblatio dici-
4 tur. † vnde & ad constituendum aliquem in mora, vel ad moram ipsam purgandam plerunque oblatione vtimur secundu3 ea, que latius traduntur in. l. acceptam. C. de vsur. & ibi per glo. & Bar. & Bald. in. l. si creditrici. & l. si constat eode3 titulo, & per Bal. in auctentica. dos data. C. de dona. ante nupt. & late per Bar. & docto. in. l. stipulatus. ff. de verborum obligatio. verum quanuis verbum hoc ita late sumptum comprehendat quid oblatu3 est.
5 ¶ † Proprie tamē, & stricto sumpto vocabulo oblatio respicere videtur, & ad illud solum referri, quod in cultum dei exhibetur. Proprie ergo illud quod deo, seu ecclesie offertur, & sacerdoti tanquam

tanquam medio inter deum, ⁊ populum oblatio dicitur, vt legi-
tur de Moysi Deutero. c. v. ⁊ probatur. x. quest. j. c. quia sacer-
dotes. ⁊. c. sanctorum. ⁊. c. sequenti. ⁊. xvj. qõ. j. c. statuimus. de
consecra. di. j. c. omnis christianus.
6 ¶ † Potest autem fieri talis oblatio deo multipliciter. Primo,
vt aliquid exhibeatur in cultum diuinum in aliquod sacrum, qd
inde fieri debeat constituendum, ⁊ talis oblatio etiam sacrificiũ
dicitur. ⁊ ad actum latrie exteriorem dicitur pertinere, sicut ora-
tio, iuxta illud Psalmiste, Dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. iuncta gl. que dicit, ꝙ talia sacrificia videntur
offerre domino in odorem suauitatis. Oblatio igitur modo pre
dicto est etiam sacrificium, vt habetur Exodi. cap. xxix. dum di-
citur, Offerens totum arietem. incensum super altare oblatio est
domino, ⁊ odor suauissimus. Et idem etiam habetur Leuitici. c.
ij. ⁊ de huiusmodi oblationibus non est intentionis mee hic tra-
ctare, sed alias suo loco examinabimus.
7 ¶ † Secundo modo potest fieri oblatio, vt id quod offertur nõ
consumatur in sacrificium, sed ad quandam oblationis speciem,
que deo exhibetur cum quadam professione, vt habetur Deute
rono. c. xxvj. Et has oblationes de fructibus terre primo perci
piuntur, ⁊ deo offeruntur in recognitionem dominici beneficij
quasi aliquis profiteatur se a deo fructus terre percipere. ⁊ ideo
tenetur ad aliquid de huiusmodi deo exhibendum iuxta illud
Paralipo. i. c. vltimo. Que de manu tua accepimus, dedimus
tibi. ⁊ de his in tit. de primitijs latius tractabimus.
8 ¶ † Tertio modo potest fieri oblatio de necessitate ad sustenta-
tionem ministrorum dei, quod ad decimas pertinet. Nam ⁊ de-
cime dicuntur offerri, iuxta illud Exodi. ca. xxij. ibi dum dicitur,
Decimas, ⁊ primitias non tardabis offerre domino. Et de his
latius dicemus in titulo de decimis.
9 ¶ † Quarto modo potest fieri oblatio, vt id quod offertur, non
consumatur in sacrificium vel ad primitias aut decimas, sed vt
integrum maneat diuino cultui deputandum, vel quandoqꝫ in
vsus ministrorum ecclesie vel alicuius pij loci exponendum. ⁊ hu
iusmodi oblatio non potest appellari sacrificium, quia ad ipsam
10 quis non necessitatur † sicut ad sacrificium, quod fit in protesta-
tionem, seu recognitionem diuine subiectionis. nec est aut appel
lari potest primitia, aut decime ad quas quis videtur necessita-
ri. Nam huiusmodi oblatio secundum ipsius rationem hoc ha-
bet, quod voluntarie fit, iuxta illud Exodi ca. xxv. Ab homine
qui offert vltroneus eas, scilicet oblationes accipietis. Potest
tamen contingere, ꝙ aliqui ad oblationes teneantur varijs ex
causis, vt infra subijciam in libello tertio. Ad huiusmodi igitur
oblationes tractatus noster satis poterit adaptari. Nam que di
cemus de oblationibus voluntarijs factis predicto religiosissi-
mo, ac pijssimo cenobio, seu hospitali sacratissime virginis Ma
rie della scala de Senis, ⁊ ceteris pijs locis, satis commode ac-
comodari possunt ad predictas oblationes, que ecclesijs, seu sa
cerdotibus fierent sub formis, ⁊ modis, de quibus infra tracta-
bimus circa hospitalia, ⁊ cetera pia loca.
¶ Est igitur intentionis nostre tractare non de oblationibus,
que fiunt in sacrificium, seu que fiunt vt diuino cultui perpetuo
permaneant, seu de primitijs, vel decimis. nec etiam de oblatio-
nibus, que mortis causa fiunt, quia de illis cõgruis locis tracta-
bimus. Et hoc nisi inquantum presens materia posset ad illas
adaptari. Nec est etiam intentionis nostre tractare, nisi inciden
ter de oblatione quotidiana ⁊ vsualia, quam quotidie faciunt fi
deles ad altare, vel ad manus sacerdotum. Sed de oblationi-
bus, que fiunt ecclesie, hospitali, vel alio pio loco propter vsum,
⁊ sustentationem ecclesie, vel pij loci, ⁊ ministrorum, aut aliorum
similium ipsius ecclesie, vel pij loci. Posito ꝙ ipsius ecclesie lo-
ci pij, vel ministrorum nulla daretur necessitas, vel indigentia.
11 ¶ † Et hoc modo oblatio iudicio meo ita describi potest videli
cet, ꝙ est translatio sui ipsius, vel donatio alicuius rei alicui ec-
clesie, vel pio loco sponte ad ipsius ecclesie, vel pij loci vtilitatem
celebrata. Et est notandum, ꝙ verba illa translatio, vel donatio
12 ponuntur vt genus, quia vt varijs locis explicauimus, † Om-
nis bona diffinitio constare debet ex genere, ⁊ differentijs. ⁊ il-
lud verbum translatio respicit personam, quia quis quandoqꝫ
non solum offert res, sed etiam personam, vt infra subiciam.
13 † Nec potest quis proprie donare se, quia quis non habet suijp-
sius dominium, vt. l. liber homo. ff. ad. l. aquilia. licet possit pro-
fiteri aliquam regulam approbatam, ⁊ abdicare a se velle, ⁊ nol
le. xij. questio. j. c. non dicatis. ⁊ promittere tria substantialia re-
gule, scilicet paupertatem, castitatem, ⁊ obedientiam. Aut etiam
profiteri certam regulam, ⁊ certum modum ad aliquos pios, ⁊
14 religiosos actus. Deinde subdidi Suijpsius. † Nam ⁊ quis po
test se ipsum offerre etiam non profitendo tria substantialia re-
gule, sed certi modi viuendi regulam, ⁊ formam assumendo. De
inde sequitur verbum Donatio. quod ponitur in dicta descri-
15 ptione vt dixi, † quia omnis donatio est doni datio, vt in. l. se-
natus. §. donatio. ff. de donatio. causa mortis. Sed illa oblatio
est doni datio, ergo ⁊ cetera. Deinde subiungitur Alicuius rei.
quod nomen generale est, vt rem quamlibet significet mobilem
⁊ cetera, vt in. l. prima. ff. si certum petatur, ⁊ in. l. rei. ff. de verbo
rum significatio. Deinde subiunguntur illa verba, Alicui eccle-
sie, vel pio loco. ad differentiam donationis, que alteri fieret, que
retinet proprium, ⁊ simplex nomen donationis. Istam veram do
nationem, quia fit ecclesie, vel pio loco propter pium vsum ap-
pellare libet oblationem propter vsitatum verbum vulgare ma-
16 xime senensium. † Posset etiam vt arbitror ita describi, ꝙ est
actus exterior religionis, per quem fit translatio sui ipsius, vel
donatio alicuius rei alicui ecclesie, vel pio loco sponte ad ipsius
17 ecclesie, vel pij loci vtilitatem celebratus. † verbum autem actus
ponitur vt genus, verbum vero exterior religionis ponitur ad
differentiam interiorum. Et per ea que dicit beatus Thomas se
cunda secunde questio. lxxxj. ⁊. lxxxij. in principio. iuncta. questi.
18 lxxxvj. Cetera vero verba declaranda sunt vt supra. † Uerum
quia huiusmodi oblationes quandoqꝫ etiam fiunt propter ne-
cessitatem ipsius ecclesie, vel pij loci, seu eorum, qui stant in eccle
sia, vel in loco pio, Aut illorum ad ipsam ecclesiam vel locum
pium recurrentium prout proprie contingit in hospitali, Xeno-
dochio, ⁊ Orphanotrophio nostro. Et tales oblationes elee-
mosinarum naturam sapiunt, cum ad illas ex misericordia quis
19 moueatur. † Eleemosina enim a greco sumpto vocabulo miseri
cordiam, vel dei mandatum ad charitatem exercendam signifi-
cat, vt latius dixi de verborum significatio. c. eleemosina. Et se-
cundum ꝙ huiusmodi oblationes propter hanc indigentiam ⁊
20 necessitatem fiunt, iudicio meo possunt ita describi. † Quod ob-
latio est actus charitatis, per quem quis transferẽdo se aut sua,
aut se ⁊ sua, vel sua sine se, misericordia motus sponte donat ec-
clesie, vel alicui pio loco. Et est aduertendum, ꝙ verbum actus
ponitur in dicta descriptione vt genus. Reliqua vero verba que
ponuntur in dicta descriptione ponuntur ad differentiam alio-
rum actuum. vnde verbum charitatis ponitur ad differentiam
liberalitatis, ad quam quis donando principaliter intendit, ⁊
21 non ad subueniendum indigenti, † nam actus exteriores alicu-
ius virtutis, qui possunt attribui electiue vni, ⁊ alteri virtuti, illi
virtuti attribuuntur, ad quam pertinet id, quod est principale
motiuum ad agendum huiusmodi actus. nam in his moralibus
22 actibus prius ad intentionem agentis recurrendum est. † Et
hinc est quod quotidie dicimus, ꝙ voluntas ⁊ propositum distin
gunt maleficia, vt in cap. cum voluntate. de sententia excommu
nicatio. ⁊ in. l. diuus. ff. de sicca. ⁊ in. l. qui iniurie. ⁊ in. l. itẽ apud
labeonem. §. si quis astrologus. ff. de iniuri. ⁊ nota. in. c. ij. de sor-
tileg. cum simili. Si ergo distingunt vitia, ergo ⁊ virtutes. Cum
itaqꝫ talis oblatio fiat principaliter in casu predicto ad subue-
niendum necessitatem patienti, merito videtur sapere eleemosi-
nam secundum ea que tradit beatus Thomas secunda secunde
23 questio. xxxij. arti. j. † Sed eleemosina ⁊ sic oblatio, que fit neces
sitatem patienti, vt illi subueniatur, est actus charitatis exterior,
iuxta illud Joannis. c. iij. Qui habuerit substantiam huius mun
di ⁊ viderit fratrem suum necessitatem patientem ⁊ clauserit vi-
scera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo? quasi dicat
24 non potest manere. † Si vero talis oblatio fieret principaliter
animo satisfaciendi obligationi ad quam quis teneretur, forte p
restitutione alicuius incerti vel male ablati, aut pro redimendo
voto commutato aut quid simile, tunc non esset actus charita-
tis, sed satisfactionis iuxta illud Danielis. iiij. Peccata tua elee
mosinis redime. iuncta regula. Non dimittitur peccatum nisi
de regu. libro. vj. ⁊ iuxta illud, Uota tua domino redde. Et talis
satisfactio est potius actus iustitie q̃ charitatis, vt patet ex dif-
25 finitione iuris. † Si vero talis oblatio fieret non vt subuenire-
tur indigentis necessitati, nec vt satisfieret debito, sed solum vt
sacrificium ⁊ holocaustum fieret deo, tunc talis actus esset actus
latrie. iuxta ad Hebreos cap. vltimo. Beneficentie ⁊ commu-
nionis nolite obliuisci talibus enim hostijs promeretur deus. ⁊
talis potest dici actus latrie intelligendo tamen secundum quod
26 superius intellexi. † Si vero offerens solum intenderet exerce-
re liberalitatem ⁊ non subuenire ecclesie vel loco pio aut miseri-
cordiam exercere, non est dubium ꝙ talis erit actus liberalita-
27 tis, ⁊ esset simplex donatio vt superius dixi. † Uerba autem illa

que sequuntur. Per quem quis transfert se aut sua ꝛ cetera. partim ponuntur ad denotandum effectus huiusmodi oblationũ, ꝛ partim ad differentiam aliorum actuum. ꝛ ideo dicit transfert se, quia potest quis propter talem causam offerre se vt personaliter insistat seruiendo ꝛ prouidendo necessitatibus ipsius loci ꝛ pauperum infirmorum, expositorum ꝛ senium ac similium vt in
28 ferius apparebit. † Verba autem illa que sequuntur, Aut sua aut se ꝛ sua, aut sua sine se. Ponuntur ad denotandum varios modos quibus possunt fieri huiusmodi oblationes sicut latius
29 dicam infra eodem arti. vij. † Verbum autem illud, Misericordia motus. Similiter ponitur ad differentiam simplicis ꝛ proprie oblationis ꝛ ad differentiam simplicis ꝛ proprie donationis que solum fit ad finem exercende liberalitatis in. l. ita te. ff.
30 de dona. † Ideo autem dixi, Sponte donat ecclesie ꝛ cetera. vt differat ab ea donatione que fieret ob aliquam necessitatem preambuli contractus, vel propter aliquam remunerationem, que diceretur, vel donatio sub modo ob causam vel contractus innominatus ꝛ cetera.

¶ Insuper quia oblationes quandoqꝫ fiunt vt statim dixi propter aliquam causam, vt aliquid offerenti detur vel fiat de quibus intendo etiam tractare inquantum pertinet ad cognitionẽ qualiter locus pius cui fit talis oblatio remaneat obligatus tali offerenti ꝛ creditoribus suis. ꝛ sic de ipsius oblationis viribus quo ad istos effectus. Ideo talem oblationẽ sic erbitror descri bi posse videlicet: Quod est sui ipsius translatio, aut alicuius rei ob causam facta donatio. Quare autẽ ita describatur satis colligi potest per verba superius dicta.

SVMMARIVM

1 Oblationum species quot sint.

Secundus libellus.



Ecũdo loco principali videndum est quot sunt oblationum species. Circa quod facilis potest colligi decisio ex his q̃ superius dicta sunt in precedenti articulo. Quoniam alia pertinent ad actum latrie ꝛ ad sacrificandum, que ob latio ad diuinum cultum pertinet in recognitionem diuine subiectionis. Quedam ad ecclesie vel alicuius pij expedientiam. Quedam quotidiana ꝛ vsualis ad altare vel ad manum sacerdotis. Quedam que sapit eleemosinam ꝛ propter charitatem ꝛ misericordiam fit. Quedam que fit ob causam vt aliquid recipiatur. Quedam que fit inter viuos. Quedam que fit propter mortem ꝛ mortis causa. Possent etiam predicta ꝛ alijs modis subdistingui quos obmitto. De ipsis enim latius ex infra dicendis apparebit. Et hec sufficiant quo ad secundum principalem articulũ.

SVMMARIVM.

1 Oblationes an facere quis necessitetur.
2 Oblationes quis facere teneatur.
3 Naturale est, quod apud omnes est.
4 Oblationes primitiarum quis facere tenetur.
5 Oblationes decimarum quis facere tenetur, ꝛ sunt in precepto.
6 Oblationes ad altare omnis christianus facere necessitatur.
7 Et quomodo tales oblationes fiant.
ne, nã vt in precedenti dubio dictũ est, miracula aliq̃n fiunt p ma-
los, vnde est cauendũ ne populus decipiat vt in c. fi. in fi. de re-
2 li. & vene. san. Et q̃ † circa maiora maius periculũ vertitur, cau-
tius est agẽdũ. xlij. di. quiescamus. lxj. dist. c. miramur. j. q. j. §. ec-
ce cum honoris, & in c. vbi periculũ. de elec. lib. vj. Dicũt tñ aliq̃
q si fit elusio vix possunt continuari miracula vltra. xl. dies.

¶ Pro p̃ requisito in eo qd̃ dicit, non cõsueuit pontifex statim
3 moueri, facit rõ, q̃ † nemini de facili est credendum. l. sicut. & ibi
Bal. C. de fi. instru. & gl. in c. cupiẽtes. post prin. de elec. in. vj. &
ideo gl. in. l. j. §. j. ff. de eo p quẽ fa. erit. dicit imputãdum illi q est ni
miũ credulus. iuxta illud. Qui cito credit leuis est corde. Unde
Ouid. in lib. Epl̃arũ, episto. xvj. loquẽs de puellis q̃ faciles sunt
ad credẽdũ, sic inq̃t. Credulitas dãno sp̃ solet esse puellis. Qua
re preclarus orator Jo. bocacius Florẽtinus de casibus virorũ
illustriũ. lib. j. dixit, Repentina credulitas mater est erroris & no
uerca consilij. Immo plus dicit gl. no. in c. si qs prepostera. l. di.
q nõ est statim credẽdũ ẽt bono viro. & io dr̃ in hoc requisito, q
ẽt si essent psone honeste & auctẽtice, debent nõ semel sed pluries
& instanter denũtiare. Dicit tñ Bal. in l. indicia. C. de rei ven.
4 q dictũ † notabilis viri inducit iustã credulitatẽ. Idẽ tꝫ in c. cũ
contingat. in. ij. col. de rescrip. & ibi in vlti. col. refert Colle. dice-
re q appellatus deberet credere discreto & notabili viro dicenti
eius aduersariũ appellasse. allegat. c. tanta. lxxxvj. di. & Spec. in
ti. de citatione. §. sequitur videre. & gl. in verbo, plena. in cle. cãz.
de elec. facit pro hoc qd̃ dicit glo. pe. circa fi. in. l. titio fundus. ff.
de condi. & demon. Tñ Bal. in d. c. cum cõtingat. in. ij. col. dicit
q lꝫ boni & discreti viri dictũ inducat iustã credulitatẽ. nõ tñ qs
tenetur ei credere. p tex. no. fm eũ in. l. ij. ff. qd̃ fal. tuto. auto. Itẽ
p eo q dr̃ q Romanus põtifex dꝫ expectare prius famã acce-
dere anteq̃ inqstioẽ cõmittat. facit. c. qualiter & q̃n. el. ij. de ac
cu. in ver. ne semel tm̃, sed sepe qd̃ clamor innuit, & diffamatio ma
nifestat. & ibidẽ quasi denuntiãte fama, vel deferẽte clamore &c.
5 vbi pbat † q nõ dꝫ fieri inquisitio, nisi fama de eo q inq̃rit pre-
cedente. & io ibi no. dicit do. Abb. q in inqstione iudex nõ tꝫ lo
cũ partis, sed infamia ẽst loco accusatoris seu denuntiatoris, &
sic iudex nõ est accusator, q̃ nõ fungit duplici officio incõpassibi
li. nã alius dꝫ esse accusator, alius iudex. iiij. q. iiij. c. j. & ij. & in c.
foris. de ver. signi. & hec fama dꝫ pcedere a viris pꝛuidis & hone
stis. vt in d. c. qualiter. Idẽ dũ dr̃ q pluries & instanter debẽt de
6 nuntiare, hoc io est q̃ instãtia † in pluribus multũ operat & ma
xime in oratione vt in c. in oportuna. de peni. disti. j. facit text. in
c. vbi piculũ. in §. fi. in ver. & apud eũ deuotis orationibus insi-
7 stat. & ibi p Archi. de elec. lib. vj. Itẽ † instãtia operatur in cã ap
pellationis quo ad petẽdos aplos de qbus in. l. vnica. vbi bar.
ff. de libel. dimisso. & in. l. eos. in §. aplos. & ibi Bar. C. de appel.
& in c. j. & in c. ab eo. cũ ibi no. de appel. lib. vj. & in cle. ij. eo. tit. &
8 isti † apli sunt lr̃e dãde ab eo a quo appellatũ est ad eũ q de ap-
pellatione cogniturus est. d. l. vnica. in prin. & io tales lr̃e dicunt
apli, q̃ sicut apli grece latine dicunt missi fm Albe. de rosa. in
dictionario suo in verbo apli. allegãt quendã Maximianũ in
sermone aplorũ Petri & Pauli. Ita ipse lr̃e dicũtur dimissorie
9 d. l. vnica. & voluit Car. in d. cle. ij. in. ij. q. & hec † fuit rõ quare
discipuli a Christo electi fuerũt appellati apli. q̃ ab eo missi ad
predicãdũ p vniuersum orbẽ. vt habet Mar. vlti. c. n in. §. ecce.
xxxvj. di. & p Archi. in c. fundamẽta. in verbo, aplos. de elec. in
vj. & Spec. de sum. tri. & fide catho. circa fi. Itẽ ad baptizandũ
oẽs gẽtes vt habet Jo. iij. c. & in c. penul. de baptismo. & hoc p
cedit nõ solũ i. xij. aplis, de quibus p gl. j. & ij. in c. vnico. de reli.
& veñ. san. lib. vj. & p Abb. in c. fi. vbi fit de eis mentio. de feri. sꝫ
ẽt in. lxxij. de qbus in nouo. xxj. dist. & per glo. in c. cũ ecclesia. de
10 ele. Itẽ instantia † multũ operat in impetratione gratiarũ. vt in
c. fi. de rescrip. lib. vj. & in c. ij. de cõcesl. preb. eo. lib. Hec tñ instan
tia tanq̃ ambitiosa importunitas reprobat in illis casibus. Da
tur. n. ambitiosa & nõ ambitiosa importunitas, vt declarat glos.
in d. c. fi. i verbo, importunitatẽ. ad quã me remitto. vbi ẽt p Do
mi. & alios. & facit ad predicta de instãti petitione. tex. no. iuncta
gl. in verbo, deus. in c. nõ mediocriter. in prin. de conse. dist. v. &
tex. cũ gl. eleganti. in c. prisca. centesima di. & in c. cũ in iuuentu-
te. in verbo, importunitate. de purga. cano. ¶ Secundum requi
11 sitũ est q si cõtineãtur † supplicationũ instãtie, & fama, & miracu-

lorum cõtinuatio perdurare dicat, cõsueuit Romanus pontifex
hoc pponere inter fratres, & aliquibus eps patrie illius qui dicit
sanctus, vel cõuicinie vel alijs psonis honestis, discretis & incor
ruptibilibus cõmittere, vt inquirãt de fama & deuotione populi,
& de miraculis & alijs que sunt eidẽ nuntianda in genere & nõ in
specie, & quo ad famam & nõ quo ad veritatẽ. & qd̃ sibi scribãt q̃
inuenerint. & ãn eis videat q super veritate eorundẽ sit inqsitio
cõmittenda ¶ Quo ad secũdũ requisitũ in eo qd̃ dicit cõsueuit
Romanus pontifex hoc pponere inter fratres. facit rõ de qua
statiꝫ dicã in tertio requisito. ¶ Item pro eo quod dicit q dꝫ cõ
12 cõmittere epis illius patrie vel conuicinie facit, q̃ † vicinus pre
sumit scire facta vicini & eius cõditionẽ fm Bar. in. l. j. in. v. col.
ver. q̃ro qd in teste. ff. si cer. pe. facit. l. si vicinis. & ibi Cy. & Bar.
C. de nup. & p Spec. in ti. de cõpeten. iudi. adi. §. j. ver. sed nun-
quid. glo. in. l. ij. C. q̃n fiscus vel priuatus. p Bar. in. l. mutus. in
fine principij. ff. de acquiren. heredit. ¶ Item pro eo qd̃ dicit vel
13 alijs psonis honestis, discretis & incorruptibilibus, facit, q̃ † ius
multũ defert honestati & discretiõi. vt in c. pastoralis. §. pterea.
in fi. ibi, corã publicis & honestis psonis. de offic. ordi. & in c. nisi
14 essent viri pꝛuidi & honesti. de prebẽ. & sic noto q tales † persone
presumunt incorruptibiles, dũmodo nõ essent egene. Nam hec
qualitas lꝫ essent honeste inducit psumptã corruptibilitatẽ. tex.
15 est no. in. l. iij. in prin. ff. de testi. ¶ Tertiũ requisitũ † est si tales re
scribũt talia, p que videatur q inquisitio veritatis committi de-
beat, reqrit iterũ summus põtifex fratrũ cõsilia, & diffinit vtrum
sit inqsitio cõmittẽda vel nõ. ¶ Pro eo qd̃ dicit q iterum sum
16 mus pontifex inq̃rit cõsilia fratrũ, facit ratio, nã † si eorũ cõsiliũ
requiritur in canonizatione vt. s. dixi in secundo dubio in fi. vbi
me remitto, ergo in omni eo, sine quo non peruenitur ad ipsam
canonizationẽ interuenire dꝫ eorundẽ cõsilium. argumẽto. c. pre-
terea. de offi. deleg. l. ij. ff. de iuris. om. iu. & l. oratio. de spon. cum
si. & io dixit Bal. in. l. j. C. si rector prouin. q si permissũ est prio
ribus q possint statuere super reddenda iustitia in ciuitate põte
runt eligere prãtẽ qui illã reddat & poterunt reddere penas. Itẽ
dicũt doc. & maxime Abb. in c. ij. post gl. ibi secũdã. de precari.
17 q ambasiator † constitutus ad pacem ineundam põt appone-
re penam vt pax seruetur. Unñ dixit Ang. in preal. l. ij. q procu-
rator cõstitutus ad vendẽdũ promittere põt de euictione. Facit
qd̃ voluit Bal. in. l. ij. in. ij. col. C. quo & q̃n iudex. qui idẽ tenuit
q in. d. l. j. C. si rect. prouin. & similiter Barto. in. l. ambitiosa. in
viij. col. in ver. tertia regula. ff. de decre. ab or. fac. cum simi.
18 ¶ Quartum † est requisitũ q si inquisitio ei cõmitẽda vr̃ iterũ
rescribit eisdẽ vel alijs q iterum veritatẽ requirant. Primo de
fama. Scdo de vita. Tertio de miraculis exacte, diligẽter, fideli
ter, & prudẽter fꝫ articulos & interrogatoria q̃ sub bulla sua trãs
mittit de quo no. in d. c. venerabili. de testi. & qd̃ inuenerũt remit
tãt suis sigillis inclusum. Circa illud qd̃ dicit de fama, vita & mi
raculis &c. Facit qd̃. s. dixi in p̃ requisito, q̃ miracula aliquãdo
fiũt per malos. Item pro eo quod dicit sub sigillis &c. facit, nã si
19 gillũ † reddit scripturã auctenticã. tex. & gl. in c. peruenit. de fi-
deius. Itẽ facit eã indubitatã fm Bal. in. l. in bonefidei. C. de iu
reiu. Item per sigillum probatur cõctus partium vbi non est no-
tarius fm Bal. in ti. de pace cõstan. in. j. col. ¶ Itẽ probatur de
legatio fm Ange. in. l. consentaneum. C. quo. & q̃n iu. quod di-
cit esse notandum pro nuntio q sibi credatur, si portat sigillum.
¶ Quãuis quo ad illud qd̃ dicit de delegatione Bal. in d. titu.
20 de pace cõstã. teneat contrarium. † Sigillum vero dñi generale
non excusat custodes roccharum vt no. declarat Bal. in c. signi
ficauit. de appel. dicens q illi q habẽt rochas in custodia, debẽt
recipere signa eis deputata, & si crederẽt literis generalibus dñi
nõ excusarent, immo punirẽtur, de sigillo cuius materia non est
principalis materia nostra. remitto me ad gl. in c. cure. xj. q. iij. &
in c. post cessionẽ. & ibi doc. de proba. Spe. & Jo. and. in addi. in
tit. de instru. edi. in §. breuiter. glo. & Imol. in. l. ij. §. si dubitet. ff.
queãd. test. aperian. & in. l. ita stipulatus. in §. chrisogonus. ff. de
verb. ob. & late p Bal. in c. ij. de fide instru. cum si. ¶ Quintũ re
21 quisitũ est † q remissa inqsitione cõmittat examinatio in curia
aliquibus capellanis, vel alijs personis auctenticis & discretis q̃
ẽt forment rubricas. Ad illud qd̃ dicit, vel alijs personis aucte-
ticis & discretis facit qd̃ dixi de personis honestis & discretis. s.
in. ij. requisito. Item facit qd̃ dr̃ de examinatione testium, q̃ fieri
22 dꝫ per iudicem, † qui est auctenticus & discretus. l. nullum. & ibi
doc. C. de testi. Bar. in. l. curent. eo. ti. iuncta. l. cõmunus. §. cum
ita. de verb. ob. & in. l. vir bonus. ff. iud. solui. & in. l. qd̃ si ephesi. ff.
de eo quod cer. lo. facit qd̃ habetur in c. in presentia. de renun.
23 ¶ Sextũ reqsitũ † est q rubrice sic facte examinẽtur exacta di-
ligentia

ligentia per dominum papã ꝛ eius fratres, ꝛ requirat papa cõsilia eorundem, an.s. videantur probata talia pp que fit canonizatio nõ immerito facienda. Pro eo quod dicit de consilio cardinalium facit qḋ dixi.s.in tertio requisito. ¶ Septimũ requisitũ ꝙ si vr̃ pape ꝙ sit facienda, hoc secrete diffinit inter fratres.
24 ex quo infero † ꝙ illud dr̃ secretum qḋ est ꝯ̃pluribus notum.vt est in cetu cardinalium, qui hodie sunt numero.xxv. ꝛ alias tempore meo fuerunt.xxxv. Immo possent esse ducẽti ꝛ.xxxvj. sicut fuerunt tẽpore Pontiani pape, vt habetur in chronica ꝓm qḋ referunt doc.in cle.ne romani.de elec.ꝛ in.c.vbi periculũ.eo.ti. lib.vj. Tñ ꝓm Alb.de rosa.in rub.de sta.bo. esset decens quod essent.lxx. vt iudicarent oẽs nationes ꝛ linguas q̃ totidem sunt. lʒ de facto non seruetur, qꝛ numerus cardinalium est in arbitrio pape, vt refert ꝛ sequit̃ Mar.de lau.in tra.cardinalium, in.ij. cõ
25 clusione. Sed ꝯ̃ hoc facit, nam † validum est argumentũ ab ethimologia vocabuli.l.ij.in.§.appellata.ꝛ ibi Sali.ff. si cer.pe.ꝛ in.l.j.in prin.ꝛ ibi p modernos.ff.de acq.pos.ꝛ iõ dicit Ab.in.pe. decre.in.iij.col. ꝙ ethimologia dat propriuʒ intellectũ verbis. per.c.forus.de ver.signi.cuʒ alijs ibi per eum adductis.facit ꝙ dicit Arch.in.c.placuit.in prin.xvj.q.j. Sed secretũ ꝑ ethimologiam dicitur quasi segregate.i.separate ab alijs actũ.ergo, ꝙ fit corã pluribus nõ põt dici secretum. Responderi põt faciẽdo
26 argumẽtum ꝙ respectiue † dici põt aliquid esse secretũ puta respectu vulgi.nam secretũ est qḋ vulgus ignorat.l.j.§.summa.ff. de his qui deie.vel effu.voluit Bal.in ti.de pace ꝯstan.in.§.fin autẽ.facit.l.si in graui.in.§.aperire.in ver.palam vel publice vel secreto.ff.ad sil. Sicut in simili dicitur ꝙ viginti milia dicuntur pauci respectu aliorũ. ꝓm glo.no.in.c. disciplina.xlv.dist.facit glo.in.c.vidua.xxxiiij.distin.ꝛ glo.in.c.cũ cãm. in verbo, effrenatã.de testi.ꝛ in.c.latores.in verbo,multitudinem.in fi. de cleri.excõ.mi. Diffinitio ergo de canonizando aliquẽ pro sancto facta solum inter papam ꝛ cardinales dicetur secreta respectu omnium aliorũ eam ignorãtium. Et ideo Domi.de san.Ge.in.c.fi. §.j.de hereti.in.vi.dicit per illum tex.ꝙ illud dr̃ fieri secrete, qḋ fit coram pluribus in secreto.ꝛ allegat et.§.ex̃.iuncta glo. in verbo,secreta.de peni.distin.j. que dicit ꝙ illa que fiunt in presentia quinqꝫ boĩm dicunt̃ secreta.naʒ dʒ intelligi.s. respectiue per supradicta.
27 ¶ Octauum † requisitum ꝙ coadunãtibus episcopis qui sunt presentes in curia narret publice in cõcistorio ea q̃ sunt, ꝛ probata secreta diffinitione iam facta suppressa ꝛ requirat consilium prelatorum. Pro hoc ꝛ pro precedenti requisito facit qḋ dr̃ de electione.s.ꝙ de substãtia siue forma electionis prelati est, vt primo fiat in secreto, demum publicetur, vt in.c. qꝛ pp. ꝛ ibi glo.in verbo.maior.ꝛ sequitur do. Abb. ꝛ cõiter doct. de elect. Item dũ dicit ꝙ coadunatis episcopis addo glo.not.in.c.ana
28 stasius qḋ est.c.fi.xix. disti. que dicit † ꝙ papa tenetur requirere consilium episcoporum, vbi de fide agitur. ꝛ tunc sinodus est maior papa, qḋ est no.dignum ad limitationẽ.c.significasti. de elec. vbi probatur ꝙ ꝯ̃silium generale non est supra papã. Naʒ fallit in cõcernẽtibus fidem, ꝓm do. Abb. ibi in.vij.no. allegantẽ glo.
29 in.d.c.anastasius. ¶ Nonum requisitum † qḋ assignatur certa dies, vt omnes cõueniant ad certam ecclesiam, in qua accenduntur cerei multi, ꝛ sternitur tapetis ecclesia, ꝛ parat̃, ꝛ illuc conueniunt papa, fratres, ꝛ totus clerus, ꝛ facit sermonẽ summus põtifex, processum recitans ꝛ probata, inducens populũ ad orandum ꝙ deus non permittat eos errare in hoc negotio. In eo qḋ
30 dicit de recitatione processus adduci põt qḋ † dicitur de publicatione testiũ, que est de ordine iudiciario. vt in.c. qm̃ ꝯ̃ falsam. de proba.ꝛ in.l.prolataʒ.C.de sen. que publicatio similiter fit recitando dicta ipsorũ testium.facit glo. in.l.publicati.C. de testa. Item dum dicit inducens populũ ad orandum, facit illud quod cantat ecclesia in illa oratione multiplicatis intercessoribus lar
31 giaris ꝛc. Preces enim sunt loco pretij. Nil enim † est carius ꝙ̃ qḋ precibus impetratur ꝓm glo.in.c.quem penitet. in verbo, labore.de peni.di.iij.ꝛ fuit dictum Senece, originaliter. facit glos. no.in.c.tuam.de eta.ꝛ quali.ꝛ in.c. Moyses.viij.q.j. Iteʒ in eo quod dr̃, non permittit eos errare, not. ex istis verbis Io. and. ꝙ ecclesia particularis in canonizatione sancti errare potest. de quo latius dixi.s.in tertio dubio.ad quod me remitto.
¶ Decimum requisituʒ ꝙ flexis genibus fiat deuotio, oratio, ꝛ cantetur, Ueni sancte spiritus, vel alius hymnus siue antiphona cõueniens.pro eo qḋ dicit flexis genibus fiat oratio.facit qḋ dr̃ in.c.vbi periculum.§.ceterum.alias in.§.ꝛ nos.de elec.in.vj. vbi dr̃ ꝙ in electione pape instatur apud deum deuotis orationibus, vt bona ꝛ animabus salutifera per ipsos cardinales fiat ele
32 ctio.ꝛ est † instandum orationi apud deum flexis genibus, non aũt recto corpore, per illud qḋ cantat ecclesia in celebratione orãdo, dũ dicit, oremus. Flectamus genua leuate ꝛc. Faciunt arguẽdo a speciali tex.in.§.non autẽ.in ver.scire dʒ.lxxv.dist. ꝛ.c.quoniam aũt.de ꝯ̃secra.dist.iij.in quibus dr̃ ꝙ flexis genibus nõ est orandum illis.l.diebus qui sunt a pascha resurrectionis vsqꝫ ad pascha pentecostes, ꝛ de ratione in.d.versi. scire. si ergo est speciale in illo casu, in ꝯ̃rium erit ius cõmune in alijs.l. ius singulare.ff.de legib.l.j.in fi.ff.ad munici.cum si. Itẽ dum dicit de hymno, veni sancte spiritus ꝛc. facit id quod similiter quotidie cantat ecclesia in celebratione officij hore matutinalis, spiritus sancti gratia illuminet sensus ꝛ corda nostra ꝛc.ꝛ tex.in.c. cũ igitur vniuersas.circa fin.ibi, inuocata spiritus sancti gratia.de elec.ꝛ idẽ dicit Abb.in.c.transmissam.in.iij.col. de elec. ꝙ in electione episcopi fienda dʒ cantari missa spiritus sancti ꝛc. ¶ Undeci
33 mum requisitũ † ꝙ surgat papa ab oratione, ꝛ diffiniat illum de quo agitur sanctũ esse ꝛ sanctorum cathalogo conscribenduʒ ꝛ festum suum tali die colendũ. pro eo qḋ dicit ascribenduʒ cathalogo ꝛc. Facit glo.no.in.l.eos.C.de offi.magi.milit. que dicit ꝙ qui non sunt scripti in matricula sunt tanq̃ꝫ priuati. Et iõ Ang.
34 post glo.in auc.de manda.prin.in.§.si quidem.dicit ꝙ solũ † militibus scriptis in matricula danda sunt priuilegia militaria. Unde dicit Bal.in.l.diximus.in fi.de excu.tuto. ꝙ mercator nõ de scriptus in matricula nõ gaudet priuilegio mercatorũ, facit.c.si romanorũ.xix.dist.vbi probatur ꝙ qui nõ reperitur descriptus inter alios de vniuersitate nõ presumitur esse de vniuersitate. Et iõ glo.not.xix.di.in summa dicit ꝙ si est dubium an aliqua sit decretalis recurrendũ est ad registrũ.c.vt veterũ.ix.dist. Presumi
35 tur tñ esse decretalis, si reperit̃ inter alias decretales, instar † illius que inuenitur inter moniales, ꝓm.d.gl.facit.c. habeo librũ. ꝛ.c.isidorus.xvj.di.vbi dicit Host.seruãdos esse canones q̃ fuerũt positi inter alios canones.facit qḋ dicit Hosti.in.c.pastoralis.de fi.instru.tex.ꝛ Bar.in.l.j.C.de exac.tribu.lib.x. ꝛ qḋ habetur in.l.fi.ꝛ ibi Bal.C.de reb.cred. ꝛ facit.l.ij. ꝛ ibi Bart. ꝛ Bal.C.de erro.aduoc.ꝛ.l.cũ de lege.ff.de proba. Unde non im
36 merito † dixit.d. Anto.in.c.j.de succes.ab intest. ꝙ statutũ reptũ in numero statutorũ presumitur esse statutum, secus si esset extrauagans. Hec tñ limito nisi esset notorium vel esset facta mentio in iudicio, qꝛ tunc dr̃ notoriũ ꝛ per ꝯ̃ns nõ põt pretendi ignorantia. Ita singulariter dicit.d. Anto. ꝛ Imo.in proe. decre.§. sane.ꝛ in.d.c.pastoralis.ꝛ Ab.in.c.j.de re iudi.ꝛ sentit Bal.in.l.leges sacratissime.C. de legi. in versi. secundo quero an liceat ignorare cõstitutiones.ꝛ voluit veridicus doctor do. meus in legibus Alex.de imo.in.l.cũ prolatis.de re iudi. Itẽ in eo qḋ di
37 cit, festũ suũ tali die celebrari ꝛc. dico † illum diem esse celebrandũ quo mortui sunt, non aũt diẽ quo nati sunt. qꝛ die quo moriũtur nascunt̃ ad gloriã.gl.est fin.in.l.cũ quidã.ff.de annu.leg. ꝓm Ludo.singulari.xxxiij. Ego addo aliaʒ in.c. non lʒ.xxxiij.q.iiij. ꝛ aliam in.§.fi.in verbo, natalibus.insti.de inge. De quo per.d. Abba.in.c.lʒ.in.ij.not.de ferijs. Fallit in beato Joanne bapt.ꝛ beata Uirgine quorũ natiuitates celebrãtur cũ fuerint sanctificati in ventre matris. Fuerũt.n.quatuor sanctificati in vẽtre matris.s. Job, Hieremias, beata Uirgo, ꝛ Ioã.baptista ꝓm Pet. de monte epm̃ Brixiensem in dictionario suo, in verbo, sanctitas.in.§.quatuor.allegat.c.nisi.super gl.iij.de renun. ¶ Duodecimũ ꝛ vltimũ requisitũ ꝙ cantetur, Te deum laudamus.ꝛ celebret papa missam solẽniter in honorẽ eiusdẽ sancti. Pro eo qḋ dicit cantat̃, Te deũ laudamus ꝛc. facit qꝛ ecclesia quotidie in officio in fine hore matutine cãtat illud canticũ. Idem fit pacta epi electione ꝓm Spec.in tit.de elec.in.§.j.ver.ꝯ̃sequẽter.in fine enim cuiuslibet operis laudandus est deus, ꝛ gratie sunt ei agende, sicut facit ecclesia tã in fine celebrationis misse q̃ꝫ in fine horarũ canonicarũ, dum dr̃ deo gratias.facit.c.de hymnis.de ꝯ̃se. di.j.ꝛ ibi gl.vult ꝙ clerici post assumptionem cibi debent agere gratias deo.facit.c.fi.xliij.di.ꝛ qḋ dicit gl.in.§.ex eo.xv.q.j. Dicit tñ Io.and.in.d.c.j.de reli.ꝛ vene. san. ꝙ hic ordo hactenus nõ semper vsqꝫ ad vnguẽ est seruatus, maxime qñ agebatur de martyrizatis pro fide.nã illi cõsueuerunt facilius ꝛ leuius expediri, ꝛ ita dicit tenere Hosti.ꝛ sic videt̃ per hec verba Ioã. and. ꝙ papa possit in canonizatione sancti omittere predictã formã. ¶ Sed an hoc sit verũ videt̃ ante oĩa dõm ꝙ non. nam forma
38 † dat esse rei ꝓm Philo.in.vij.ꝛ.viij.metha. ꝛ gl.in.c. si motuʒ. de consec.di.j.que dicit ꝙ forma est esse rei.facit no.tex.apud legistas in.l.iulianus.in.§.quantum.ff.ad exhib.ꝛ in.l.j.§.euʒ qui.ff.de consti.pecu.ꝛ in.c.in ciuitate.ꝛ ibi glo.in verbo, ex forma. de vsur.ꝛ hec procedunt in forma substantiali per id quod dicit Bal.in.l.vniuersa.in pn.ij.col.C.de preci.ipe.offer.vbi dicit qḋ

39 quandoqꝫ † forma requiritur ad esse rei, quandoqꝫ ad confirma
tionẽ rei inesse producte, qñqꝫ ad effectũ seu vtilitatẽ consequen
dã. primo casu si omittitur forma non vꝫ ipso iure. ratio, q2 talis
forma dr̃ substantialis. allegat. ff. de verb. obli. l. qui rome. in. §.
flauius. secundo ⁊ tertio casu vꝫ ipso iure, q2 talis forma dicitur
accidentalis, cuius defectus ipso iure non vitiat. ⁊ allegat Ari.
⁊ Auerroez, dicentes ꝙ forma substantialis aduenit rei existen
ti in potentia, forma accidentalis aduenit rei existẽti in actu. sed
non est dubiũ ꝙ postquã res est in actu difficilius rescinditur q̃
in principio impediretur ergo ⁊c. Et in hac forma substantiali
verificabitur qd̕ dixit Bal. in. l. ordo in. ij. col. de exec. rei iud. c.
j. ꝙ ad vnguẽ forma seruari debet. Item qd̕ dixit do. Ant. in. c.
per pisanis. in. ij. col. de resti. spo. ꝙ omissio forme in qualibet mi
nima parte vitiat processum. Item etiam verificabitur qd̕ dixit
Bar. in. l. j. ff. de cõdic. inde ꝙ vbi id qd̕ agitur peccat in forma
non oritur naturalis nec ciuilis obligatio. Itẽ qd̕ in simili dixit
gl. not. de omissione ordinis iudiciorũ, vt si est ordo substãtialis,
videtur actus. ij. q. j. in summa. Cum igitur forma de qua hic, sit
substantialis, vt pꝫ per ea que superius dicta sunt, debebit ad vn
40 guẽ seruari. Sed † contrarium dico esse verius. s. ꝙ papa non te
netur seruare dictam formã, adeo ꝙ si eam nõ seruet valebit ca-
nonizatio. Primo per auctoritatem Joã. and. de quo. s̃. qui, vt
verbis vtar Ludo. roma. in sin. suis. dclxxvj. fuit doctor valẽtissi
mus mundi, ⁊ verifice scientie. iuris canonici patrem eum appel
lauit Bal. in prelu. feu. in. ij. col. ¶ Secundo nam hec forma est
41 fundata in iure positiuo canonico, vt. s̃. ostẽdi. sed papa põt † tol
lere ius positiuũ ſm Imol. in. c. cum ad monasterium. de sta. re-
gu. glo. ⁊ ibi omnes doc. ⁊ maxime do. Anto. ⁊ Abb. in. c. pro-
posuit. de concess. prebend. ⁊ Abb. in. c. de multa. de preb. Et rõ
est, q2 eius est tollere, cuius est concedere. l. iij. ff. de re iudi. l. eius
est nolle. ff. de regu. iur. facit. c. inferior. xxj. dist. ⁊. c. j. xix. q. ij. ⁊. c.
omnis vtriusqꝫ sexus. de penitẽ. ⁊ remiss. Unde dixit Philoso.
42 in. j. de generatio. ⁊ corru. ꝙ ea † q̃ sunt principia generãdi sunt
principia corrũpendi. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. l. stichuꝫ
§. naturalis. ff. de solu. ⁊ in. c. j. de reg. iur. sed ius positiuuꝫ cano
nũ est compilatum a papa, ergo per eum tolli poterit, ⁊ per ɔ̃ns
dicta forma in eo fundata argumento. c. accessoriũ. de regu. iur.
43 in. vj. ⁊. l. cum principalis. ff. eo. ti. Item papa † ⁊ maxime in spi-
ritualibus põt adequare quadrata rotundis ſm Hosti. in. c. cuꝫ
venissent. de iudic. facit. c. cuncta per mundũ. el grãde, ⁊ el picco
lo. ix. q. iij. ⁊ qd̕ dixi. s̃. in. ij. dubio. circa prin. Et ex hoc sequit̃ ꝙ
vbi lex vel canon dant certã formã sustantialẽ in actu fiendo, nõ
tenetur cõditor legis vel canonis in tali actu si vult eaꝫ seruare,
facit argu. l. digna vox. Et quod ibi notãt scribentes. C. de legi.
⁊. l. princeps. ff. eo. ti. quod erit secus in inferioribus ꝑ superius
allegata. Non deberet, tñ papa omittere talem formam vbi pro
44 hoc ecclesia scandalizaretur, ꝑ id qd̕ no. † dicit do. Abb. in. c. cũ
teneamur. de prebẽ. ꝙ nõ est obediẽdũ pape vbi oriturũ esset scã
dalum, ẽt si papa precise hoc mandaret, nõ obstante aliquo scan
dalo. ⁊ ita ampliatur qd̕ no. dicit do. Car. in. c. si qñ. de rescript.
vbi voluit nõ esse obediendũ pape vbi immineret scandalum lꝫ
mãdatũ nõ esset iniquum. ⁊ ita dicit se consuluisse cũ Urbanus
sextus priuasset Caro. regẽ regno Hierusalem. ⁊ misisset literas
epo Florentino vt in ciuitate Flor. publicaret ꝓcessum. ⁊ appo-
suit penã ipsi epo non publicanti ⁊ populo Florentino non reci-
piẽti. Nam litere si fuissent publicate ortum fuisset magnũ scan
dalũ in illo populo. Unde ipse Cardinalis consuluit differri de-
bere publicationẽ, donec consuleret papa circa hoc, immo dico
ꝙ differri debuisset nõ obstante aliquo scandalo. per id qd̕ dicit
45 Abb. in. d. c. cũ teneamur. Unde ad propositũ † dicit glo. no. in
c. si papa. xl. dist. ꝙ lꝫ papa possit accusari solũ de heresi, tñ pote
rit de alijs criminibus accusari si eius exemplo ecclesia scandali
zaretur. Itẽ glo. in. c. per principalẽ. ix. q. iij. dicit quod papa nõ
posset priuare oẽs epos, q2 turbaretur vl̃is status ecclesie, ⁊ sic
oriretur scandalũ. facit. c. nihil cum scãdalo. de prescri. Iteꝫ qd̕
dicit Lud. ro. sing. ccccxxxix. ꝙ illa regula eius est velle ⁊c. nõ hꝫ
locum qñ venit in preiudicium ecclesie. ⁊ allegat qd̕ dicit Joan.
and. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in fi. ⁊
Bar. in. l. priuilegia. C. de sac. sanc. ec. Ita dicamus in casu nr̃o
q2 satis esset preiudiciũ ecclesie si scãdalizaretur propter omissio
nẽ dicte forme. ⁊ vltra preallegata in mã forme videndus esset
Jo. de liz. in. c. cũ dilecta. super glo. iij. de rescri. ⁊ Bal. in. l. oẽs
populi. in pe. col. de iust. ⁊ iu. Car. in cle. j. in. vj. q. de iurepa. In-
no. in. c. ij. de consue. Archi. in. c. quorũdã. xxiij. dist. Bal. in. l. si
alterius. C. si mi. maio. se dixe. Idem in. l. fin. C. si manci. ita alie.
fue. vt manu. Bar. in. l. cum quid. ff. si cer. pet. do. Ant. in. c. con
sultationibus. de iurepa. Idem in. c. si. in pe. col. de restit. spolia.
Bal. in. l. omnis. ff. si cer. pet. ⁊ in addi. Spec. in ti. de recusa. ꝟ.
sed quid si statutum. Bart. in. l. illud. §. sed si ita. ff. quod cuiusqꝫ
vniuer. no. Bal. in. l. si creditor. C. de fideiuss. cum alijs si. recense
46 ri que laboriosum potius esset q̃ꝫ vtile vel necessarium. Et † quo
niam pater reuerẽde si bene recolo me interrogasti quis primus
fuit sanctorũ ſm hanc formã canonizatus, asserens te intellexis-
se fuisse Bernardũ, qd̕ quidẽ tunc me ignorasse respondi. Post
modũ vero tue paternitatis intuitu curiose id queritans, ⁊ repe
ri in loco nõ vulgari primũ fuisse quendã Apollionẽ eremitam
natione grecũ, ac pro fide Christi martyrizatũ, per Nicolaũ pri
mũ hac forma canonizatũ, qui Apollio tẽpore christi in quadaꝫ
silua pastoribus predicãs xp̃m ipsum verũ esse messiam a iudeis
clauis ligneis in dño passus est martyrium. ⁊ hoc ipsi Nicolao
scire optanti qs prio martyrizatus fuerit diuino spiritu reuelatũ
est. Quod vero dr̃ de beato Stepha. protomartyre intelligi dꝫ
post mortẽ Christi, ⁊ proculdubio nouuꝫ q̃ꝫplurimis videbitur.
nec miretur aliquis si auctoris nomen tacui. hoc. n. reperi in lib.
quodã antiqssimo ac sine titulo cui fidem prestiti cũ ibi q̃ꝫpluri-
ma alia romanorũ ac summorũ pontificũ gesta que vera reputã
tur repererim. nõ tñ credo quod in dicta canonizatione hec for-
ma ad vnguẽ seruata fuerit ⁊ maxime quo ad dicti sancti proba
tionem, sed in hoc ipse Nicolaus steterit diuine reuelationi.
¶ Potuissem q̃ꝫplura lꝫ extrauagãtia huic opusculo (vt multi
scribendo faciunt) interserere (pater optime) sed tum ꝓpter tẽ-
poris angustiã, vt predixi, necnon q2 alienum est a me superfluis
ac (vt melius loquar) impertinẽtibus membranas onerare, mihi
visum est vti hac qua gaudẽt breuitate moderni ſm gl. j. in. l. j. ff.
qd̕ me. cau. verbositas. n. cõfusionẽ inducit quã verbositatẽ acri
ter reprehendit imperator in. l. ij. §. hec aũt oĩa. C. de veter. iure
enu. dicit ne verbositas eorũ aliqd legibus nostris afferat ex cõ-
fusione dedecus. Uñ bene dixit Philoso. in. j. Ethic. ꝙ ea que
pñt fieri ꝑ pauciora, non debent fieri ꝑ plura. de quo dixi. s̃. in. ij.
dubio. Quare ꝑ hec expeditũ sit opusculũ hoc ad ꝑpetuationeꝫ
tui deuotissimi nois cũ laude ⁊ gloria omnipẽtis dei, qui viuit ⁊
regnat trinus ⁊ vnus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Finit opusculum de canonizatione sanctorum, editũ ac com
positum per celeberrimum Juris vtriusqꝫ monarcham
canonicum ve Bononienseꝫ D. Troylum
de Maluitijs.

Tractatus de Religiosis se-
ctis eorumqꝫ auctoribus Remundi Fraguier
Legum professoris.



E Religiosis se
ctis a Christianismo receptis pau-
ca perstringemus, vt multiplex viuẽ
di modus in ecclesia qui ad eundeꝫ
finẽ (velut riuuli in alueũ) tendit, ha
beat. Nõ fuit aius sparsas per vni
uersum orbem congregationuꝫ oẽs
familias retexere, qñqu ideꝫ passim
indies noue ꝓut diuini aculei impe
tus hꝫ, suboriũtur interpolanturqꝫ
veluti de sacco ⁊ de misericordia, ⁊ alie innumere, q̃ potius fra-
ternitatũ ritus sapiũt q̃ꝫ religionis. Sed earũ tm̃ quas ex duo-
bus alterove historiarũ volumine, ꝓut librorum inopia suggere
bat cogere potuimus, quasqꝫ Romana agnoscit ecclesia. Impri
misqꝫ ab illis initiũ facere visum est, q de Christiana religiõe bñ
meriti sanctissimis ordinibus excellẽtioriqꝫ cuidã viuẽdi formu
le dederũt primordia glaciẽqꝫ fregere, qqꝫ ab initio quasi pullu-
lantis fidei germina in Indie, Egypti vasta solitudine, Syrie
Arabieqꝫ desertis habitauere, quorꝫ principes Paulus eremi
ta, Ant. atqꝫ Hilarion credunt, q sub b. Siluestro. xxxiij. a Pe
tro põtifice, vt. j. Constantino imperatore circa annũ dñi. cccxx.
in saltibus Thebaidis apparuerũt nullo adhuc certo ritu ꝑscri
ptoqꝫ tm̃ duriter viuẽtes manibus sese exercebãt. Quod incer-
tũ durissimũqꝫ viuendi genus Basilius cũ Macrina sorore san
ctissima in mitiorẽ certumqꝫ modũ redegit, nõ multo post apud
orientẽ, ⁊ tribus nodauit vinculis, nam trium religionis votorũ
auctor extitit, que prius nõ erãt teste Raphaele volaterano vr-
banorum

banorū cōmentariorum lib. xxi. Dñs tñ Otto episcopus Phrisigensis annaliuz suorum lib. vij. c. xxxv. ait diuersa fuisse primitus sanctoruz agmina, qui posteritati recte viuendi instituta verbo z opere tribuerunt, semoti a terrenis prestigijs curarūqz vana sollicitudine, nam secularia desideria ac impietatem abnegātes, cruceqz mortificationis gestantes corpore, pie z in Christo vixerunt in hoc seculo, quorū aliqui vt ēt retulit Marianus socinus, cōsil. xiij. incip. presens cōsultatio. vrbes elegerunt feminā de veritatis gratia, alijs placuit indui duris, nōnullis abstemios per omnem vitam esse, pluribus nō solum a carnibus abstinere ceterisqz gule incitamentis, sed panis vetusti tantum quadra durare, plerisqz ēt scorpionibus ac flagris carnē statis domare diebus. Sunt qui speluncas ac ferarum latibula cenobio pretulerint, multi labores manuum nō sunt dedignati, plurimi motoriā maluerunt vitā, vt per orbem vagantes charitatis officia expeditius erga proximum exercerent. Eque tñ omnes vite conscientieqz puritate ac sanctimonia in terris degunt, quietem ac silētiū amplectuntur, vnanimiter orationi vacāt, in ipsa ēt naturali refectione diuina scriptura spiritum saginant potius q̄z corpus.

¶ Ex quibus Antoninus archiepiscopus florētinus in summa parte. iij. tit. xvj. c. j. z. ij. colligit triplex esse monachorum genus, qui se Christum sequi dicunt.

¶ Primi sunt Serobite in libertatis spiritu discurrentes z degentes, qui in Calcedonensi concilio reprobati fuerunt, nisi quiescerent, vt. xvj. q. j. c. quidam monachi. z. c. qui vere.

¶ Secundi dicti fuerunt Anachorite eremitici ac solitarij victus assertores, exordia ducētes ab Helia Thesbyte propheta, de quo. iij. Regum. xvij. vel vt alijs placet a Joanne baptista q primus a Christo nato fuit eremi cultor abvnguiculis, a quo puto Paulum eremitā imitationem vite hausisse, quē Anachoritice sanctimonie auctorē omnes profitentur. de quibus tradit. xvj. q. j. c. qui vere. z subsunt epis. xciij. di. c. nulla ratione. z gaudent clericorū priuilegio, possuntqz ad monachorū vocari prelaturam. de elec. c. cū monasterium. vnde potest eremita facere testamentū. xix. q. iij. §. sed aliud est. De hac vita anachoritica participant Carthusiani z Camaldulenses.

¶ Tertij vero sunt vocati Cenobite, quasi in vnū conuenientes viuentesqz in cōgregatione, z videnť exorti sub Heliseo q cuncū constituit prophetarum. iiij. Reguz. vj. Renouati aūt fuerunt a Christo in discipulis. Matthei. v. verum post Christuz primus in orientali plaga cenobitarum gregatim agens fuit Basilius magnus, Benedictus vero in occidentali ecclesia.

Sed quēadmodū orbis est quadrifidus, quatuor itē Euangeliste, z quatuor doctorum ecclesie vertices, quatuor itē flumina e paradiso terrestri scaturientia, ita religiosoruz quatuor sunt regule principales, ad quarū prescriptum oēs alie sunt appēdices, preter Carthusianā, que nullā e quatuor agnoscit, sz hz pprias formulas z est ab ecclesia approbatissima. Sūt autez he. iiij. s. Basilij, Benedicti, Augustini, z Francisci Assisinatis.

¶ Ordo igiť Basilij cuius caput ō Archimādrita fuit primus sub quo militāt monachi grece z oriētalis eccl'ie, z aliqñ Carmelite vsqz ad Albertū patriarchā hierosolimitanū, q traditiones eorū sub Honorio. iiij. immutauit anno. M. cclxxxvj. verūtamē Honorius qui a Sultano illos excepit eiectos ordinē comprobās interpolauit, dicauitqz noi virginis Marie, sed ita vt atrū pallium in album cōmutarent. dicti Carmelite a carmelo monte habitatione Helie z Helisei quē primū incoluisse ferunt.

¶ Ordo benedictinorum fuit scōs ab auctore diuo Benedicto Nursino monasterij mōtis Cassini regulatore z abbate anno salutis. cccccxxxiiij. sub Bonifacio prio, tpe quo Justinianus imperator Romanorum leges in epitomē posuit. Sub hac regula militāt innumeri monachi, z maxime nigri de qbus in. c. j. in pn. z ibi Jo. an. in cle. de sta. mo. q aliqñ laxati vite austeritatē iteruz receperunt in congregatione. s. Justine cuz exemptionibus z cōstitutionibus per Eugenium. iiij. confirmatis.

¶ Cluniacenses hñt suum auctorem Bernonem gallum anno. dcccexij. sub Conrado primo impera. z Anastasio. iij. sedente.

¶ Grandimontenses emersere anno. M. lxxvj. sub Gregorio. vij. pōtifice. z Henrico. iiij. Henrici filio imperatore, instituti p Stephanum Auernum apud Gallos in monte Mureto.

¶ Carthusienses prodiere anno. M. lxxxvj. sub Victore. iij. pōti. z Henrico. iiij. impera. quos formauit Bruno Colonien. canonicus. aliquando apud Carnotum.

¶ Cistercienses ex quodam Ardingo Anglico prouenere monacho cenobij Molismensis anno. M. xcvij. xj. anno pontific. Urbani. ij. qui miris sunt donati priuilegijs, z quorū decus fuit. d. Bernardus abbas claraualium.

¶ Premonstratenses in Lingonen. dioces. Norbertum Lotaringum auctorem constituunt anno. M. cxx. sub Callisto. ij. pōtifice. z Henrico. v. imperatore, qui nonnihil mutuati sunt ex regula diui Augustini.

¶ Camaldulētes initiāt p Romualdū Rauēnatē in appēnino sub Benedicto. ix. papa. z Conrado. ij. impe. anno. M. xxxiij.

¶ Monachi vallis vmbrose se auctorē profitētur Joānē Gualberitū florentinū anno. M. lxx. sub Alexandro. ij. quos postea Gregorius. vij. probauit, instituti in radicibus Appennini.

¶ Celestini instituuntur per Petruz de Murrone, aliquando papam Celestinum. v. qui se papatu abdicauit z religionem instituit anno. M. ccxcv. Bonifacio. viij. sibi succedente.

¶ Duniacenses prodeūt sub Anastasio. iij. in Masticēsi Burgundie pago anno. dcccexv. nonnulli dicunt a Guilielmo Aquitanie duce fuisse inchoatos circa tempora Hadriani. iij. Sunt q putent hos esse Cluniacenses.

¶ Ordo humiliatorū ortus est in Germania tpibus Clemētis. iij. pōti. ex eo vt arbitror nomē ducēs, q ad Friderichi. j. imper. pedes indusijs albis vestiti de postliminio agētes psttrati iacuissent. Sunt q dicāt Mediolanenses fuisse ab Henrico. iij. impe. exilio multatos, z ab Innocētio. iij. probatos q semimonachos agunt, z hi creduntur qui z Siluestrini seu ordo montis Fani.

¶ Sunt in Benedictina familia permulti alij ordines, veluti fontis Ebrandi. valliscaulium zc. Et hi omnes diuerso amiciuntur indumento, differuntqz in traditiōibus z statutis, suntqz omnes exempti preter Siluestrinos.

Successit tertius ordo. s. d. Augustini afri euāgelice veritatis summi illustratoris, q renouauit canonicorū ordinē institutū prius ab apostolis i mōte Syō, circa annū. ccccxxx. amictū linea tunica. Augustini normā multi alij ordines subiere, maxie mēdicātes pter minores, z hi sunt.

¶ Dominicani seu predicatores qui primū mēdicātium locum obtinēt a. b. Dominico Calaguritano pfessionem faciūt, quos Honorius. iij. cōfirmauit ponti. sui. j. an. z humane salutis. M. ccxvj. impa. Friderichō. ij. quorū ordo est trimēbris z deo dicatas virgines recipit, quas vestitas de penitentia vocant.

¶ Eremitani quos vulgus Augustinos vocitat, tertiū inter mēdicantes locū sunt nacti, q a primordio ex pluribus ordinibus simul coacti sub Augustini obseruatiōe sunt cū baculo z zona pellicea ab Alex. iiij. pbati. Sūt q huic vite generi tribuant initia Guilielmo cuidā Aqtanie duci anno. M. clviij. z vocanť Guilermitas. Alij dicūt hūc ordinē aliqñ collapsum, iterū instauratū fuisse sub Innocētio. iij. pōti. z Ottone. iiij. impe. ad annuz. d. M. ccxiiij. hoc tñ pro confesso habeť hunc ordinez Parrhisijs aliquando repudiatum fuisse, ab Honorio. iiij. probatum.

¶ Ordo Seruorū b. Marie ortū habuit a quodā Philippo Tusco florētino sub Martino. iiij. an. M. cclxxxv. quē sub Augustini ordine postea Bñdictus. xj. z Urbanus. vj. pbauere. saccuJum gestat z mendicat habetqz suam tripartitam regulam, ēt vt muliebrem sexum admittat.

¶ Brigidani sunt instituti a b. Brigida suetia tēpore Urbani. v. pōtificatus sui anno. v. z reparate mortalitatis. M. ccclxvi.

¶ Jesuati Senis oriuntur sub Urbano. v. anno. M. ccclxv. a Joanne columbino auctore. teguntur albo colore z scortea zona, sed pallio canusino nudis pedibus cum socculo ligneo, Apostolici ab initio clerici nuncupati.

¶ Canonici regulares. s. Georgij Venetijs vite istitutū sunt aggressi sub Gregorio. xij. qrū princeps fuit Laurēti9 Justinian9.

¶ Mōtoliuetenses pdiere anno. M. cccevij. sub schismate triū pontificū, z eorū caput fuit Bernardus Ptolemeus apud Senas, quorum ordo Gregorius. xij. probauit.

¶ Hieronimitani auctorē habuerūt Redonē mōtisgranelli comitem apud Fesulas Gregorio. xij. probante, z interpolati per Eugenium. iiij.

¶ Cōgregatio heremitice pietatis parū habitu distās a hieronimitanis auspicať p quēdā Petrū pisanū hetruscū sub Gregorio. xj. z gestat ex scapulari amictu laciniā pēdētez atqz in humeros reiectam. Aliqui hos vocant Eremitas. s. Honophrij constituti apud Urbinum.

¶ Cruciferi cōstituunť sub Cleto. ij. a Petro pontifice p celestem nuntium, z illustrantur per Cyriacū Hierosolimitanum antistitem, z approbatur per Innocentium. iij. z iteruz per. iiij. z induunt tunicam ceruleam pontificatu Pij. ij.

¶ Scopetini. s. Seruatoris Stephanum Bononiensem profitentur inuentorem anno. M. cccex. sub Gregorio. xij.

¶ Antoniani ab auctore suo Antonio Egyptiaco ducūt origi
nē apud Thebaidam sub. s. Siluestro ⁊ Constantino circa an
num. cccxx. hꝫ pro insignio signum Thau.
¶ Ordo trinitatis sub Innocētio. iij. incepit Joāne Marēse ⁊
Felice anachorita auctoribus. pallio amiciunt cādido cerulea ⁊
rubenti cruce insignito, quos Innocentius vocari iussit de redē
ptione captiuorum.
¶ Sūt ⁊ alij multi religiosorū ordines sub. s. Augustini regula
quorū origines ⁊ auctores cū hec cursiꝫ scriberemus erāt nobis
incognite vt sunt Seruitarum, Ferueriorum. b. Joānis hieroso
limitani. Cruciferorū cū stella, Fratrū. s. Petri confes. de Ma
gella, Fratrū dñici sepulchri, Fratrū valliscbollarium, Victoria
norū, Fratrū. s. Gilberti de sempingā, Fratrū. s. Pauli heremi
te, Fratrū de penitētia, coronatorū, hospitaliorū, ⁊ aliorum per
multorum. Et hi omnes differunt inter se veste ⁊ vite preceptis.

Restat quarta prime diuisiōis regula que ē b. Frācisci
Assisinatis. cuius ordo Seraphicus tanq̄ no
uū sidus i terris illuxit sub Innocētio. iij pōtificatus sui. viij. an
no, ⁊ salutis humane M. ccvj. Sed qꝛ post ordinē dñicorū fuit
ꝯfirmatus, iō ſm tꝫ mendicātiū locū, ⁊ euāgelicā profitētur nor
mā, ex cuius gremio velut ex equo troiano, innumeri vere fidei
pugiles prodiere, signiferū Jesu xpi ac stigmata sequētes. Or
do hic est trifidus vt alij mēdicātiū, nēpe minorū, pauperū, ⁊ pe
nitētiuꝫ, ⁊ in duplici dr̄ia deo dicatas hꝫ virgines. de quo in cle.
cum ex eo. de sen. excō. in cle. j. de reli. do. in extraua. exiui. Bar.
soci. in consi. ccxlv. incip. omissis multis ⁊c.
¶ Ordo minoruꝫ est recens institutus a beato Frācisco de pau
la siculo. d. Francisci decreta ⁊ humilitatem emulatus.
¶ Mulieres itē religiosas pauci sunt ordines q nō recipiāt ⁊ in
eorū obseruatiōibus alāt. Canonisse b. Augustini diuā hn̄t mo
nicā. Moniales. s. Benedicti d. hn̄t Scholasticā Bn̄dicti soro
rē. Sorores b. Dñici gaudēt d. Clara ⁊ Catherina Senēsi. So
rores d. Frācisci d. Clarā Assisinatē agnoscūt, ⁊ sic de reliquis.
Inter quas alie mitiorē hn̄t regulā, alie vero strictiorē. Sunt tñ
canonisse alique nullā ꝓfitētes regulā, que reprobātur per. c. ꝑni
tiosam. xviij. q. ij. Sūt ēt Beguardi ⁊ Beguine induta cuculla
sine regula ⁊ obedientia quas dānat cle. ad nr̄am. de here. Sūt ⁊
alie hn̄ recepte vt penitentes b. Magdalenes b. Hieronymi b.
Damiani. Incluse, Murate ⁊c. Qualiter aūt visitari debeāt re
ligiose ⁊ moniales traditur in cle. attendētes. de sta. monach.
¶ Sunt itē ⁊ ordines militares ab ecclesia cōprobati, ⁊ sunt mi
lites. s. Joānis Hierosolimitani. Milites sancte Marie Teuto
nicorū. Milites Jacobi de spata. Milites Jesu Christi. Mili
tes Calatraue. Milites b. Marie de mūtesia. Milites Alcā
tare. Milites de redēptiōe. Milites. s. Georgij. Milites. s. La
zari. Milites. s. sepulchri. Milites. s. Thome. Tēplariorū ⁊ fra
terculorū militia est abrogata. Et hec sunt q̄ dū prela currerent
pauca potui q̄ꝫ breuissime seligere, maxie ex diuo Hieronymo,
Eusebio, Palmerio, Vincētio, Antonino, Platina, Joāne an
dree, Sabellico, ⁊ Volaterano, quod bene vertant omnes oro,
potissimum qui de Christiana religione sincere sentiunt.

FINIS

Tractatus solennis ⁊ quoti

dianus de Indulgentijs tam generalibus ⁊ plenarijs q̄ꝫ par
ticularibus ⁊ simplicibus, per clarissimuꝫ iurisconsultuꝫ,
equitemqꝫ dignissimum, dominum Ludouicum
de bologninis de Bononia, in almo Bono
nie studio Anno domini. M. cccc
lxxxix. feliciter incipit.

¶ Reuerendissimo in Christo patri ⁊ domino, domino Hiero
nymo de Rouore tituli sancti Chrisogoni presbytero Cardina
li dignissimo ⁊ religiosissimo, protectoriqꝫ suo ⁊ domino, affiniqꝫ
singularissimo, Ludouicus Bologninus minimus inter alios
vtriusqꝫ iuris doctor ⁊ eques, se iterum atqꝫ iterum cōmendat.

PROEMIVM.



Um mecum ipse mente reuoluerē
reuerendissime presul
opusculū nostrū de indulgētijs, earūqꝫ frequenti
bus ⁊ necessarijs qōnibus nuper editū ad aliquē
integerrimū, ⁊ religiosuꝫ, ꝓbatissimūqꝫ virū, put
mā ipsa vere expostulat, ni fallor, ⁊ pro eius opis ēt correctione
⁊ emēdatione dirigere, occurrit mihi p̄ reuerendissima. D. ve
stra vt illa vere, cui facile ea q̄ de indulgētijs, de moribus sancti
monia ⁊ de religione sonāt ac redolēt summopere placēt ⁊ dele
ctant, ac hn̄ ꝯueniūt, ⁊ vt ita dixerim in vna sede morant̄. Et vt
illo que ꝓfecto lucerna ardēs lucet super cādelabrū dñi, vt dicit
tex. in. c. j. extra de reliq. ⁊ vene. sancto. lib. vj. Et q̄ est sal terre ⁊
lumē mūdi, vt dicit tex. in. c. qm̄ vetus. xxiiij. qō. j. ⁊ Matthei. v.
c. Et q̄ ēt est lux vera in dño vt dicit tex. in. §. hanc societateꝫ. de
peni. dist. iiij. ⁊ in. c. qui natus. de peni. disti. j. Et cui cōcessum est
merito hr̄e culmen illud preeminētie atqꝫ precellentie, quo sena
tus, patricijqꝫ olim adornabant̄. vt in. c. cōstantinus. xcvj. distin.
Et q̄ cū alijs reuerēdissimis dñis do. Cardinalibus Innocentio
pontifice maximo octauo benemerito regnāte, Romane ecclesie
gremiū optime regit ⁊ tꝫ, vt dicit tex. in. c. in noie dñi. xxiij. dist. ⁊
in. c. ecclesia. in fi. xvj. q. j. Et q̄ summorū sacerdotū ꝯsortio iādiu
hn̄merito collocata est, vt dicit tex. in. c. de his. de ꝯse. dist. vj. Et
est inter alios firma colūna ecclesie, vt dicit tex. in cle. si qs suadē
te. extra de penis. Et q̄ ēt die noctuqꝫ quotidianis curis ꝓ toto
terrarū orbe laborat, vt dicit tex. multū not. l. hn̄ a zenone. C. de
quadri. prescrip. ⁊ facit tex. in. c. j. extra de offi. lega. lib. vj. Et q̄
tādē, vt cuncta vnico verbo cōplectar, ipsa religio est. Et hic to
tus orbis iāiā attestat̄, ⁊ ego verū testimoniū ꝑhibere facile pos
suꝫ, q cū annis decursis Rome essem, sepenumero pro debito fi
dei, ⁊ reuerētie mee erga eādē, necnon ꝓ vinculo affinitatis nr̄e
manu tenēdo eā visitabā, ⁊ que libenti animo continue solita hu
manitate sua me suscipiebat, ⁊ inter loquēdo qcqd dicere tenta
bat, ⁊ ois eius sermo tādē ad sanctimoniā, ad religionē ⁊ ad sup
celestia dirigebat̄, iuxta illud q͏ elegāter dicebat electiōis vas ⁊
magister gētiū Paulus ad Romanos. viij. qui ſm carnē sunt, q̄
carnis sunt sapiūt, qui vero ſm spiritum sunt, prout est reueren
dissima. d. v. q̄ sunt spiritus sentiūt ⁊c. Et ibidē subdit. qui autē
in carne sunt, deo placere nō pn̄t, ⁊ quicūqꝫ spiritu dei agūtur, hi
filij dei sunt ⁊c. Et ēt religiosa religiosis adherēt, vt in. l. que reli
giosis. ff. de rei vēdi. cū multis alijs simi. que breuitatis cā omit
to. Nā ea que de sanctimonia, moribus, ⁊ deniqꝫ de omnimoda
perfectione cūctis in rebus reuerēdissime. d. v. dicerē, essent mi
nima pars eorū que ignorarē. ⁊ ēt plenitudo adiectione nō indi
get. vt in. c. hn̄ qdē. xcvj. dist. ⁊ in. c. si oia. vj. q. j facit text. in. l. j.
in fi. ff. de actio. empti. ⁊ in. l. j. in fi. ff. de dote prelega. vbi rei de
monstrate frustra fit demonstratio. ¶ Accipiat igit̄ leta fronte
alacriqꝫ aio reuerēdissima. d. v. munusculū hoc meū pro signo va
salligij nostri fidelitatisqꝫ erga eādē, ⁊ illud aliqn̄ captato ocio,
solatij gratia legere dignet̄. ⁊ vbi me in eo errasse cōtigerit, corri
gat ⁊ emendat, paruitati ingenij mei indulgens, dauus. n. sum ⁊
non edipus, vt illo Terētiano vtar. Et vt dixit Seneca in lib. de
ꝯsolatione ad Martianū. sum imbecille corpus, ⁊ fragile nudū
sup ꝑte nāe inerme, aliene opis indigēs. ⁊ vt ait beat⁹ Hierony
mus aduocatus meus in ep̄la de dulcedine contēplationis erga
diuina circa finē, Homunciolus abiectus, vilis in domo dñi ad
huc viuēs ⁊c. vbi vero in eo aliqd boni reperiet, id supremo om
niū bonorū largitori attribuat, a quo oē bonū ⁊ oē donū ꝑfectū
vt a patre luminū ꝓcedit. vt legit̄ Jacobi ep̄la prima. ⁊ qui cun
ctis rebus dat incremētū, ⁊ apollo rigat. vt habet̄ prime ad Co
rinthios. iij. ⁊ in. c. scōm. xix. distinc. ⁊ in. c. si fuerit. prima qōne.
j. ⁊ in. c. cū nō sit ab hoie. extra de decimis. cū similibus. Et q so
lus pōt mee imbecillis anime passiones curare vt dicit tex. in. c.
omnis christianus. de ꝯsecra. distinc. j. ⁊ ipsius augere potētias
⁊ virtutes vt dicit tex. in. c. dū sanctam. de peni. dist. ij. ⁊ qui lin
guas facit esse disertas, ⁊ est auctor oium scientiarū ⁊ caput. c. le
gimus. xxxvij. distinc. ⁊ primi Regū. ij. c. ⁊ ēt Sapiētie. vij. Et q
dat nobis oia bona ⁊ gratias quas habemus, vt in. c. reuertimi
ni. in fine. xvj. q. j. ⁊ in quo viuimus, mouemur ⁊ sumus. c. nō ob
seruetis. xxvj. qō. vij. ⁊ qui facit res difficiles ⁊ penitus despera
tas esse faciles sue magnitudine virtutis. vt in. l. j. §. j. C. de ve
te. iur. enuclean. ⁊ q illuminat oēm hoiem veniētē in hunc mun
dū. Jo. primo. ⁊ trāsumptiue in. c. cū ex iniuncto. extra de hereti
cis. ⁊ q est deniqꝫ principiū medium ⁊ finis cuiuscūqꝫ rei. xxxv.
dist. c. ab exordio. ⁊. x. distinc. c. qm̄. Et iō cuꝫ dñs sit prope inuo
cantibus eum in presentia dicā cū psalmo Dauid quinquagesi
mo. Domine labia mea aperies, ⁊ os meum annuntiabit laudeꝫ
tuā ⁊c. vt dicit tex. in. §. hinc ēt. vij. q. j. ⁊ dicam ēt. Deus in adiu
torium meū intende ⁊c. vt in. c. hic quoqꝫ. de ꝯsecra. distinct. j. ⁊
in. c. reuera. in fi. de cōsecra. distinc. ij. Si. n. deus pro nobis, qs
cōtra nos? vt habet̄ ad Roma. viij. ¶ Ludouicus bologninus
vtriusqꝫ iuris doctor ⁊ eques.

Summarium.

SVMMARIVM.

1 Diffinitio quid sit, & quid indicet.
2 Indulgentia quid sit.
3 Pena omnis que debetur pro peccato relaxat in baptismo merito passionis domini nostri Jesu Christi.
4 Papa in personam Petri apostoli habuit licentiam a Christo relaxandi penam peccati sine vlla exceptione.
5 Indulgentie papales extenduntur ad omnes.
6 Papa nō solū sꝫ ēt epi in suis epatibus, & archiepi in epatibus suorū suffraganeorum possunt indulgentias concedere. 10.
7 Sacerdotes inferiores indulgentias concedere non possunt.
8 Epi & sifes psit indulgētias ꝯcedere dūmō nō excedant metam.
9 Penitentiā septeꝫ annoꝝ requirit quodlibet peccatū mortale.
10 Indulgētie an valeāt quo ad forū ecclesie, & quo ad forum dei. Causa proxima & principalis ꝯcedendi indulgētias que fuerit.
11 Legatū relictū ꝓ fabrica ecclie vel picture. dr̄ ad ppetuū cultū.
12 Legatum factum altari alicuius ecclesie, cui debeatur.
13 Delinquens si fugit ad ecclesiam, est tutus & securus in ea.
14 Clericis alicuius ecclesie si conceditur ꝙ excōmunicari nō possint, talis concessio dicitur esse facta ad honorem ecclesie.
15 Principes seculares cū concedunt immunitates habitantibus in aliquo loco, an hoc videātur facere respectu loci vel hoiuꝫ.
16 Factum mea causa est meum.
17 Spiritualia an concedantur pro temporalibus.
18 Indulgentia quotuplex sit.
19 Indulgentias que persone concedere possint.
21 Eps̄ electus, ꝯfirmatus & ꝯsecrat⁹ hꝫ ptātē ꝯcedēdi idulgētias.
22 Sanctissimus Christi legatus dicitur episcopus.
23 Episcopatus est dignitas dignitatum.
24 Episcopus est tante preeminentie & auctoritatis quod ex causa penitentiam a Papa iniunctam potest minuere.
25 Episcopus electus & confirmatus sed nondum consecratus an possit concedere indulgentias.
26 Eps̄ si non sit sacerdos an possit indulgentias concedere.
27 Cōsuetudo gn̄alis obseruat qꝺ eps̄ ꝯfirmatus lꝫ nō sit ꝯsecratus in episcopū vel sacerdotem, pōt concedere indulgentias.
28 Archiepiscopus & delegatus apostolicus possunt concedere indulgentias publicas & generales.
29 Papa absqꝫ dubio potest omnes indulgentias concedere.
30 Cardinales possunt in suo titulo & in omnibus ecclesijs titulo suo subiectis concedere indulgentias.
31 Sacerdotes Leuitici generis fuerunt in veteri testamento supreme potestatis & auctoritatis.
32 Cardinales dicuntur esse pars papatus.
33 Cardinales locum apostolorum obtinent.
34 Cardinalatus hodie ē summus & primus gradus post papatū.
35 Epi nunquid possint indulgentias concedere in diocesi aliena.
36 Eps̄ extra territorium suum potest confirmare presentatum per patronos tanquam actum voluntarie iurisdictionis.
37 Episcopus pōt ne absoluere excōicatum extra territorium.
38 Judex pt̄ dare licētiā tutori adistrādi bona exn̄tia ex territoriū.
tijs ⁊ remiſſionibus proprij iudicis, tūc poteſt quis vti talibus
indulgentijs, ⁊ tollitur pena quo ad eccleſiam, ⁊ quo ad Deuꝫ,
ſi vero alterius iudicis, tunc non poteſt vti talibus indulgen⸗
tijs ſine licētia ſui epiſcopi, vel ſui ſacerdotis, ⁊ ſufficit, ꝙ in licē
tia dicatur, ꝙ poſſit vti indulgentijs alterius iudicis, facit cle⸗
36 men. j. de reli. domi. † ⁊ ideo ſi ſunt plures epiſcopi in conſecra⸗
tione, vt dicit glo. j. lꝫ indulgentia conſecrationis non excedat
annum, tamen quilibet epiſcopus poteſt eam promulgare ſuis
37 ſubditis. ⁊ iſta faciunt ad queſtio. de qua infra dicam. † An
epiſcopus poſſit ſuis ſubditis concedere indulgētias ſi ipſi por
rigant manus adiutrices ad pontis conſtructionem, non exiſten
38 tis in ſua diocen, ſed in aliena. † Sed h̄ occurit dubiū, an tene⸗
ant iſte indulgentie culpe ⁊ pene, ⁊ videtur ꝙ parum proſint,
maxime quando queruntur extendi ad non penitentes, quia
aut intelliguntur conceſſe non penitentibus, ⁊ non videtur poſ
ſe defendi

39 se defendi, ꝙ ipse indulgentie concomitentur eos, † nam culpa manente, impossibile est remitti penam. de consecra. distinct. iiij.
40 baptismi vicem. de peniten. distinctio. iij. sane cauendum. † Item quia impenitentes retinent odiu3, ⁊ sic culpa sunt verbi Dei, qui bus stantibus impossibilis est remissio. de peniten. distinctio. j. §. hoc idem. ⁊ c. noluissent. ⁊ ideo regula iuris in. vj. Qđ nil etiam
41 penitētibus prosint, probatur, † qꝛ penitētibus debet imponi pe na, iuxta qualitatem, ⁊ quātitatem culpe, siue delicti. xlvij. distinctio. omnis. ibi, sicut exhibuistis membra vestra ⁊c. Et alibi dicunt Cano. quāto tempore errasse te nosti, tanto humilia te ipsum. de peniten. distinctio. j. c. vide benignu3. ⁊ Apocalyp. xxiij. quantum glorificauit se, ⁊ in delitijs fuit, tantum date ei tormen
42 tum, ⁊ luctum, † ⁊ secūdum qualitatem delicti, erit plagaru3 mo dus. Deuterono. xxv. c. de peniten. distinctione. j. qꝛ diuinitatis.
43 quinimo alibi inuit canon, † ꝙ productior debet esse penitentia ꝙ delictum. de peniten. distinctio. iij. c. penitentiam. ⁊ c. productior. Sed per istas indulgētias, nulla facta satisfactione, videtur remitti pena, ergo contra iura diuina, ⁊ canones conceduntur.
44 † Sed humana iustitia debet se iustitie diuine conformare. xj. questi. iij. reuera. Item alibi legitur, ꝙ Deus non remittit dedecus culpe sine dedecore iustitie. de consecratio. distinctio. iiij.
45 Baptisma. ⁊ beatus Augustinus dicit, † ꝙ opus est misericordie peccanti peccata dimittere, oportet tamen vt iustus miserea
46 tur iuste. de peniten. distinctio. j. quem penitet. † Preterea inferior penam a superiore inflictam tollere non potest. xxj. distinct. inferior. ⁊ clemen. ne romani. de electio. ⁊ dixi supra in questione
47 existentium in purgatorio. † Hinc est ꝙ penitētiam per Papa3 impositam, Episcopus non potest minuere, ⁊ similiter imposita per Episcopum, per inferiorem non poterit minui, not. de sorti leg. c. secundo. ⁊ quod not. glo. in. c. cum. P. in glo. fin. de accu
48 satio. † Sed Deus qui est superior absoluendo penitentes a cul pa per preuenientem gratiam spiritus sancti, ⁊ cordis contritione absoluit a morte, sed dimittit absolutum ligatum ad penam.
49 de peniten. distinctione prima. c. si peccatu3. ⁊ sicut primi. † Preterea satisfactio est pars penitentie, nec dicitur penitere, qui non satisfacit. de peniten. distinctione prima. c. tres sunt. ⁊ c. non suf
50 ficit. ⁊ c. quamobrem. † vnde qui non satisfacit quum potest, non absoluitur a Deo. xiiij. questione. vj. c. si res aliqua. vbi in baptis
51 mo. de consecratio. distinctione quarta. c. sine penitentia. † vnde legitur, ꝙ habemus duas tabulas ad peccata expianda, baptismum, ⁊ penitentiam. de peniten. distinctione prima. c. si post nau fragium. de summa trinitate. c. primo. Sed de istis indulgentijs non habemus expressum, nec in canone bulle, nec in euangelio, ꝙ apostolis talis fuisset indulgentia concessa, nec legimus beatum Petrum, vel Paulum, vel alios apostolos tales indulgen
52 tias concessisse. † Ergo ꝙ non est sanctorum patru3, non est alio rum successorum. secunda questio. vj. consuluisti. xxxj. questione
53 prima. si dormierit. de translatio. prelato. c. secūdo. † Preterea potestas ligandi, ⁊ soluendi est tradita ministris ecclesie, ad edificationem, non ad destructionem, quia per istas indulgentias remanent delicta impunita, contra. c. vt fame. de senten. excommu
54 nicatio. l. ita vulneratus. ad legem aquiliam. † Item tribuit intentionem delinquendi ista facilis venia, ⁊ ista que inuitant homines ad delicta sunt de genere malorum, ⁊ nulla pactione confirmantur. l. conuenire. ff. de pactis dotalib. facit. c. vt clericoru3. cum ibi nota. de vita, ⁊ honesta. clerico. ad idem. l. despiciēdum. in principio. ff. de pen. ibi, neq3 enim, aut seueritate, aut clemētia gloria appetenda, sed perpenso iudicio, prout vnaqueq3 res po
55 stulat, statuendum. l. prima. post principium. ff. ad turpil. † vbi pe na auctoritati legis reseruatur, non presidentis arbitrio commit
56 titur. † Ex quibus omnibus videtur concludi, ꝙ iste indulgentie sunt contra iura diuina, ⁊ contra sacros canones, ⁊ leges, ⁊ insu per contra bonos mores, quia inuitant homines ad delicta, du3
57 per eas pena delicto condigna gratis remittitur. † Sed veritas est, ꝙ omnes theologi, ⁊ canoniste fatentur indulgentias, seu litteras talium remissionum, valere, vt in hoc. c. ⁊ clemen. si domi num. ad fin. de reliq. ⁊ vene. sancto. ⁊ probatur auctoritate Au
58 gustini, † ꝙ illud quod remittit presbyter, Deus remittit, de peni ten. distinctione prima, quem penitet. ante medium. Ite3 hoc ser uat ecclesia a tanto tempore citra, ꝙ de contrario memoria non
59 existit, † ⁊ ideo non est sentiendum, ꝙ tota ecclesia errasset, qꝛ dictum fuit Petro in personam totius ecclesie, ecce ego Petre oraui pro te, ne deficiat fides tua, de peniten. distinctione secunda. si ego inquit. ⁊ Luc. xxij. c. ⁊ beatus Gregorius, qui fuit san
60 ctus, istas obseruauit, † ⁊ istud fuit priuilegium datum Petro, ⁊ successoribus, quando dictum fuit, quodcunq3 ligaueris. xxx.

distinctio. in princi. xxiij. questio. j. quodcūq3. ⁊ per istud respon detur ad illud quod dicitur, ꝙ non cauetur lege, nam tacite hoc
61 inclusum fuit in hoc priuilegio. † Item in Exodo. xxj. c. legitur, de remissione, que fiebat in anno iubilei, qđ vult dicere, idest remissionis, vt nota. viij. distincti. in princip. ⁊ ab isto processit ius istius constitutionis, vt ibi dicitur, ⁊ habetur. de peniten. distin
62 ctio. j. qui domum. † ad quarum exemplu3 remissiones iubilei in uente sunt, vt in extrauaganti Bonifa. que incipit, antiquorum.
63 potissima, ⁊ non istarum indulgentiarū est veritas ecclesie, † que est corpus mysticum christi, in qua sunt multi viri, opera pietatis, ⁊ misericordie semper erogātes, vltra mensuram suorum delictorum patientes opprobria, contumelias, ⁊ infinitas passiones, quas non merentur, qui nō cessant orare pro nobis, ⁊ ideo ecclesia fundit preces ad eos, vt orent Deum pro nobis, vt in le
64 tanijs. xiij. questio. ij. anime. † ⁊ beatus Paulus pollicetur pro suis sine intermissione ad Deum orationes porrigere. xxxij. que
65 stio. ij. sane. † Item his cessantibus, meritum mortis Christi, ⁊ effusio sanguinis eius remissionem peccatorum operatur. de con
66 secratio. distincti. ij. c. qꝛ corpus. † Ipse enim se hostiam obtulit pro peccato. de consecra. distinctio. ij. non oportet. ⁊ illa pena, ⁊ martyrium, quod ipse iniuste pertulit, est causa remissionis pec
67 catorum, † quinimo minima eius gutta sanguinis, erat sufficiēs ad purgationem nostrorum delictorum, vnde Isaie. liij. dr̄, languores nostros ipse tulit, ⁊ dolores ipse portauit, ⁊ ipse multorū peccata tulit, ⁊ pro trāsgressoribus orauit. sua igitur merita, ⁊ sanctoru3, peccatoribus cōicans, potestatem cōcessit Petro, ⁊ successoribus, ⁊ ipsis dedit ligandi, ⁊ soluendi potestate3, ⁊ iste est ille thesaurus ecclesie, cum quo peccata nostra dimittuntur.
68 † Iste igitur indulgentie pene, pro peccatis inferēde, conceduntur vere penitentibus, ⁊ confessis in cōmemorationem passionis domini nostri Iesu Christi, ⁊ premia sanctorum martyru3, quasi ipsi sufficiētes debitores pro nobis satisfecerint apud Deum, ⁊ sic pro nobis satisfaciendo, liberant nos a pena. Dispositionem autem istorum meritorum, ⁊ dispensationem, quibus a pena pec catorum possimus liberari, Christus (vt dixi) Petro cōmisit, ⁊
69 successoribus eius, ⁊ alijs Episcopis, ⁊ apostolis. † qui Episcopi in partem sollicitudinis sunt vocati, vt in. c. mandata. de pre
70 sumpt. Et ad ꝯtraria. s. dicta per ordinem respondetur. † Primo ad id qđ dicitur, ꝙ impenitentes non gaudent indulgentijs, qꝛ venia non datur, nisi correcto, qꝛ hoc fateor, sed penitēti, vel proponēti se corrigere, ⁊ sic iam corde contrito, bene valent huiusmodi indulgentie, ⁊ maxime quando hoc in se habet forma3
71 indulgentie, ad hoc. xvij. questio. j. §. si igitur. † Papa enim qui habet supremam potestatem, ⁊ in quo representantur predicta, indulgentias faciendo, videtur cōmunicare opera sanctorum, ⁊ passiones Christi, ⁊ sic satisfacere, ⁊ soluere penam, pro delicto peccatori infligendam, ⁊ per hoc simul iustitia cum misericordia
72 seruatur, † qꝛ prius est gratia spiritussancti, ⁊ contritio, que accedunt ad iustitiam, ⁊ sequitur indulgentia, quo ad partem mise
73 ricordie, ad hoc, de peniten. distinctio. j. c. nullus debite. † ⁊ per hoc etiam soluitur aliud contrarium, in quo dixi, ꝙ satisfactio debet precedere, vt pena remitatur, ⁊ qui non facit, non dicitur
74 penitere, † nam cōtritio pro satisfactione habetur, ⁊ passio Christi, ⁊ sanctorum merita, que cōmunicat ecclesia peccatoribus, di
75 citur satisfactio, argu. c. qui per alium, de regul. iur. in. vj. † Ad aliud contrarium, in quo dixi, ꝙ indulgentie videtur inducte ad destructionem, non in edificationem, ex eo ꝙ facilitas venie, prebet delinquendi intētionum, respondetur, ꝙ immo prebet remedium contra peccatum vitandum, tam ex precedente contritione, ad quam disponitur, vt quis indulgentijs possit gaudere, ⁊ cum hoc concurrit gratia, gratum faciens, ⁊ gratia, quam mere
76 tur ex pio opere, ⁊ humilitate. † Caueant tamen sibi, ne istā gratiam suscipiant aliqui prauo corde, negligendo propter ipsam alia bona opera charitatis in posterum facienda. tales enim licet propter indulgētiam reddantur immunes, tamen ex contem ptu demum ligari possent. xij. questio. iij. §. cu3 ergo. xxiij. quest.
77 iij. notandum, † vnde dicit canon, ꝙ negligentia cum supbia parit offensam, ⁊ loquitur recte de negligente satisfacere pro deli
78 cto. de peniten. distinctio. j. c. predixerat. † Non ergo contemni debet penitētia iniuncta, vel satisfactio propter indulgentie susceptionem. Et qꝛ nescit homo, an iuste ad indulgentias accesserit, non est nimis in his confidendum, vt tantum valeant quan
79 tum sonāt. † Et istud articulum, an tantum valeant quantu3 sonant, prosequitur glo. fina. istius. c. siue prima magna. Et quoniam obscura est, ⁊ male a scribentibus declarata, igitur placet ipsam explanare. Capio glo. in verbo prosunt. ista querit, quid

valeant hodie tales indulgentie, ⁊ remissiones. gl. dicit, ꝙ vetus
80 est querela, ⁊ dubia adhuc. † Quidam dicunt, ꝙ valent quo ad
Deum, nõ quo ad ecclesiam. quo ad Deum enim valent, quia si
aliquis decedat non peracta penitentia ex satisfactione de pec-
cato, ꝙ tunc debet cõsiderari pena temporalis, quam Deus po
nit pro peccato in purgatorio, ⁊ quo ad hoc operãtur tales in-
dulgentie, quia si habuit annum indulgentie, tantominus stabit
in purgatorio, quanto fuisset si per annum penituisset, secundum
81 Innocentium. † Secũdo est consideranda penitentia, siue pena,
quaʒ ponit ecclesia pro peccato tempore confessionis, ⁊ hãc non
tollunt tales indulgentie, siue remissiones, vnde ecclesia iniun-
gente debitam penitentiam, siue satisfactionem, nec per has in-
dulgentias relaxantur iste penitẽtie. ⁊ dicit Innocentius, ꝙ hoc
demum est equum. doctores dicunt, ꝙ hoc demum est cõtra pri-
uilegium canonum, vel clauium concessum Petro, quod ad ce-
lum, ⁊ terram extenditur. xxiiij. questione prima, quodcunqʒ.
82 † Mihi videtur, ꝙ potius debet dici e cõuerso, ꝙ iste indulgen
tie debent prodesse quo ad ecclesiam principaliter, ⁊ penitẽtiam
per ipsam inflictam, ratio est, quia inferior non remittit penam
impositam a supiore. xxj. dist. inferior. ⁊ clem. ne romani. de ele
ctio. ⁊ sic penam impositam a Deo, nõ posset minuere Papa,
83 nec huiusmodi indulgentie. † Item quia potestas Pape non se
extendit ad celum, nisi declaratorie, nam declarat solutum in ter
ra, qui est solutus in celis. ita intelligũt doctores. c. quodcunqʒ.
Item secundum istam opinionem, esset melioris cõditionis, qui
non egisset penitentiam, vel preuentus morte, vel ex negligẽtia,
vt tãgit hic glo. in quarta oppositione, q̃ ille qui egisset peniten
tiam, ⁊ satisfactionem fecisset, nam iste nil consequeretur, ⁊ qui
non fecisset penitentiam consequeretur bonum huius indulgen-
84 tie. † Preterea vt dicit glos. j. duplex est pena, vna eterna, ⁊ ista
remittitur per spiritumsanctum, cum contritione. alia est tempo
ralis, ⁊ in ista operantur claues ecclesie, ⁊ priuilegium concessuʒ
Petro, ⁊ ecclesie, per illa verba quodcunqʒ ligaueris. Sed ista
potestas est magis in ecclesia, in penitentijs per presbyterum in-
iunctis, q̃ in illis impositis a Deo, ergo debet potius in satisfa-
85 ctione requisita ab ecclesia operari. † Nec est verum, ꝙ quidam
hic scribunt, ꝙ sacerdos commutet penam eternam in tempora
lem, quia pena eterna fuit extincta, per preuenientem gratiaʒ spi
ritussancti, cum cõtritione, vnde extincta nõ poterat commutari
in temporaleʒ, sed remanet sola temporalis, in qua presbyter ad
arbitrium sui penitẽtiam imponit, vt illam tollat, de peniten. di-
86 stinctione prima. c. medicina. cum duobus sequẽtibus. † Secun
da est opinio, ꝙ etiam iste indulgentie valeant quo ad peniten-
tias iniunctas ab ecclesia, vt distinguatur quo ad quantitatem
pene iuste imponẽde pro peccato, vt si pena condigna est apposi
ta pro peccato ab ecclesia, in illo non operẽtur iste indulgentie,
sed si penitentia esset excessus, ⁊ esset appositus ab ecclesia, tunc
proficerent in isto excessu indulgentie quo ad ecclesiam, ⁊ etiam
prosunt quo ad Deum. Ista opinio a doctoribus reprobatur,
nam dicunt ꝙ vilificat thesaurum ecclesie, quum dicit, ꝙ nõ po-
test indulgentias facere, nisi de superabundanti penitentia. Ista
opinio ex alio mihi non placet, nam in eo qui habuisset debitam
penitentiam, ⁊ satisfactionem congruam, non excedentem debi
tum penitẽtie, nil iste indulgentie operarentur, sed solum vbi ex-
87 cessisset ecclesia in impositione penitẽtie, † nã ego credo, ꝙ si pec
cator, sufficiẽter satisfacit de peccato, ꝙ ipse sit liber apud Deũ,
nec si moreretur non peracta penitẽtia superabundanti ab eccle
sia imposita, penas aliquas pateretur, nisi omitteret adimplere
superabundantem penitentiam ab ecclesia impositam, ex cõtem
ptu. Et si dicatur, Deus nõ acceptat propria merita penitentie
ad satisfactionem pro peccato, ergo non potest procedere qđ di
co de peccatore, qui satisfecerit agendo debitam penitentiaʒ, qꝛ
intelligo quando est debita penitentia, que sufficiat concurrente
Dei misericordia, ⁊ passione Jesu Christi, ⁊ sanctorum meritis,
88 que possunt concurrere sine indulgentijs. ¶ † Tertia est opinio,
ꝙ proficiant quo ad Deum, ⁊ quo ad ecclesiam, secũdum quod
a promulgante conceduntur, qui cõcedentes se onerant, quia te
nentur elemosinis eas, ⁊ suis orationibus supplere. Vult enim
ista opinio, ꝙ iste indulgentie possint prodesse, tam ad attenuan
das penitentias iniũctas a sacerdote, q̃ ad penas purgatorij,
sed concedentes tenẽtur, si non est digne satisfactum a peccato-
re, reducere satisfactiones per propria ieiunia, ⁊ proprias elemo
89 sinas, ⁊ alia pia opera. † Ista opinio nõ placet doct. quia Deus
non multum acceptat propria merita penitẽtium, quoniam sunt
modica in recompensatione pene pro peccatis, ⁊ multominus
90 cõsiderat merita concedẽdo indulgentias. † Preterea Dei mi-
sericordia, ⁊ sanctoruʒ merita, sunt que faciũt istas remissiones,
⁊ hoc est thesaurum ecclesie, quod statim dicaʒ. Et ideo ista opi
nio multum vilificat hunc thesaurum, ꝙ nõ fiant remissiones si-
ne satisfactione, ⁊ ideo Christus plerunqʒ remisit peccata, nulla
91 precedẽte satisfactione eius, cui remissa sunt. ¶ † Quarta est opi
nio, ꝙ valent iste indulgentie solum quo ad remissioneʒ peniten
tie, que adimpleri negligenter est omissa. Hec est falsa, primo qꝛ
plus reportaret commodi, qui negligeret penitentiam adimple-
re, q̃ ille qui adimpleuisset. Item inuitaret homines ad delin-
quendum, quod debẽt negligere, ⁊ ad adimplendam penitẽtiaʒ
92 vterentur commodo istarum indulgẽtiarum, † ⁊ quia negligen-
93 tia, que est peccatum non debet reportare cõmodum. ¶ † Quin
ta est opinio Calani, ⁊ gl. ꝙ hoc resideat in arbitrio iniũgentis
penitentiam, vt si dicat expresse, ꝙ proficiant indulgentie, ⁊ ꝙ ex
eis possit redimere penitentiam in totum, vel in partem, tũc pro
ficiunt indulgentie, alias non. Et istud quo ad ecclesiam, nã quo
ad Deum semper proficiunt quo ad penam minuendam in pur
gatorio, ⁊ in hoc verum dicit gl. ⁊ in hoc bene, quando penitẽti
est remissa pena eterna, que remittitur per preuenientem gratiaʒ
94 spiritussancti, ⁊ contritionem, ⁊ cõfessionem peccati. † Naʒ non
sufficit liberatio a peccato, que fit (vt dixi) per preuenientem gra
tiam spiritussancti, si peccator non cõfitetur peccata sua. ⁊ ideo
Christus postquam liberauit leprosos, dixit, ite, ⁊ ostẽdite vos
sacerdotibus, ⁊ postquam suscitauit Lazaruʒ, dixit, soluite euʒ.
95 † alias si contemneret cõfessionem, que debet fieri iuxta illud Ja
cobi primo. c. dum dixit, confitemini peccata vestra alterutrum.
Oportet ergo ꝙ ad hoc, vt iste indulgentie locum habeãt sit re-
missa pena eterna, alias si persisteret in odio, ⁊ damnatione, non
96 prodessent sibi indulgẽtie, ⁊ alia bona opera ad salutem. † Pro
quolibet ergo peccato mortali imponitur pena eterna, ⁊ tempo
ralis, eterna dimittitur per illa tria predicta, tẽporalis vero per
satisfactionem, sed nõ potest fieri satisfactio durante pena eter-
na. Non proficiũt ergo iste indulgentie ad remissionem peniten
97 tie, nisi istud a sacerdote in penitẽtia exprimatur. † Ex hoc infert
glo. ꝙ si imposita est penitẽtia per septem annos, cum aliquo ie-
iunio, ⁊ in penitentia sit dictum, ꝙ dando septem denarios pos-
sit redimere ieiunium, tunc nõ tenetur ex necessitate iniuncte pe-
nitentie ieiunare, sed bene de honestate, quam si cõtemneret pec
98 caret mortaliter, qꝛ ipse nescit, an sit ligatus, an absolutus, † de-
bet enim semper dolere de peccato, de peniten. distinctione pri-
ma. decliuior. quia nescit an ei sint remissa peccata. ꝭ. de purgat.
99 cano. c. fina. ibi, ⁊ si simplex fuero. † Joan. andre. reprobat istam
opinionem, dicens, ꝙ illa que sunt deposita in thesauro ecclesie,
non sunt ibi determinate deposita pro aliquo, sed cõmuniter pro
omnibus, vult dicere ꝙ ista deposita in thesauro ecclesie nõ sunt
determinata peccata pro illo, cui presbyter in penitẽtia velit con
cedere, sed sunt in voluntate concedẽtis indulgentias, ⁊ iste est
Papa, vel sunt illi, quibus Papa committit. Et ideo si Pa-
pa vult, ꝙ indulgentie proficiant ad extenuandam in vita peni-
tentiam, a sacerdote proderunt sine concessione sacerdotis, licet
100 sanum sit consilium, ꝙ de licẽtia sacerdotis istud fiat. † Ego cre
do, ꝙ ambe iste opiniones sint vere, nam si Papa, vel habens
auctoritatem ab eo, cõcedat indulgẽtias simpliciter, maxime di
cendo, vere penitentibus, ⁊ confessis, tunc sit vera opinio glose,
101 † nam non dicitur adimpleta penitentia, vel vere penitẽs, nisi se
quuta sit satisfactio, que non censetur sequuta, nisi adimplean-
tur iniuncta a sacerdote. de peniten. distinctione prima, si pecca-
102 tum. † Sed si Papa, vel Episcopus hñs auctoritatem a Pa
pa, dicat, ꝙ concedit indulgentiam que possit alleuiare peniten
tiam iniunctam a sacerdote, tunc credo, ꝙ Joan. andr. dicat ve
103 ruʒ, † ratio quia regulariter quilibet homo habet tres curatos.
habet primo Papam, qui est vniuersalis totius orbis, habet
proprium Episcopum, ⁊ habet suum parochianuʒ, quilibet isto
rum, potest penitenti iniungere, ⁊ alleuiare penitentiam, vt dicaʒ
in. c. omnis vtriusqʒ sexus. Ideo dicit hic Joan. andre. ꝙ tutius
est, ꝙ iste indulgentie reseruentur ad penaʒ purgatorij, potest ta
104 men Papa, ⁊ Episcopus, si vult (vt dixi) cõcedere, † quia in di
spositione superioris, prout est Papa, ⁊ Episcopus, presbyter
parochianus nõ potest se impedire, vt in. c. innotuit. de electi. ⁊
istud capitulum facit pro ista parte, quia Papa, ⁊ Episcopus
105 sunt superiores istorum, quibus conceduntur indulgentie. † di-
xit tamen Raymundus, ꝙ homo mortalis, nisi ei sit diuinitus
reuelatum, ignorat quantum valet remissio, quia valet secunduʒ
fidem, ⁊ deuotionem penitentis, ⁊ ipsorum concedentium, ⁊ me
rita eorundem. Et hoc nullus scire potest, nisi Deus. de cõsecra
tio. distinctione quarta, queris. ⁊ distinctione quinta, nõ medio-
criter.

106 criter.† Joan.andr.autem dicit, ꝙ iste indulgentie valent secun
dum fidem concedentis, ꝛ potestatem remittentis, ꝛ dicit, ꝙ iste
indulgentie valent, prout sonant, idest secundum quod cōcedun
107 tur, † quia non refert quocunq; modo satisfiat ecclesie, qꝛ quem
ligat ligatus est, ꝛ quem soluit solutus est. xxiiij. questione quin-
108 ta, quodcunq;. de peniten. distinctione prima. c. verbū. † ꝛ ideo
cum actus actiuorum sint in patiente disposito, secūdum Philo
sophum, quantum fides, ꝛ deuotio est recipientis, tantum ope-
rantur iste indulgētie. ꝛ ideo in non habente fidem nihil opera-
rentur. ¶ Quero pro declaratione predictorum. nam dictū est,
ꝙ iste indulgentie possunt prodesse quo ad Deum, ꝛ quo ad ec-
clesiam, ꝛ ꝙ hoc operatur thesaurus ecclesie, quia Deus merita
penitentie (vt dixi) que, quoniam sunt modica, nō admittit in re-
109 compensationem pene pro peccatis. † Et tamen scriptum est, ꝙ
nullum malum est impunitum, etiam quo ad minimam eius cul-
pam, etiā si sit veniale. xxv. distinctione, criminis. in. §. criminis.
ꝛ ita nullum bonum irremuneratum. Sed istam remissionem, ꝛ
110 istas indulgētias facit thesaurus ecclesie. † Et est thesaurus ec
clesie passio, ꝛ mors Christi, ꝛ effusio sanguinis eius, iuxta illud
quod dicitur in consecratione sanguinis. Hic est calix sanguinis
mei, quod pro multis effundetur in remissionem peccatoꝝ. Itē
sunt persequutiones, ꝛ passiones sanctorū martyrum, ꝛ merita
aliorum sanctorum. ꝛ ista vt non remaneant irremunerata, sunt
111 causa remissionis peccatorum aliorum. † Unde licet peccator
non habeat debitam punitionem, tamen pena temporalis pec-
cati remittitur sibi per hunc thesaurum ecclesie, cuius claues re-
112 tinet Papa vicarius Christi, ꝛ ꝯcedit quibus vult. † Et ex hoc
infertur, ꝙ solus Papa habet potestatē istas indulgentias con
cedendi, ꝛ Episcopi, ꝛ alij inferiores, qui concedunt huiusmodi
indulgentias, vel in dedicationibus ecclesiarum, vel in edifica-
tione pontium, vel pro exequutione alicuius operis pij, ipsi non
possunt facere sine licentia Pape, qui retinet claues istius the-
113 sauri. † Et ex istis respōdetur ad omnia illa cōtraria, que ego fe
ci in illa questione, an Papa possit concedere indulgentias cul
pe, ꝛ pene. Uerum quia ista videntur procedere a potestate cla-
uium, dicam vobis circa finem istius capituli, quid sint claues, ꝛ
qualis sit eorum potestas, non dico amplius hic. residuum de in
dulgentijs dicam infra, in. c. cum ex eo. ꝛ de penitentia dicā in.
c. omnis vtriusq; sexus. ꝛ habebitur expeditum quidquid boni
dicunt hic doctores, tam in remissionibus, ꝛ indulgentijs, quā de
114 penitentijs. † Et ista faciunt ad indulgentias, quas Papa fecit
pro subsidio terre sancte, quia omnem penam peccati remittit. ꝛ
ideo omnes sunt absoluti, dummodo vtens illa fuerit cōtritus,
per quam contritionem apparet aboletū peccatum a gratia spi
ritussancti, que preuenit sequuta confessione. ꝛ ista prosunt quo
ad vitam eternam. de consecratio. distinctio. tertia, baptismum.
115 de peniten. distinctione prima, per totum, † ꝛ quia Pape sub-
sunt omnes, in clemen. nostri. de here. ꝛ de hoc dicit Goffred. ꝙ
hec decretalis habet locum in remissione Pape. Posteaquā
116 supra scripsi, decreui hic scribere materiam indulgentiarū. † In
qua materia est attendendum, ꝙ nomen indulgentie capit mul-
tis modis, aliquando indulgentia ostendit remissionem pene. se
cunda questione tertia. in fi. quandoq; concesse gratie, in. c. fina.
vt lite penden. quandoq; importat dispensationem. in. c. dudum
ecclesia rotomagensis. in versicu. insuper indulgentia. de electio.
quandoq; importat ius commune. xxxiij. questione secunda. c. in
terfectores. aliquando ponitur pro vacare, idest operam dare,
iuxta illud indulgere noli gule, que ventris amica est, quandoq;
ponitur pro permittere, iuxta illud, indulget fortuna malis, vt le
117 dere possint. † Tamen quantum ad propositum, sumitur indul-
gentia, quā fit remissio pene temporalis a prelatis potestatem ha
bentibus subditis suis communicantibus thesaurum ecclesie.
118 † ꝛ ista sic diffinitur secūdum Jo. calde. ꝙ indulgentia est remis-
sio pene temporalis, debite pro peccatis actualibus penitētiū,
non remisse in absolutione sacramentali facta a prelato ecclesie,
rationabiliter, ꝛ ex causa rōnabili, per recompēsationem de pe-
119 na indebita iustoꝝ. † Sed profecto tex. qui dixit in. l. omnis dif
finitio. ff. de reg. iur. ꝙ omnis diffinitio in iure periculosa est, ve-
rum dixit, quoniam positum est vt subuerti non possit, quoniam
diffinitiones regulam faciunt, ꝛ patiuntur exceptionē, a quibus
regulis si aliqua detrahuntur, falsificatur diffinitio, vt in nostro
120 casu, † nam diffinitio debet ponere substātialia rei definite, ꝛ per
hoc continere genus, sub quo est res diffinita. Item debet con-
tinere differentias, vt per ipsam appareat, quid differt res diffi-
nita ab eis speciebus contentis sub eodem genere. Sed hic non
ponitur differentia inter indulgentiam diffinitā, ꝛ alias remis-
121 siones penarum temporalium. † vnde si cōtingeret, ꝙ Papa,
qui est summus pontifex, vel summus prelatorum, vel alius pre
latus potestatem habens restituere aliquem deportatum, vel
alias damnatum, iuxta nota. in. l. fina. C. de senten. pas. ꝛ hanc
restitutionem faceret penitenti, ꝛ ex causa rationabili, ꝛ ob pas-
sionem Christi, ꝙ talis esset indulgentia illa, de qua diffinitum
122 est, † quia cui conuenit diffinitio, etiam diffinitum cōuenit. l. pri-
ma. §. primo. ff. de dolo. ꝛ in dicta. l. omnis diffinitio. de regulis
iur. sed in ista indulgētia, de qua dixi, ꝯueniunt omnia in diffini
tione dicta, quia ista est remissio pene temporalis, debite pro pec
cato actuali ipsius restituti penitentis, ꝛ ista nō est remissa in ab
solutione sacramentali facta a prelato ecclesie rationabiliter, ꝛ
ex causa rationabili, ꝛ quum sit facta ob passionem Christi, est
facta ex causa recompensationis pene indebite iustorum. Sed
certe Joānes calderi. diffiniens, nō intellexit de ista indulgentia
123 istius pene, † sed loquitur de indulgentia pene, quam Deus in-
fligit pro peccato actuali, ꝛ quam penam peccator incurrit post
remissionē pene eterne, quam subire debet in purgatorio. de pe
niten. distinctione prima, si peccatum. ꝛ. c. multiplex. xxv. distin-
ctio. qualis. xiij. questione secunda, impuniti. xvj. questione pri-
ma. c. primo. Notatur in hoc. c. quod autem. ꝛ. s. de rapto. c. quod
autem. Cum ergo diffinitio Joan. calder. nō ponat differētiam
inter istas remissiones, que fiunt in integrum restituendo, ꝛ re-
missionem pene, que fit de pena, quam subire debuisset quis in
purgatorio non est bona diffinitio, quia non totaliter differētiā
specierum existētium sub genere remissionis per viam indulgen
124 tie complectitur. † Preterea dum dicit, ꝙ est remissio pene, vi-
detur intelligere, ꝙ tota pena remittatur, vt notat glo. in. c. cum
pro causa. de senten. excommunica. circa medium secunde glo.
magne. ibi, sed indeterminata absolutio, ꝛ probat tex. in. l. fina.
versicu. ideoq; tantū. C. de senten. pas. probatur in. l. pluribus.
ff. de acceptil. ꝛ in. l. maritus. C. de procurat. Sed istud videtur
falsum, quia non semper indulgentia totam penā aufert, sed ali
quando datur annus indulgentie, aliquando. xl. dies, in. c. cum
125 ex eo. in fi. de peniten. ꝛ remis. † Item quia pene remissio nunquā
fit in totum per suffragia indulgentiarum, nisi expresse dicatur
in ea, vt nota. in. c. cum Marthe. de celebrati. missa. ꝛ in vltima
glo. ꝛ infra dicam. Item multa superflua verba sunt in ista diffi-
nitione, nam dum dicit pene temporalis, illud verbum tempo-
ralis, est superfluum, sufficit enim dicere, est remissio pene, ꝛ si di
citur temporalis, dicitur respectu, ad differentiam pene eterne,
dico ꝙ est superfluum, nam quum dicit in diffinitione pro pecca
tis penitentium, tunc ex eo quia quis est penitens, ꝛ sic est con-
tritus, est facta remissio pene eterne, ꝛ culpe per Deum, mediāte
contritione, nam Deus est, qui remittit peccatum pene eterne,
126 idest culpe, agēdo, vel tanquam agēs, † ꝛ contritio est causa ma
terialis remissionis culpe, ꝛ pene eterne, in qua mā agit Deus, il
lam remittendo. ita dicit beatus Thomas in. iiij. sententiarum,
127 dum tractat de penitētijs. † Isto modo debent intelligi iura, de
peniten. distinctione prima, ꝛ quod ibi notat glo. in summa. ꝛ in
c. hoc idem. ꝛ. c. verbum. ꝛ distinctione. iiij. c. nemo tollit pecca-
128 tum. ꝛ glo. in. c. super eo. de rapto. ꝛ quod not. glos. hic. † Item
quandoq; Papa solus facit plenam remissionem, que est remis
sio pene, ꝛ culpe, vt not. glo. in clementi. secunda. de penitent. in
glo. que dicit ista est illa. ꝛ hanc concessit Papa trāseuntibus in
subsidium terre sancte, de qua per Joan. andre. in. c. ad delibe-
randum. de iude. Et est illa que datur in anno centenario iubi-
lei, vt in extrauaganti Bonifa. viij. que incipit hāc antiquorū.
Nec est verum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ sit quedam abusio, etiam si
129 Papa diceret, absoluo te a culpa, ꝛ pena, † qꝛ nec Papa, nec
creatura aliqua, potest absoluere a culpa, qꝛ ista contrahitur ex
inimicitia, ꝛ dolo per peccatum generata inter Deū, ꝛ hominē
peccatorem, ex quo maculatur anima, ꝛ qꝛ non ex operibus iu-
130 stitie, sed per solam gratiā iustificamur. † Ex odio igitur, ꝛ offen
sa Dei statim peccando dānamur, ꝛ penam eternam meremur,
quam homo statim euitat, quū per preuenientem gratiam spiri-
tussancti agentem, deletur peccatum in homine contrito, ꝛ pa-
131 tiente disposito, vt. s. dixi. † Unde statim homine ꝯtrito, a Deo
remittitur culpa, ꝛ pena eterna, sed remanet temporalis, quā si
non subit in hoc mūdo, subit in purgatorio. de peniten. distinc. j.
132 qualis. cum simi. † vnde nō videntur prelati habere potestatē,
nisi in pena temporali, non in culpa, vel pena eterna. Sed isti sic
dicētes, ꝙ abusiua foret absolutio Pape absoluentis a pena, ꝛ
133 culpa, male dicunt, † vnde est attēdendum, ꝙ ecclesia, vel Pa-
pa, aut prelati, siue ministri ecclesie nullum peccatorem ligāt, vel
absoluunt, sed solum in ecclesia militāti, declarant peccatorē in

celo,⁊ sic in ecclesia triumphante ligatum,vel absolutuꝫ peniten
134 tem.† Et ita intelligitur illud.c.xxiiij.ques.j.qócunqꝫ ligaueris.
135 quamuis tex.ibi dicat,qócunqꝫ ligaueris super terram ⁊c.† Et
ideo quando aliquis non cōtritus absoluitur ab ecclesia,absolu
tio est ad hominem,non ad Deum,vt nota.de sentent.excom. a
nobis.ij.⁊ nota.in.c.veniēs.in fi.de testi.not.Jo.and.in.d.c. ad
liberandum.de iude.in verbo corde contriti.in nouella. sic est in
ista indulgētia culpe,⁊ pene,q꞉ Papa in ea declarat, ꝙ ille, cui
iniuncta est,propter ꝯsequutionem talis venie,⁊ indulgentie, sit
absolutus à culpa, ⁊ pena,a culpa eterna declaratiue, ⁊ a pena
136 temporali cōcessiue.† Et potest esse magni effectus,q꞉ si aliquis
adimpleuisset illa,ꝓpter que indulgētia talis data fuisset,ille ta
lis iudicandus,esset absolutus a culpa. Et ideo si non apparet
de alia contritione,vel ꝯfessione,debet presumi absolutus a pe
na,⁊ culpa eterna.d.c.a nobis.ij.de sent.excō. ⁊ debet pro ipso
orari,vt nec dicatur in mortali decessisse,iuxta nota.in.c. qđ inci
137 pit tertio.de celebr.missa.† Item si fuisset excōmunicatus, ⁊ es
set mortuus,nec appareret de aliqua absolutione,nisi ꝙ post ex
cōmunicationem adimpleuit illa,propter que indulgentia cōces
sa fuit,presumeretur fuisse penitens,⁊ post mortem deberet ab
solui in.d.c.a nobis. vnde nō est ita abusiua ista absolutio,vt di
cunt aliqui,q꞉ ecclesia,⁊ Papa illam non faceret, sicut nō esset
138 abusiua absolutio,⁊ ligatio,quam faciūt ministri ecclesie.† Iteꝫ
illud verbum actualibus,qđ subditur in diffinitione Joan. cal
de.qđ verbum dicunt poni ad differentiam pene, que infligitur
139 pro peccato originali,†que pena nō remittitur per indulgētiaꝫ,
q꞉ illa pena est eterna.de ꝯsecra.distin.iiij.firmissime. Istud ver
bum actualibus est superfluuꝫ,q꞉ cum dicatur in diffinitione Jo
an.calde.penitentiū,⁊ non remisse in absolutione sacramentali,
140 non poterat loqui diffinitio,nisi de peccato actuali,†q꞉ non po
terat esse sacramentum penitētie, nisi precessisset sacramentū ba
ptismatis,qđ est ianua omnium sacramentoꝝ.xxxij.distin.§.ve
rum.⁊ de presby.nō bapti.c.ij.⁊.c veniens.vnde non erat opus
dicere pro peccato actuali,cum de alio in ista diffinitione nō po
141 terat intelligi.† Item dum dicit nō remisse in absolutione sacra
mentali,hic deficit diffinitio,q꞉ idem esset si esset remissa per sa
tisfactionem,puta per orationem,vel dationem elemosinaꝝ mul
tarum,⁊ ieiuniorum obseruationem.de peniten.distinc.j.quam
obrem.vel q꞉ penam illam in personam suam sustinuisset,vt in la
trone,qui fuit cum Christo in cruce.de peniten.c.querat.dist.iij.
ibi,luet peccata qui pro eis penam temporalem patitur,quāuis
non fuisset remissa in sacramento penitentie.de peniten.distin.j.
142 nullus.⁊.c.qđ quidam.† Item dum dicitur in diffinitione facta
a prelato,nō est completa diffinitio,q꞉ debuit dicere in suos sub
ditos.nam prelatus qui habet potestatem ꝯcedendi indulgen
tias illas non potest conferre,nisi in proprijs subditis,vt in hoc.
143 c. Ex istis ergo patet,ꝙ diffinitio Jo.cald.non est tuta.† Qua
re ego sic diffiniré,ꝙ ista indulgentia,de qua loquimur,est cōmu
nicatio thesauri ex aliqua causa rationabili,quam facit ille, qui
retinet claues eius,vere penitētibus sibi subditis,⁊ per quā con
sequuntur remissionem,vel dierum in penitentia eius iniuncto
rum,vel pene in sacramēto penitentie non remisse,vel aliter non
satisfacte pro peccatis a Deo infligēde,quantum sonant indul
gentie verba,⁊ concedētis potestas potest,vel illis, qui aliter sa
tisfecissent augmētuꝫ glorie prestat. Dixi ego,ꝙ est cōmunicatio
thesauri ecclesie,nam per hūc thesaurum,qui est in scrinio eccle
sie reconditus,qđ est Christi mors,⁊ passio,⁊ merita sanctorum
eius,remittunt dies penitētie iniuncte,ꝗ̄tum verba sonāt indul
gētie,⁊ peccata penitus sine alia satisfactione.j.eo. cū ex eo. que
144 peccata non deberent alias remanere impunita, † quia quo ad
Deum,nullum malum impunitū debet esse,ēt si sit veniale.xxv.
distin.ita ⁊ nullum debet esse bonū irremuneratum.de penit.di
145 stinct.ij.§.illud.⁊.c.peccatū.† Sed mors Christi, ⁊ eius effusio
preciosissimi sanguinis,⁊ ēt merita sanctorum,peccatoꝝ nostro
ruꝫ penas purgāt,⁊ peccata remittunt. ⁊ isto modo nō remanet
impunitum malum,q꞉ vt mors Christi,⁊ merita sanctoruꝫ, non
sint irremunerata,remittūtur peccata nostra,⁊ pena peccatoꝝ,
etiam si aliter peccator nō puniatur,q꞉ passio Christi pro eis in
telligitur satisfecisse,⁊ sic Deus mediante prelato eius ministro,
iuste,⁊ misericorditer per indulgētias istas,peccata, ⁊ peccato
rum penas remittit,ne eius passio irremunerata remaneat ⁊ me
rita sanctoꝝ eius,que sunt thesaurus ecclesie, qui cōmunicatur
per habētes claues illius,⁊ in subditos fit remissio pene peniten
146 tibus.† Et ideo dixi cōmunicatur,q꞉ non totus thesaurus expo
nitur pro remissiōe peccati,vel pene peccatoꝝ,q꞉ sola gutta san
guinis Christi,est sufficiēs ad remissioneꝫ quorūcunqꝫ peccato
rum. Et hoc est,ꝙ Christus dixit in ꝯsecratiōne eucharistie,vbi
Matthe.dicit,hoc est corpus meum, qđ pro vobis tradetur in
remissionem peccatoꝝ,⁊ in ꝯsecratione sanguinis dixit, qui pro
147 multis effundetur in remissioneꝫ peccatoꝝ.† Item dixi rationa
biliter, q꞉ iste thesaurus ecclesie non d꞉ dispensari sine causa, q꞉
tunc non valeret,ēt quantum ad illud,qđ sonarent verba indul
gentie,imo in nihilum valerēt.de penit.dist.v.c.ꝯsideret. ⁊ dist.
vj.c.j.ver.caueat.⁊.xxiiij.q.j.manet.⁊ de voto.magne.no.Joā.
148 andr.in.c.de multa.de prebē.†vbi videtur velle,ꝙ ēt qñ Pa
pa dispensat cōtra ius positiuum requiratur causa, ꝗuis in.c.ad
149 monasteriū.de sta.mo.Inn.velit,quem sequtur ibi Jo. and.† ꝙ
in dispēsatione iuris positiui sufficiat voluntas Pape pro rōne.
que dicta ego ꝯcordaui in opere monarchie,in.q.an Papa di
150 spenset ꝯtra statum vniuersalem ecclesie.† In proposito tñ cre
do,ꝙ causa d꞉ esse rationabilis,per text.in.c.cū ex eo.j.eod.vbi
vult,ꝙ ꝯcedantur ex causa legitima,non aūt sint indiscrete,⁊ su
151 perflue,†nā per indulgentias indiscretas,⁊ superfluas, claues ec
152 clesie contēnuntur,⁊ penitētie satisfactio eneruatur.† Et an cau
sa sit legitima,ꝯsideratur ex quattuor modis,ex qualitate nego
cij,persone,loci,⁊ temporis,vt not. Hosti.in.c.magne. de voto.
153 alleg.c.j.de trāslat.prela.cum ꝯcordan.† Facit demū.c. cum ex
154 eo.vbi probatur,ꝙ causa lrima est subuenire pauperibus.† Di
xi vlterius in diffinitione,quā fecit ille qui retinet claues eius, ⁊
155 quis sit iste,dicam.j.nā tex.in.c.multiplex.dist.j.de penit.†dicit,
ꝙ Christus dedit hāc potestatem prelatis ecclesie,vnde Papa
qui est supremus prelatoꝝ,habens istas claues,⁊ istam potesta
tem penitētiarum,⁊ ideo ꝯcedit penitentiaꝫ culpe,⁊ pene,vt no.
156 in.c.ad liberandū.de iude.† Alij autem prelati sunt Episcopi,
vt.j.de excel.prela.c.accedētibus.vel alij inferiores, si haberent
ex priuilegio,vel presumptione,vt essent presbyteri,tales habēt
claues dispensandi istū thesaurum,quadam potestate limitata a
Papa,vt ꝓbatur in.c.cum ex eo.j.eo.in fi.quam limitationem
157 potuit Papa facere, vt.j.dicam. † Solus ergo Papa potest
facere illam plenam culpe,⁊ pene remissionē, vt no.glo.in cle.ij.
158 de penit.⁊ remis.in gl.in verbo a pena,⁊ culpa.† Item dixi vere
penitētibus sibi subditis,q꞉ oportet ꝙ non solum habeant ꝯtri
tionē,⁊ sic sint penitētes,sed oportet ēt,ꝙ ore ꝯfiteātur peccata
sacerdoti. Et ideo Papa in plena indulgētia,quā fecit tāseun
tibus in subsidium terre sancte, dixit de qbus fuerint veraciter
corde ꝯtriti,⁊ ore confessi.⁊ ideo differt diffinitio Joā.calde. q꞉
non sufficit dicere penitētibus,si non dicitur etiā vere confessis.
159 † vnde op꞉ ꝙ ad hoc,vt ꝯsequantur indulgentiam,prius adim
pleuerint illa,ꝓpter que prelatus indulgentiā indulsit,⁊ sic opor
tet ꝙ sint tres gradus penitētie. Primus vera cordis cōtritio,
Scdo,vera oris ꝯfessio. Tertius,operis satisfactio.de penit.di
stinc.j.ꝯuertimini.vbi dicitur de ꝯtritione,que debet precedere.
de penit.dist.iij.funditus.⁊.c.sane.in fi.⁊ opis satisfactio.de pe
nit.dist.iij.c.perfectam.sed operis satisfactio hr̄, quum penitēs
perfecerit illa,que fuerūt mandata adimpleri, vt indulgentiam
consequeretur,vnde nō sufficit dicere,prout dixit Jo.calde.peni
160 tentium,si nō est verbum vere,vel veraciter.† Item dixi subdi
tis,q꞉ non potest prelatus indulgentiam dare,nisi subditis suis
proprijs,vt in hoc.c.papa aūt habet omnes sibi subditos,cum
161 sit Episcopus vniuersalis orbis,† demū dixi in diffinitiōe mea,
per quam ꝯsequuntur remissionem,vel dierū eis in penitētia in
162 iunctoꝝ,vel pene in sacramēto penitentie non remisse.† Et ideo
dixi,vel dierum,q꞉ duobus modis ista indulgentia ꝯceditur,ali
quando remittūtur dies in penitētia iniuncti, vt in indulgentia,
que ꝯceditur in anniuersario ꝯsecratiōis ecclesie. ⁊ ista est indul
gentia,non tñ illa remissio pene,de qua loqtur Jo.cal.in sua dif
finitione,que ꝗuis dicatur indulgentia,⁊ ita eā doct. appellēt,
163 in.d.c.cum ex eo.tñ proprius dicitur remissio,†sed indulgentia
proprie sumpta,est illa per quā fit remissio pene a Deo in purga
torio infligēde. vnde ex his patet,ꝙ diffinitio Cal.non fuit per
164 fecta.† Item dixi in diffinitione,in sacramēto penitentie nō re
misse,nā peccator,quum ꝯfitetur,potest in confessione tātaꝫ ha
bere contritionem,ꝙ pena temporalis in totū aboleretur,⁊ sic
ista pena abolita,nō esset amplius necesse ꝙ remitteretur,q꞉ pri
uatio presupponit habitum.l.nam ⁊ sub ꝯditione.§.rumpēdo.
ff.de iniu.rup.irritoq꞉ testa.⁊ in.c.ad dissoluendum. de despon.
165 impu.† ⁊ remissio presupponit persistētiam eius qđ remittit.xiij.
q.ij.qđ vere.⁊ idem si esset remissa,per satisfactionem iniunctas
a sacerdote,vel alias ēt post penitentiam,ex alijs suis bonis ope
rationibus,elemosinis,⁊ orationibus,vel ieiunijs,vel per penas
quam portasset in propria persona,illā in totuꝫ attenuasset,tunc
indulgentie illis non essent necessarie ad remissioneꝫ talis pene,
iam delete.

166 iam delete. † Credo tamen φ proficerent indulgétie istis, adim
plentibus mãdata in indulgentijs iniuncta, ad augmentum glo
167 rie, iuxta nota. in. c. iij. de celebra. mis. qđ incipit tertio loco. † Et
ideo dixi in diffinitione, vel aliter nõ satisfacere, ⁊ illis qui satisfe-
cissent, augmentũ glorie. ⁊ hoc fuit in diffinitione Jo. cald. omis
sum. non tñ est credendum, φ iste indulgétie magis prosint illis
qui negligẽtes fuerint satisfacere de peccatis, ⁊ illis non ꝓdesse,
168 qui diligẽtes fuerint satisfacere. † Jtez dixi, pro peccatis a Deo
infligende. ad differẽtiam pene, quam ẽt Deus non pro pecca-
tis, sed ex alia causa infligit, saltẽ permissiue, vt in ceco nato, ⁊ in
169 beato Paulo. de penit. dist. iij. ꝓductior. † Jtez pro pena, quaz
passi fuerunt martyres indebite, propter quã punit aliquez non
culpabilem, vt in. d. c. ꝓductior. ⁊. vij. q. j. cuz percussio. sed istud
debet intelligi temporaliter, nõ eternaliter, iuxta illud, patres co
170 mederunt vuas acerbas, ⁊ dentes filioꝝ obstupescunt. † ⁊ eccle
sia multotiens, ⁊ ius ciuile, punit aliquẽ insontem temporaliter
pro peccato alterius, vt patet in. c. j. de scisma. in. vi. ⁊ in. l. quis-
171 quis. ad. l. iul. ma. no. ẽt. xxij. distin. renouãtes. † Eternaliter au-
tem Deus, vel ecclesia nõ punit aliquem, nisi propriũ delinquen
tem. Jta intelligitur illud, filius nõ portabit iniquitatem patris,
172 ⁊ anima que peccauerit ipsa morietur. † Jtem dixi, a Deo infli-
gende, qꝛ Deus nõ exigit statim penam a peccatore, q̃uis pec-
cando sit statim ligatus apud Deũ, sed expectat, vtrum contri-
tione, ⁊ satisfactione postea satisfecerit, quo casu Deus nullã pe
173 naz infligit, sed si nõ satisfecerit in purgatorio penã irrogat. † vn
de improprie posuit Jo. cald. verbũ pene debite, qđ est quando
debitum est per iudicẽ ab inuito exigibile, naz improprie dicitur
174 debitum, qđ est sub ꝯditione debitum, † sicut est ista pena in pur
gatorio infligenda, que est ꝯditionalis, si nõ est remissa per satis-
factionem, vel indulgẽtias, vt no. in. l. debitor. de ver. sig. ⁊ ideo
ego nõ dixi in diffinitione pene debite, sed dixi pene a Deo infli
175 gende. † Jtem subiũxi, quantum sonant verba indulgentie, nam
Papa (vt dixi) facit remissionem culpe, ⁊ pene qñ vult, inferio-
res autem prelati, pro dedicatione ecclesie prestant solum vnuz
annum, ⁊ pro anniuersario ꝯsecrationis, solum dies. xl. s. eod. c.
cum ex eo. in fi. ⁊ ideo ego nõ dixi absolute in diffinitione, φ in-
dulgentia, sit remissio pene temporalis, vt dixit Joan. calde. ego
non, sed dixi, φ faciũt remissionem pene, quantum verba sonant
indulgẽtie, vt si sit annus, sit annus, si quadraginta dies, illi sint
176 † Et est notañ. φ iste remissiones, que fiunt in istis indulgentijs.
tollunt in proportione, nõ in quantitate, vt no. gl. in. c. cũ Mar-
the. de celeb. missa. in fi. vlti. gl. φ qualiter intelligatur ibi no. do
cto. ⁊ ibi Jo. and. ponit demõstrationem ad oculum, qꝛ decima
decem librarũ, sunt. xx. soldi. ⁊ sic remanent nouem libre, ⁊ ista-
ruz librarũ decima erit. xviij. soldi. ⁊ sic de singulis residuis, vsqꝫ
ad finem. vnde per istas indulgẽtias, nunq̃ pena in totuz remit
177 titur, ideo dixi, quantũ sonant verba indulgentie. † Jtem dixi, ⁊
concedẽtis potestas, qꝛ si inferiores prelati dicerent, φ ꝯcedunt
indulgentiam culpe, ⁊ pene, nihil faciunt, qꝛ hanc solus Papa
(vt dixi) potest ꝯcedere. Jtem si concederent vltra annũ in conse
cratione ecclesie, nõ valeret in eo qđ esset vltra, ⁊ ideo dixi, ⁊ con
cedentis potestas potest. ⁊ ex his ꝯstat, φ mea diffinitio est pro
178 babilior, q̃ illa Cal. ¶ † Scđam questionem format in ista ma-
teria Jo. calde. ⁊ alij scriben. que, ⁊ quot requirantur, ad hoc vt
valeat indulgentia, in qua questione quidaz Guliel. altisidioren
sis dixit sex requiri. Primo potestas ligandi, ⁊ soluẽdi. Secun
do necessitas loci, ⁊ necessitas penitentie, vt puta qꝛ non potest
ieiunare, vel iniunctam penitentiã adimplere, seu facere. Tertio
deuotio fidei, qꝛ credat, hanc potestatem esse penes ꝯcedentem,
vel ecclesiam. Quarto, status penitentie. s. φ sit contritus. Quin
to, eius discretio, φ tãtum det, pro quanto voluerit sustinere in-
iunctaz penitentiã. Sexto eius existimatio, quasi non sit in arbi
trium ipsius ꝯsitentis, vt tanta fiat recompensatio. Alij dicunt,
quinqꝫ reqri. Primo auctoritatem in ꝯficiente. Scđo habilita
tem in recipiẽte. Tertio, pietatem in fine. Quarto, vtilitatem in
179 opere. Quinto, ꝯgruitatem in tempore. † Jo. autem cald. dixit,
tantum tria sufficere. s. pietas in fi. propter quam dantur, hoc est
φ opus sit pium, puta manus adiutrices ꝯferre, ad constructio
nem ecclesie, vel pontis, potest ẽt esse ipsa pietas, qñ aliquando
fit propter Dei reuerẽtiam, vel ecclesie eius, que est corpus my-
180 sticum Christi. ij. q. iiij. exigendam. † posset ẽt extendi ista pie-
tas, quando ꝯcederentur iste indulgentie danti elemosinam pau
peri catholico. lxxxvj. distinctio. non satis. qꝛ ad hanc pietatem
tenetur alter alteri. v. questio. v. nõ omnis. ⁊. c. non osculatur. ⁊.
181 lxxxvj. distinctio. pasce. † Secundum qđ requiritur, est charitas
operans in eo, cui dantur iste indulgẽtie, ⁊ ista includit tam ha-
bilitatem eius, qui vult eam recipere indulgentiam, q̃ eius rei,
182 propter quam dantur. † vnde oportet, φ recipiens indulgẽtiaz,
si vult gaudere illa, φ sit in charitate, alias non posset eam ha-
bere. xxiij. q. j. legatur. de peniten. dist. ij. charitas est. tñ mihi vi
183 detur, † et est aduertendum, φ lꝫ alique indulgentie requirant
laborem, vt puta visitãdi limina Petri, ⁊ Pauli. alie, requirãt
ieiunia, alie expẽsas ad aliquid opus pium. ⁊ alie orationes, ⁊ si
milia. ista tñ omnia debent fieri cum charitate. Tertium qđ re-
quiritur, est potestas, ⁊ auctoritas in ꝯcedente. hec dicit Jo. cal
de. Sed ego miror de istis docto. qꝛ illa, que requirũtur in con-
cessione istarum indulgẽtiarum satis colligi possunt ex his, que
184 dixi in expositione mee diffinitionis, † Tñ vt satisfaciaz audien
tibus, ego dico, φ in ista concessione indulgentiarum, quattuor
principaliter requirũtur, non autem tria, aut quinqꝫ, vel sex, vt
185 dixerunt alij predicti, † qꝛ in compositione cuiuslibet entis com
positi, quattuor principaliter requirũtur, ꝟm Philosophum. ij.
physicorum. Primo, debitum agens. Scđo materia, siue dispo
situm patiens, qꝛ actus actiuorum, ꝟm Philosophum, est in pa
tiẽte disposito. Tertio, requiritur debita forma. Quarto, φ fiat
186 ad certum debitum finem. † Modo ad propositũ, si querimus
de agente, aut querimus de illa plena indulgentia, que concedi
tur plene. s. culpe, ⁊ pene, de qua in. c. ad liberandum. de iude. ⁊
nota. in clemen. j. de pen. ⁊ remis. istam facit solus Papa, qꝛ so
lus est hoc agens, ⁊ sic etiam remittit penam eternam, agendo,
⁊ remittẽdo in homine vere contrito, ꝟm quod. s. dixi, qꝛ homo
est materia, siue patiens dispositum, vt dixi. s. in diffinitione, ⁊ so
lus Papa hanc facit declaratiue, quam potestatem nullus ha
187 bet, nisi ipse Papa. † Et idem de remissione pene absolute, ⁊ in
totum, nam istam nõ facit, nisi solus Papa. nam alij inferiores
188 habent potestatem limitatam. s. eo. cum ex eo. in fi. † Jn alijs ve-
ro indulgentijs, agẽtes sunt prelati, ⁊ habentes claues thesauri
ecclesie, nam ipsi agunt, ⁊ ipsas indulgentias prestant, ꝟm pote-
statem eoꝝ limitatam a Papa. Scđo, disponunt, vel agũt de-
mum in subditos, ipsi indulgentias cõcedenti suppositos, vt in
hoc. c. qđ autem. ⁊ hoc quando ipsi subditi sunt vere penitẽtes,
non dico simpliciter ꝯtritos, vt isti dicunt, sed debẽt esse vere pe
nitentes, vt precedat cordis ꝯtritio, ⁊ sequatur oris confessio, ⁊
postremo tertius gradus penitẽtie, scꝫ operis satisfactio. Sed
pro ista satisfactione, ⁊ eius loco possunt succedere huiusmodi
indulgentie. Et ex istis est satisfactum scđo, ⁊ tertio requisitis,
ꝟm Jo. calde. qꝛ ex quo peccator est vere penitens, quum in eo
recipiente est habilitas, ⁊ in eo est charitas. Jtem est satisfactuz
tertio requisito per eum, qꝛ est auctoritas in conferente. Jtez est
satisfactum aliquibus quesitis per Gulielmum altidiorensem,
videlicet circa potestatem ligãdi, ⁊ soluẽdi. Jtem eius, ⁊ tertio,
deuotio fidei, qꝛ credat eius potestatem esse penes concedẽtem,
vel ecclesiam. Jtem quarto eius reqsito. s. φ sit contritus. Sed
ego dico vere penitens. Jtem est satisfactum duobus quesitis
per illos, qui dicunt, quinqꝫ requiri, ⁊ nõ dicunt requiri auctori-
189 tatem in cõcedente. ⁊ in istis bene dicũt omnes. † Tertio ego di
xi, φ reqritur forma. Jn hoc est aduertendum, qꝛ aliquãdo con
ceditur indulgentia absolute, sicut fuit illa, quaz fecit Christus,
quum dixit, remittũtur tibi peccata tua. Quo casu intelligiẽ ab
solutus a pena, ⁊ culpa, ⁊ istam facit solus Papa, ⁊ ea forma,
quaz. s. retuli alio modo, sub determinatione certi temporis, pu
ta vnius anni, vt faciunt Episcopi in dedicatione alicuius eccle
sie. s. eo. cum ex eo, vel aliquando plurium annoꝝ, vt facit quan-
doqꝫ Papa, vt. d. c. cum ex eo. in fi. ⁊ tunc forma in Papa est,
quantum verba sonant. ⁊ intelligitur ꝯcedere indulgentias re-
missionis pene temporalis non satisfacte in sacramento peniten
tiali, sicut dixi in diffinitione, ⁊ istam intelligo in dubio esse con-
190 cessam, † ⁊ istam etiam faciunt quandoqꝫ inferiores prelati, ꝟm
potestatem quaz habent limitatam a Papa, qꝛ in dedicatione
191 prestant annum, vt. d. c. cum ex eo. † Aliqñ est alia forma, qꝛ con
ceduntur forte indulgentie. xl. dierum, ⁊ iste conceduntur in an-
192 niuersario dedicationis ecclesie, vt. d. c. cum ex eo † Et ista con
cessio indulgentie potest habere aliam formam apud Deum, qꝛ
dantur. xl. dies de iniũcta penitentia, ⁊ ista non se extendit ad pe
nam purgatorij, sed solum externat penitẽtiam iniunctam a sa-
cerdote, vt in tex. d. c. cum ex eo. in fi. ibi, in. xl. dies de iniunctis
penitẽtijs. Et in ista lꝫ requirantur illa tria. s. dicta, vcꝫ agens, ⁊
193 patiens dispositum, ⁊ forma. † Sed an requirantur alia, vcꝫ ne
cessitas loci, in quẽ pro ꝯsequutione indulgentie aliqua pia ope
ra irroganda sunt, ⁊ an requiratur necessitas penitẽtis, vel de-
bentis penitẽtiam agere, dico, φ in indulgẽtijs, que concedun-
tur iuris cõmunis auctoritate, vt in anno qui cõceditur pro de-

dicatione ecclesie, in isto non credo ista requiri, sed bene requiri-
tur illud de deuotione fidei, qꝛ hoc concluditur in secundo, vez
in patiente disposito, naz si careret fide, careret et̄ charitate, ⁊ iu
194 stitia, † qꝛ vbi nõ est sana fides, nõ potest esse iustitia, qꝛ iustus ex
fide viuit. xxviij. q. j. vbi sana. de penitẽ. dist. j. fit demum. ⁊ dist. ij.
195 euidenter. † Illud autem qd̓ dicunt, ꝙ detur tantum, pro quãto
nolit expedire penitẽtiam, non procedit, presertim in indulgen-
196 tijs, que iuris auctoritate cõceduntur. † Et similiter illud, qd̓ di
cunt de iusta estimatione. Fateor tñ, ꝙ si iste penitentie quereren
tur cõmutari per viam dispensationis, tũc ego dicerem, vt dixi
in tracta. ieiunioꝝ, ꝙ iste possunt cõmutari, etiam sine alia cau-
sa, dũmodo cõmutatio sit vtilior, ⁊ Deo acceptabilior, ⁊ fiat cuz
auctoritate Episcopi, vt in. c. j. de voto. ⁊ si subsisteret causa legi
tima, vt infirmitatis, isto casu solus presbyter in foro penitẽtiali
posset ad alium actum penitentie cõmutare, non minus placibi
lem, vel acceptabilem Deo. Et qñ ista cõmutarentur ex dispen-
satione, tũc possent ꝯsiderari illa, que dixit Guiliel. altisiodoren.
vt si vult, ꝙ cõmutetur penitentia, ⁊ vt detur certum quid loco
pio, ꝙ tũc inspiciatur loci necessitas. Item penitentis qualitas,
qꝛ infirmus forte non potest ieiunare, vel penitentiaz agere, ⁊ ꝙ
tribuat tantum pro quãto nolit sustinere dictam penitentiã. Ista
197 tamen sunt in arbitrio dispensantis, ⁊ recipiẽtis. † Quarto prin
cipaliter dixi, ꝙ debet aspici finis, quare conceduntur indulgen
tie, vel vt exonerent̄ a penitentia iniusta, vel remissione pene tem
poralis. Et in isto respicitur illud primum, qd̓ dixit Ioan. calde.
pietas in finem, propter quem indulgentie conceduntur.
198 ¶ † Nunc tertiam questionez attingamus, an ista ꝯcessio indul
gentiarum sit iurisdictionis, ⁊ cuiusmodi est iurisdictionis, ⁊ an
possit extra territoriuz ꝯcedentis exerceri in aliquos, vel opera-
ri. Ad primam qõnem, omissis dictis scribentium, qui confuse
multum scribũt, ⁊ miscent multa diuersa, que separatim tractan
da sunt, vt ostendaz. scilicet, an sit iurisdictionis. videtur ꝙ non,
sed potius ꝙ sit qd̓dam officium, siue quedam facultas, nam si
esset iurisdictionis imitaretur territorium, ⁊ ipsi cohereret terri
torio. l. si pupillus. §. territorium. ff. de verb. signi. no. Bart. in. l.
fi. C. vbi ⁊ apud quos. sed istud nõ est, ꝙ Papa concedẽdo ali
199 cui territoriũ, det facultatem indulgentiam cõcedendi, † vt sunt
Abbates, ⁊ Archidiaconi, qui habent quãdoqꝫ territoriuz, vt
nota. in. c. cum contingat. de fo. compe. iuncto. c. accedentibus.
de excess. prela. vbi est tex. ꝙ abbates non concedunt istas indul
200 gentias. † Sed veritas est in cõtrarium, nam omnes docto. te-
nent, ꝙ est iurisdictionis, per tex. huius. c. ⁊. c. cum ex eo. j. eod. ⁊
tenet Ioã. and. ⁊ Hostien. in. c. accedentibus. de excess. prelato.
201 † vbi ponit tex. de cognitione causarum matrimonialium, ꝙ sit
iurisdictionis episcopalis, ⁊ postea subdit de istis indulgentijs,
vt sint dignitatis episcopalis, ⁊ iurisdictionis, vt conueniant il-
202 lis, de quibus dixit de matrimonio. † Non obs. contraria, qꝛ li-
cet contentiosa iurisdictio cohereat territorio, tñ illa que sunt di
gnitatis episcopalis, non copetunt cuilibet habenti territoriuz,
si non est episcopus. Et ideo fit dubiũ si competit episcopo con
firmato non ꝯsecrato, qui habet statim iurisdictionalia, vt nota.
203 de electi. transmissa. de qua qõne. j. dicam. † Sed presupposito,
prout est, ꝙ sit iurisdictionis, est videndum, an sit iurisdictionis
contẽtiose, an voluntarie. quidam scriben. videntur dicere, ꝙ sit
solum ꝯtentiose iurisdictionis, mouẽtur per tex. huius. c. ibi, duz
dicit, ꝙ in dante indulgẽtias, oportet ꝙ det illis, quos possit ab
soluere, ⁊ ligare, sed actus ligandi est, qui ꝯfertur in inuituz, ⁊ in
204 nolentez, qd̓ habet locum etiam in penitente, † qꝛ penitentiã in-
iunctam a sacerdote, potest qui ipsam recipit, cogi inuitus adim
plere. vj. di. v. palea sed pẽsandũ. ⁊. v. q. v. nõ omnis. ergo ista ta
205 lia nõ sunt volũtarie iurisdictionis, † qꝛ que redditur in inuituz
est ꝯtentiosa. l. inter stipulantem. §. j. de verb. obli. l. fi. de iurisdi.
om. iudi. l. j. ff. si quis iusdi. nõ obtem. ⁊ ideo si iudex vellet coge-
re penitentem, ad suscipiendam indulgẽtiam in locum remissio-
nis dferum penitẽtie, vt dicitur in. c. cuz ex eo. in fi. j. eo. ista essent
206 contentiose iurisdictionis, † qꝛ ligare, est contẽtiose iurisdictio-
nis, absoluere, est volũtarie, vt in. c. canonica. de sentẽ. excom. ⁊
posset esse ꝯtentiose, quando absolueretur inuitus, ꝙ qñqꝫ fieri
207 potest, vt not. in. c. ab excõmunicato. de raptor. † vbi dicitur, ꝙ
possit inuitũ cogere aliquez, vt absoluatur ab excõmunicatione,
208 ⁊ si sit questio, ergo est iurisdictionis ꝯtentiose. † Sed quidquid
isti scriben. dicant, ego dico, ꝙ potest esse voluntarie, ⁊ ꝯtentiose
iurisdictionis, nã velle dare indulgentias sponte recipientibus,
209 ⁊ volentibus, tũc est voluntarie iurisdictionis, † qꝛ illa est iurisdi
ctio voluntaria, que tantum in volentes exercetur. l. ij. ff. de offi.
procon. ⁊ leg. ⁊ ideo hoc tenet. j. glo. velle autem cogere inuituz

suscipere indulgẽtiam est contentiose iurisdictionis, que nõ exer
cetur extra territorium. l. fin. ff. de offi. prefec. vrb. ⁊ sicut volens
quandoqꝫ absoluitur, ita ⁊ nolens quãdoqꝫ ligatur. ⁊ ista faciũt
ad illam. q. de qua. s̄. dixi, an possit exerceri extra territorium, ⁊
ista questio potest habere multa capita, que distincte debent reci
tari, ⁊ non confuse, vt multi faciunt. Et primum dubium, vel pri
ma questio est, an episcopus Paduanus existens in sua iurisdi
ctione Padue possit cõcedere istas indulgentias subditis suis
existẽtibus forsan extra territorium, ⁊ diocesim Padue. Scdo
si ipse episcopus Paduanus existẽs forsitã Taruisij, possit con
cedere istas indulgentias subditis suis. Tertio, qꝛ iste indulgen
tie concedũtur ad certum finem, vt ꝯferatur elemosina ad ꝯstru
ctionem pontis, vel ecclesie, vtrum episcopus Paduanus pos-
sit concedere istas indulgentias subditis suis, elemosinas confe
rentibus ad cõstructionem alicuius pontis existentis in diocesi
Taruisina. Quarto, an si ep̃s Paduanus haberet aliquam ec-
clesiam in ciuitate, vel diocesi Taruisina, in quã haberet ex priui
legio Pape omnẽ iurisdictionem episcopalem, an posset cõce-
dere indulgentiaz Paduanis, qui ꝯferrent elemosinas ad con
structionem dicte ecclesie, vel an veniret ista ecclesia, si simplici-
ter concederet indulgentias cõferentibus elemosinas alicui de
suis ecclesijs, vel si episcopus Paduanus habeat in sua diocesi
aliquam ecclesiaz exemptã, an possit concedere indulgentias illi
ecclesie elemosinam ꝯferentibus. Et ad ista debent singulariter
210 referri argumẽta, que per aliquos cõfusiue sunt relata. ¶ † Ad
primam qõnem, an possit ꝯcedere subditis suis absentibus ex-
tra territorium huiusmodi indulgentias. videtur, ꝙ non, qꝛ ex-
tra territorium iusdicenti impune non paretur. l. fi. ff. de iur. om.
211 iudi. l. ij. de offi. presi. † ⁊ qꝛ statutum generale episcopi etiaz pe-
nitentiale, vt est qñ pro aliquo peccato per statutum imponit pe
nam aliquam, nam tunc nõ ligat subditum suum, extra territo-
rium cõmittentem tale delictum, vt est tex. in. c. vt animaruz. de
consti. lib. vj. ⁊ nota qꝛ dico per statutum generale, vt puta si ex-
cõmunicaret qui furtum fecerit, tunc non ligat etiam subditum
suum, furtum extra territorium facientem. ⁊ nota qꝛ dico statu-
tutum non afficit excommunicatione extra territorium, non di-
co de sentẽtia excõmunicationis, vt aliqui scribentes hic dicũt,
212 ⁊ non bene, † nam excõmunicatus per sentẽtiam, vbiqꝫ est excõ
municatus. iiij. q. v. quisquis. qꝛ iste sententie, que respiciunt di-
minutionem status, ⁊ infligũtur in animam, ⁊ in personam, sicut
est infamia, sicut est excõmunicatio, ista prosequũtur personam,
sicut lepra leprosum, quocunqꝫ vadat. l. quis ergo casus. ff. de pe
culio. ⁊. l. iij. ff. pro so. ⁊ qd̓ ibi no. ⁊ ideo male dicũt aliqui, quum
dicunt, ꝙ sentẽtia excõmunicationis non ligat extra territoriuz,
⁊ alleg. c. vt animarũ. s̄. alleg. qd̓ loquitur de statuto habẽte sen-
213 tentiam annexam pro delicto futuro cõmittendo, † ⁊ ꝙ nõ pos-
sit concedere indulgẽtias extra territoriuz, probatur in. c. qd̓ au
tem. nam dicit iste tex. ꝙ ille potest indulgentias concedere, qui
potest absoluere, ⁊ ligare, sed subditum ꝓpriuz ratione originis
tantum proprie, vel originis paterne, iudex nõ potest absoluere,
vel ligare in suo territorio nõ repertum, vt not. in. c. fi. si de foro
compe. no. legiste in. l. assumpto. ff. ad munici. ergo similiter non
214 potest eas indulgentias ꝯcedere. † Itez ille, qui non potest illud
qd̓ facilius est, nõ potest illud qd̓ est grauius, ⁊ ꝓbatur in. l. rele
gatoruz. §. interdicere. ff. de interd. ⁊ rele. not. in. l. qui indignus.
215 ff. de senator. † Sed soluere, ⁊ ligare, est minus q̃ indulgentias
concedere, ergo si nõ potest iudex extra territorium ligare, ⁊ sol
uere, ergo minus indulgẽtias concedere, ⁊ hoc vult, vt dixi de-
mum. c. vt animarum. de ꝯstituti. ⁊ ita disputãdo determinauit
216 Odof. vt refert Albe. de gandi. in fi. sui libelli, † ⁊ ꝙ non possit
suum subditum absentẽ sua lege ligare, probari videtur, arguen
do de contractibus ad delicta, qd̓ fieri potest. l. tam ex ꝯ̃ctibus.
ff. de iudi. sed si subditus ꝯtrahit iudicatur ſm leges domicilij,
ergo idem dz dici de delicto, vt puniatur ſm legem loci delicti,
non domicilij, vt no. Inn. in rub. de ꝯsuet. ⁊. j. dicam. si ergo non
posset legibus domicilij ligari, nec absolui alibi delinquẽs, ergo
similiter, nec indulgẽtie sibi possunt ꝯcedi, arg. istius. c. iũcto. c.
217 vt animarum. de ꝯsti. in. vj. † In contrarium vr̃, qꝛ subditum pro
prium, ratione domicilij, videtur qs posse per sententiam, legez,
⁊ statutũ municipale ligare, ⁊ soluere subditũ suum, etiam de de
licto alibi facto, tex. est in. l. fi. ff. de decre. ab ordi. fa. qui text. lo-
quitur de municipali lege. de iure cõi, non videtur dubiuz per. l.
mercatores. C. de cõmer. ⁊ mercato. ⁊ per. l. ij. C. de eunu. que iu
218 ra, ⁊ leges vñr aduersari isti. c. vt animarum. de ꝯsti. † ⁊ possit iu
dex domicilij ꝯstringere per sententiam subditũ proprium, etiaz
qui extra territorium deliquisset, et̄ si in loco domicilij nõ reperi-
tur, vt

tur, vt est tex.in.l.relegatorum.§.interdicere.ver.per ꝯtrarium.
ff.de interdi.⁊ rele.⁊ no.gl.⁊ doc.in.l.j.C.vbi de crim.agi opor.
per cano.in.c.fi.de fo.cõpe.ex quibus vr̃ ꝙ subdito suo ratione
domicilij,ẽt existenti extra territorium, eps̃ possit indulgentias
concedere,cũ(vt dixi)possit eum absoluere,⁊ ligare,ergo vt dixi
potest ei indulgentias ꝯcedere,vt in hoc.c.dico ẽt per statutum
219 suum generale,†qꝛ statutum,⁊ sñia equiparantur.l.seruus.ff.de
manu.⁊ est ratio,qꝛ procedũt ab eadem potestate,vnde illud qd̃
põt fieri per sñiam,vr̃ posse fieri per statutum. hoc ẽt probatur,
220 †qꝛ si aliqs delinqt in ecclesia, quã ꝯstat non esse de iurisdictiõe
seculari,tñ põt a iudice seculari sua lege puniri, vt.C.de adulte.
221 auc.si qs.probaẽ.l.ij.C.de sũ.tri.† ⁊ ꝙ possit ligari per statutũ
delinquens extra territoriũ,probaẽ.iij.q.ix.in.c.decernimus.⁊.
xj.q.iij.rursus.igitur propter ista docto.sensisse vidẽtur diuersa.
222 †nam Cy.disputãdo determinauit subditum ratione domicilij
posse puniri,ſm leges proprij domicilij.rñdetq̃ ad.c.vt anima-
rum.ꝙ illud ꝑcedit a canonistarum errore, vel dicit, ꝙ illud est
223 speciale in sententia excõicationis,†⁊ istud vltimum,ꝙ nõ pos-
sit excõicari delinquens extra territorium,tenet Pau. de elia-
za.in cle.pastoralis.de re iudi.assignat rationem,qꝛ ista sentẽtia
statim trahit secum exequutionẽ,in.c.pastoralis.de appel.Sed
sicut iudex nõ potest esse qui propriam sñiam extra territorium
protulit,vt in.c.romana.§.ꝯhentes.de fo.competẽ.in.vj.sic nec
istam sñiam proferre.Sed ista opi.cõiter reprobatur per iura,⁊
224 rationes.s̃.alleg.pro parte ꝯtraria.†⁊ ad istam rationẽ Pau.
respondetur,ꝙ exequutio sñie prohibetur in loco alterius, qꝛ in
territorio est defectus potestatis iudicis exequẽtis,que potestas
hic nõ deficit,qꝛ potest ligare subditum suũ quocunq̃ vadat, qꝛ
225 semper remanet sibi subditus.†Itẽ prohibetur exequutio alia
ratione,ne turbetur iudex rõne territorij in iurisdictione sua,sed
ista cessant in sentẽtijs censure,que inuisibiliter ligant animam,
226 ⁊ trahũt secũ,vbiq̃ exequutionẽ,vt.s̃.dixi,† ⁊ pro hoc facit, qꝛ
iudex excõmunicat,⁊ absoluit subditũ suũ,vbicunq̃ existentẽ,
qꝛ talia non reqrunt cause cognitionem,vt no.in.c.nouit.de of-
fic.leg.patet in Paulo,qui excõicauit corinthiũ, ⁊ ita tñ An-
to.de but.in.c.a nobis.j.de sent.excõ.⁊ qñ Pau.inducit vnam
rõnem pro se,facit ꝯtra ipsum,nam ipse tenet in.d.clem. pasto-
227 ralis.de re iudi.†ꝙ si eps̃ excõmunicat subditum suũ extra ter
ritorium existẽtem ex causa,ꝑpter quam ius cõe excõicationẽ
imponit,ꝙ talis excõicatio tenet,ex quo cẽsetur apposita de iu-
re cõi,cui omnes subditi sunt.de ꝯstit.c.j.sed ista ratio facit con
tra ipsũ ẽt in dubio,qñ subditus excõicatur a iudice ob causã,
propter quam non excõicatur a iure cõi,quia exequutio, que fit
istius sñie,non fit a iudice,sed fit a iure cõi,in.c.pastoralis.de ap
pel.ergo fit vbicunq̃ ꝯtra quoscunq̃,vnde non dꝫ dici excõmu
228 nicatus a iudice,sed a iuris dispõne,†sicut dicimus in simili, ꝙ
eps̃ cõmunicãdo cum excõicato a se,⁊ sua sententia,incurrit sen
tentiam excõicationis minoris, non ex viribus sue sñie imme-
diate,sed ex causa illa ꝑcedente,⁊ iuris cõis dispositione,vt no.
229 Jo.andre.in mercurial.in regu.cui lꝫ.de regu.iu.in.vj.†Quare
Bar.in.l.cũctos populos.C.de sum.trini.dixit,ꝙ aut statutũ,
vel lex expresse ligat subditum delinquẽtem, ⁊ existentem extra
territoriũ,⁊ tunc põt tali statuto ligari, per.l.scd̃aꝫ.C.de eunu.
⁊.l.finali.C.de decre.ab ordine facien.aut nõ ligat proprie sub-
ditum existentem extra territorium , sed vel statutum loquitur
simpliciter, vel loquitur de subditis existentibus in territorio, ⁊
tunc quo ad statuta punitiua,vel penam imponẽtia, ⁊ litium de
cisiua,nõ ligantur subditi extra territorium degẽtes, ⁊ ita loqui
230 tur.c.vt animarum.de ꝯstitu.†sed quantũ ad statuta litium or-
dinatoria est subditus legibus,⁊ statuta ipsius loci, ⁊ domicilij,
vel vbi iudicium agitatur.l.ij.§.fi.ff.quẽad.testa.ape.⁊.l.cũ cle-
231 ricis.C.de episc.⁊ cle.⁊.l.j.in prin.C.de custo.reo.†Ista opi.duꝫ
dicitur,ꝙ potest statuto ligari subditus extra territorium delin
quens,qñ expresse lex,vel statutum disponit.hoc cõiter reproba
tur a modernis,qꝛ ꝯcludit,ꝙ subditus potius nõ ligetur ex vo-
lũtate,q̃ꝫ ex carẽtia potestatis,qd̃ est ꝯtra tex.d.c.vt animaruꝫ.
qd̃ dic ideo non valere,qꝛ promulgãtes talem legem, carent po
232 testate,†propter quã rationem forte ipse Bar.in.l.relegatoruꝫ.
§.interdicere.de interdi.⁊ rele.soluit aliter istud ꝯ̃rium, dicens,
ꝙ dispositio legis,que fit in penã alicuius,non põt directo egre
233 di locum iurisdictionis disponẽtis.†Et ideo iudex lꝫ releget ali
quem a loco,non tñ potest illi assignare insulam,qñ eam non ha
bet sub sua iurisdictione,qꝛ assignare insulam, ⁊ ibi relegare, est
quem distringere ad faciendũ,vel non faciendũ aliquid extra li-
234 mites ꝑprie iurisdictionis,qd̃ non lꝫ.†Sed si nõ fit in penaꝫ il-
lius subditi,sed in odiũ illarum gentiũ,ad quas non vult subdi-
tum accedere,⁊ tunc valet talis dispositio,ita loquitur.l.fi.C.de
decret.⁊.l.mercatores.C.de cõmerc.Ista solutio posset tolerari
ad ista iura allega.sed nõ ad.l.ij.C.de eunu.nec ad.c.vt anima-
rum.de ꝯsti.qꝛ tex.in.d.l.ij.vult ꝙ nõ liceat alienare eunuchos,
⁊ loqtur indistincte in quocũq̃ loco,⁊ taꝫ in loco ꝯdentis legeꝫ,
q̃ꝫ extra alia loca legem ꝯdenti nõ supposita.⁊.c.vt animaꝝ.in-
distincte dicit,ꝙ nõ lꝫ excõicare subditũ pro delicto extra terri
235 torium cõmisso.†Quare Ant.de bu.in.c.a nobis.el.j. de sent.
excõ.posuit aliaꝫ solutionem,⁊ theoricã,dixit.n.ꝙ interdũ statu
tuꝫ,vel lex profert sñiam ꝯtra delinquẽtem subditũ, pro delicto
cõmisso extra territoriũ statuentis,⁊ tunc nõ ligat subditũ,⁊ ita
loqtur.c.vt animaruꝫ.qd̃ loquitur de delicto cõmisso affirmati-
ue.sed si vult imponere penã ex facto negatiuo,⁊ tunc si illud fa
ctuꝫ negatiuum dꝫ expediri in limitibus alterius territorij, tunc
dicit,ꝙ ẽt non ligat subditum suũ,si vero querit punire factũ ne
gatiuuꝫ,cuius ꝯ̃rium factuꝫ affirmatiuũ erat expedienduꝫ in ter
ritorio statuentis,tunc põt ligare subdituꝫ, q̃ꝫuis actus ille ne-
gatiuus exerceaẽ extra territoriũ.⁊ hoc per tex.in.c.ex tue.cum
236 ibi no.de cleri.nõ residen.⁊ est ratio in isto vltimo casu,† qꝛ cuꝫ
factũ negatiuum nõ habeat terminos naturales, vt.l.actor.C.
de ꝓba.no.in.c.bone.de elec.tunc istud delictũ negatiuũ repu
tatur factũ in loco illo,vbi ꝯ̃rium factũ affirmatiuuꝫ erat expe-
diendũ,⁊ istud fuit singulare dictũ Bar.in.l.libelloꝝ. de accus.
237 arg.l.desertorẽ.§.qui stationis.ff.de re mil.†vbi est tex.ꝙ miles
dr̃ deliquisse in loco vbi debuit militare,ẽt si alibi negligentiam
238 cõmisit,⁊ id̃ dixit ibidem,in.l.libelloꝝ.†ꝙ si statutũ punit sub-
ditos villaꝝ,qui non denũciant maleficia,ꝙ dꝫ poni ille locus,
in quo fiẽda erat relatio maleficij,qꝛ ibi delictum dr̃ esse cõmis-
sum.⁊ istud dictũ refert,⁊ tñ Jo.de fa.ij.q.viij.libelloꝝ. Et istud
demũ est verum in illo iudice,qui põt extra territoriuꝫ citare, vt
iudex domicilij,vt no.in.d.c.romana.§.ꝯhentes.de fo.cõpet. ⁊
fuit dictũ originale Dy.Sed ista theorica dñi mei, lꝫ sit vera in
isto casu nõ est vera in alio,qñ delictuꝫ est negatiuũ,cuius ꝯtra-
riuꝫ est expediendũ extra limites territorij iudicis domicilij vo-
lẽtis punire,vt non possit ipsuꝫ punire,vt dicit text.in.d.c.a no-
bis.j.de sen.excõ.qꝛ istud scd̃m dictuꝫ,est ꝯtra tex.l.ij.C.d̃ eunu.
vbi puniẽ alienans eunuchos, ẽt si alienẽt apud barbaros non
subditos Romano imperio,⁊ tñ siue dicas istud delictũ nega-
tiuum,ꝙ ꝯ̃rium affirmatiuũ debuisset expediri in territorio ip-
sius statuẽtis.Item est ꝯtra tex.in.d.l.mercatores.C.de cõmer.
239 quare in ista.q.est multũ dubitandum.†Ego tñ ita dicerem, ꝙ
interdũ lex,vel statutũ,delictum,qd̃ erat punibile in loco domi-
cilij,⁊ ẽt punibile in loco delicti,⁊ tũc lex domicilij imponens pe
nam tali delicto extra territoriuꝫ cõmisso non vꝫ, ⁊ ita loqtur.c.
240 vt animaruꝫ. de ꝯstitutio.⁊ est duplex ratio.† primo, qꝛ princi-
paliter punire,⁊ penã inferre pro maleficio extra territoriuꝫ cõ-
misso,pertinet ad iudicem cõmissi maleficij,⁊ ideo lꝫ lex domici-
lij possit punire,⁊ penã inferre,pro maleficio axtra territoriuꝫ cõ
misso subdito, rõne maleficij, vel domicilij, ẽt si in suo territorio
non reperiaẽ,⁊ iudex ẽt delicti cõmissi possit eũ punire in suo ter
ritorio repertũ,vel iam citatione preuentũ,vt no.in.l.relegato-
ruꝫ.§.interdicere.ver.per ꝯ̃rium.ff.de interdi.⁊ rele.⁊ no. in.l.j.
241 C.vbi de cri.agi opor.⁊ Can.no.in.c.fi.de fo.cõpe.†tñ si iudex
delicti reqrat iudicem domicilij,vt malefactorẽ ad ipsum remit
tat puniendũ,ipsi facienda est remissio,vt in auc.vt nulli iudi.§.
si qs vero comprehensoꝝ.vnde sumpta est auc.si vero criminis
cõmissi.C.de adult.no.in.l.j.C.vbi de cri.agi opor.⁊.d.c.fin. de
242 fo.cõpe.†sed si iã esset punitus lege domicilij nõ deberet iterum
243 puniri a iudice delicti.l.senatus.ff.de accu.†Scd̃a rõ est,⁊ for-
tior,qꝛ delinquens dꝫ puniri legibus cõmissi maleficij,⁊ nõ legi-
bus domicilij,ita vult Inn.in rub.de ꝯsue.⁊ est tex.in.l.saccula-
rij.§.sunt quidã.ff.de extraor.cri.⁊ ibi Bar.⁊ d̃ noxa.l.j.⁊ auc.
qua in ꝓuincia.C.vbi de cri.agi opor.⁊ ista est rõ.c.vt animaꝝ.
244 †qꝛ dispositio que fit in penã alicuius,nõ egreditur territorium
disponẽtis.l.relegatoꝝ.§.interdicere.de interdi.⁊ rele.no.Dy.
in.l.si cui.§.fi.de accu.⁊ in.l.j.que sit lon.ꝯsue.in.j.q.Bar.in.l.
j.de sum.tri.in.ix.q.qd̃ intelligunt aliq verum, qñ iudex delicti
põt imponere illã.⁊ ideo si esset eps̃,vel clericus iudex, qui non
posset imponere penã mortis,tunc imponeret aliã penam,ita di
245 cunt ꝙ põt intelligi tex.ꝯiũcta gl.xxiij.q.viij.sepe.† Ego auteꝫ
aliter dico,ꝙ si iudex delicti non põt imponere penã,forte qꝛ il-
lud qd̃ est delictũ in loco domicilij,in loco cõmissi delicti,non est
delictuꝫ,vt qñ lex domicilij pro bono pacis,vel ciuitatis ꝑprie,
prohibet ciues,ne faciãt nundinas,vel vt non ꝯ̃hant in certis lo
cis, vel ꝯ̃hant, ⁊ tunc talis cõstitutio vꝫ, ⁊ punitur solũ a iudice
domicilij,iste est tex.in.d.l.fi.de decre.ab or.faciẽ.⁊.d.l.merca-

tores.de cōmer.⁊merca.⁊ maxime si delictū negatiuum erat de
eo,cuius ꝯrium affirmatiuū erat expediendū in loco domicilij,
246 per ea que not.in.c.ex tue.de cle.nō resi.†sed si delictū cōmitti-
tur negatiue,nec eius ꝯrium affirmatiuū erat expediendū in lo-
co domicilij,tūc do.meus Anto.de bu.dixit in.d.c.a nobis.de
sent.excō.ꝙ non pōt puniri legibus domicilij,per.d.c.vt anima
247 ruz.sed istud(vt dixi)vr̄ contra tex.l.ij.C.de eunu.†vnde ego di
cerem,ꝙ qñ lex domicilij facit illud esse delictū extra territoriuz
cōmissuz,qd̄ non est,vel erat in loco maleficij,vt qꝛ factū pro bo
no domicilij,vt facere nūdinas in locis nō subditis, vel negocia
ri in locis nō subditis,⁊ fit pro bono ciuitatis,vel loci domicilij,
⁊ in odiū illorum,in quoꝝ territorijs ista fiunt,⁊ tunc cū istud sit
delictū in loco domicilij,nō in loco delicti,certe pōt puniri legi-
bus domicilij,ita loquunt̄.l.fi.de decre.ab ord.faci. ⁊.l.merca-
tores.s̄.alleg.Dico ēt si tale maleficiū negatiue prohibitum,cu-
ius ꝯrium affirmatiuū non erat in loco domicilij expediendū,vt
est tex.d.l.ij.C.de eunu.nā non lz vendere eunuchos barbaris,⁊
minus in Romano impio, ⁊ ideo dn̄s meus non dixit absolute
248 veꝝ.†vnde ego ꝯcludo, ꝙ si delictū est pariter punibile in loco
cōmissi delicti,⁊ in loco domicilij,tunc nō possit puniri in loco do
micilij,vt in.d.c.vt animaꝝ.sed si delictuz nō erat punibile in lo
co cōmissi maleficij,sed solū erat puniendū in loco domicilij, tūc
lex domicilij pōt subditos delinquentes extra territoriū sua lege
249 ligare.d.l.ij.C.d̄ eunu.†Sz si esset punibile, ⁊ in loco domicilij,
⁊ in loco delicti,sed magis in vno,q̄z in alio,tūc nihilominus de
bet puniri legibus delicti,⁊ nō valet lex domicilij,per dicta iura,
250 †⁊ si semel punitus est legibus delicti,nō poterit,nec debit am-
plius puniri lege domicilij,ēt si in illis esset alia maior pena, per
251 no.in.l.senatus.ff.de accu.⁊.ff.nau.caup.stab.l.lz.§.j.†Ad pro
positā.q.an ep̄s possit indulgentias ꝯcedere proprio subdito ex
tra territoriū suuz,⁊ diocesani existēti,dico,ꝙ est dr̄ia inter sub-
ditos,nā aliqui sunt subditi hmōi,rōne originis proprie,vel pa-
terne,vel forte auite,qñ fuisset ꝯceptus in vita aui,iuxta no.in.l.
assumptio.§.filius.ff.ad munici.Uel si forte esset ciuis ex priuile
gio,vel alias subditus preterq̄z rōne domicilij,tūc iste indulgen
tie non cōprehenderent tales,extra iurisdictionez ꝯcedentis exi
252 stētes,ratio†qꝛ non repti in ꝓprio tali territorio,nō pn̄t ab ep̄o
absolui,vel ligari,vt no.in.c.fi. d̄ fo.cōpe.ergo nec eis īdulgētie
ꝯcedi p tex.istius.c.fateor tn̄,ꝙ si venirēt ad diocesim ꝯcedētis,
253 ꝙ tūc tales īdulgētie possent eis ꝓdesse.†Si vō loqmur de sub
dito rōne domicilij, ⁊ tunc lz iste legibus domicilij disponētibus
de punitiōe delicti extra territoriū cōmissi,nō ligeт̄ regul̄r,nisi vt
supra dixi,qꝛ tn̄ potest a iudice domicilij puniri,⁊ ligari,⁊ de de-
licto extra territoriuz cōmisso,qñ non punit̄ a iudice delicti, ēt si
nō sit in territorio domicilij reptus,vt no.in.c.fi.de fo.cōpe. ⁊.l.
j.⁊ auc.qua in ꝓuincia.C.vbi de cri.agi opoꝛ.⁊ pōt extra terri-
toriū citari a iudice domicilij,vt in.c.romana.§.ꝯhentes. de fo.
compe.vt puniant̄ saltem a iudice domicilij legibus loci cōmissi
maleficij,dico,ꝙ ipsis pn̄t similiter indulgentie ꝯcedi, per predi
cta iura,⁊ in hoc.c.⁊ sic est expeditū primum mēbrum, an iudex
domicilij possit ꝯcedere indulgentias subditis suis existentibus
extra territoriuz,qñ iudex ipse est in metis sui territorij,⁊ sue iu-
254 risdictiōis. ¶†Restat modo videre,si ep̄s Paduanus existēs
Taruisij pōt suis subditis Paduanis indulgentias ꝯcedere, ⁊
in ista.q.breuiter me expedio,⁊ dico,ꝙ si vult ꝯcedere indulgen
tias,ꝓut sua ꝯcessio est iurisdictionis voluntarie, ꝙ qñ sit, vt.s̄.
dixi,tunc pōt illas ꝯcedere,ratio,qꝛ illa que sunt volūtarie iuris
dictionis,pn̄t exerceri per existētem extra territoriū.l.ij.de offic.
255 procō.⁊ lega.†⁊ est ratio,qꝛ hec iurisdictio nō coheret territo-
256 rio,sed psone.l.emācipati.ff.de adopt.†si aūt vellet illas indul-
gētias ꝯcedere,ꝓut sunt iurisdictionis ꝯtentiose,ꝙ qñ sit, vt.s̄.
dixi,tunc nō potest illas ꝯcedere qñ extra suam iurisdictionez,⁊
territorium ꝯsistit,qꝛ talis iurisdictio non exercet̄ extra territo-
rium.l.fi.ff.de iur.om.iudic.⁊ in.d.c.vt animaꝝ. ⁊ ista sunt vera
257 in ipso ep̄o ordinario volente ꝯcedere has indulgētias.† sed si
esset aliquis ep̄s,qui vellet ꝯcedere has indulgētias,forte ex po
258 testate sibi dlegata ab alio ep̄o ordinario illius loci,†qꝛ ista pn̄t
delegari,vel ꝯsuetudine acquiri,vt in.c.accedētibus.in fi.de ex-
cess.prela.tūc existens extra territoriū,in quo dz indulgētias con
cedere,nō posse ista ꝯcedere,ēt que essent voluntarie iurisdictio
259 nis,†qꝛ talis non pōt has iurisdictiones exercere extra territo
260 riuz cōmittentis,tex.est in.l.ij.§.j.de offi.ꝓcon.⁊ lega.†nā illud
qd̄ dr̄,ꝙ ea que sunt voluntarie iurisdictionis, pn̄t expediri per
existētem extra territoriuz,dz intelligi qñ talis iurisdictio expe-
dit̄ iure proprij magr̄atus.l.ij.ff.de ado.⁊.C.de magist.munic.l.
261 ij.⁊ lz talis trāseat in delegatū.l.ea que.ff.ad muni.†tn̄ ista dele-
gata est fragilis,⁊ non pōt exerceri extra locū illius talē iurisdi-
ctionez ꝯcedentis.d.l.ij.de offi.ꝓcon.⁊ leg.sed est velut prediuz
limitatum.l.in agris.ff.de acq.re.domi. facit.c.romana.§.cleri
cos.de fo.cōpe.⁊ hoc in simili tz Bar.in.l.j.C.de sū.tri.⁊ fi.ca-
tho.in.viij.q.⁊ Spe.in ti.de instru.edi.§.restat.xl.quid de his.
262 ¶†Modo est vidēda.iij.q.an ep̄s Paduanus possit istas in-
dulgētias ꝯcedere suis subditis,elemosinaz ꝯferentibus ꝯstru-
ctioni alicuius pōtis existentis in diocesi Taruisina,seu territo-
rio,loquor qñ hoc faceret sine ꝯsensu,⁊ licentia ep̄i Taruisij.Et
in hac.q.nō est opus disputare,si iste indulgētie pn̄t extra territo
rium ꝯcedi,qꝛ.s̄.satis hoc ꝯclusi.nec est ēt opus inqrere, an ipse
ep̄s existēs extra ꝓpriuz territoriū possit sic indulgētias ꝯcede-
re,qꝛ satis.s̄.ꝯclusi.sed est solū videndū,si pn̄t ꝯcedi pp aliquas
elemosinas,vel aliqua pia opa,que fuerint expediēda a suis sub
ditis,in loco iurisdictionis alterius,⁊ extra territoriū, ⁊ iurisdi-
263 ctionē ipsius ꝯcedentis.⁊ vr̄ dōm,ꝙ non, † arguendo de ꝯcti-
bus ad iudicia.l.tā ex ꝯctibus.ff.de iudi.sed qñ destinat̄ solutio
in ꝯctu,facienda in alio loco,ibi ꝯctus vr̄ initus, vbi solutio de
stinata est.l.ꝯxisse.ff.de ac.⁊ ob.sic in iudicio,si iudex precipit sol
ui extra suū territoriū,ibidez vr̄ iurisdictionē exercere.sed iuris-
dictionē non pōt ep̄s paduanus in alterius diocesi exercere.l.fi.
de iur.om.iud.⁊.s̄.dixi.ergo similiter non dz posse precipe,vt lo
264 co existēti extra suā diocesim,aliqd soluat̄, †⁊ de hoc vr̄ tex.in.
l.relegatoꝝ.in prin.⁊ in.§.ceteꝝ.de interdi.⁊ rele. iūcto.§.sicut.
in ead.lege,vbi non pōt preses ꝓuincie relegare aliquē in ea in-
sula,que sit extra ꝓuinciaz sibi cōmissaz,sic in ꝓposito,nō vr̄ pos
se mādare,vt in aliena diocesi,⁊ in re existēte in illa,soluatur, vel
265 eroget̄ elemosina,ratio†qꝛ hoc esset velle sn̄iaz suā exequutioni
mādari in re existente extra suū territoriū,⁊ in alieno territorio,
qd̄ non lz sine lnīa iudicis,vbi res sita est.l.a diuo pio.§.sn̄iaz ro
me dictā.ff.de re iudi.⁊ lz forte posset ꝯcedere indulgentias sub-
ditis suis,si erogarēt elemosinā ponti existenti in aliena diocesi,
tn̄ talis exequutio, siue solutio non vr̄ posse fieri sine lnīa illius
ep̄i, vel iudicis,in cuius diocesi,vel territorio, res sita est, vt est
tex.⁊ ibi no.in.c.postulasti.in fi.de fo.cōpe.ꝓbatur in.c. roma-
na.§.ꝯhētes.de fo.cōpe.⁊ pro hac sn̄ia vr̄ tex. in.l.pupillo.ff.de
tu.⁊ cura.dat.ab his.cū his,que no.in.l.nō solū.§.qui testō.ff.d̄
266 excus.tu.†vbi simplex dispositio iudicis, sicut est datio tutoris,
non vr̄ hr̄e vires,nisi in bonis,in territorio disponētis sitis,ꝓba
267 tur in si̇̄i,in.c.per venerabilē.qui fil.sint legi.†vbi ēt ltimatio fa
cta per papā,non vr̄ trahi ad illa bona,que nō sunt iurisdictiōis
ipsius pape,vt ad hr̄ditates,aut alia spālia,que forent de terris
impij,⁊ hoc vr̄ clare decidere ibi Inno.qꝛ qñ iudex de nouo ius
aliqd̄ inducit,sicut in isto casu qñ dat indulgentias ꝯferentibus
manus adiutrices ad ꝯstructionem alicuius pōtis,non vr̄ posse
porrigi ad pōtem aliquē situz extra suū territoriū.⁊ ita vr̄ deci-
dere Bar.in.l.j.C.de sū.tri.in.q.que incipit,sed insurgit dubiū
268 forte,⁊ quotidianū.†⁊ ꝙ iudex non possit iubere suis subditis,
vt aliqua exponāt in bōis ex̄ territoriū,seu iurisdictiōez positis,
ꝓbat tex.in.l.cū vnus.§.si is q.ff.de bo.auc.iud.pos.vbi est tex.
269 †ꝙ iubere aliquē possidere locū,ad illū iudicez ꝑtinet,ad quem
loci cura spectat.fac.l.pupillus.§.territoriū.ff.de x.sig.vbi tex.
dicit,ꝙ territoriuz est illud, qd̄ magr̄atus eius loci intra eos fi-
270 nes tuēdi.i.submouēdi,ius hz,†qꝛ ex̄ territoriū ius nō dz dice-
re.l.fi.ff.d̄ off.p̄fe.vrb.⁊.l.fi.ff.d̄ iur.om.iud.⁊.c.vt aiaꝝ. sepius
alle.ꝑtinere igit̄ vn̄r ista ad ep̄m,in cuius diocesi pōs,vel res si-
ta est,in quā fitus indulgētie ꝯferri dz.xvj.q.vij.oēs basilice. qd̄
271 nō valeat ꝓbat̄,†arguēdo de tpe ad locū,qd̄ arg.tz.l.vinū.ff.si
cer.pe.nā vt actus sit nullus,paria sūt fieri aliqua tpe ꝓhibito,
vel fieri tpe ꝑmisso,si effectus eius ꝯfertur in tp̄s ꝓhibitū.l.qd̄
spōse.C.d̄ don.añ nup.sic in ꝓposito,paria sunt fieri in loco ꝓhi
bito,vel fieri in loco ꝑmisso,si effectus eius ꝯferat̄ in locū ꝓhibi
tuz.vn̄ lz ꝯcessio idulgētie fiat Padue in loco ꝑmisso,tn̄ cū eius
effectus ꝯferat̄ ex̄ territoriū,in loco ꝓhibito non vr̄ valere.⁊ est
272 rō,†qꝛ nō lz vti re alterius eo inuito,cuius est.l.si filio.§.j.ff.sol.
ma.hinc est,ꝙ nō lz rē alterius pignorare.l.rē alienā.ff.de pign.
ac.qꝛ lz possit vēdi res aliena,in.l.rē alienā.ff.de ꝯhē.emp. illud
intelligit̄ solū ad preiudiciū vendētis,sed nō ad p̄iudiciū dn̄i rei.
⁊ ideo vr̄,ꝙ in pōte sito in diocesi Taruisina, nō possit ep̄s Pa
duanus disponere iuito ep̄o Taruisino.⁊ ꝓ ista pte vr̄ casus in.
l.sicuti.§.aristo.in x.idēq̄z erit.ff.si ser.vē.vbi tex.dicit,in suo.n.
eatenus facere lz,quatenus in alienū non imittat.Pōt ergo in-
dulgētias suas subditis ꝯcedere ep̄s Paduanus,quatenus il-
273 las in territorio Taruisino nō mittat,†qꝛ in re aliena,quis non
pōt aliquid facere.ix.qō.ij.nullus.vbi est casus,ꝙ ēt Archiep̄s
non pōt agere qdq̄z ēt in diocesi sui suffraganei.c.pastoralis.de
offic.ordina.

offic.ordina. licet hec regula habeat certos casus exceptos, in quibus archiepiscopus in subditos sui suffraganei iurisdictio-
274 nem hꝫ.ꝛ est vnus casus,† qꝛ lr̃as indulgentiarū pōt in tota sua prouincia ꝯcedere,vt est tex.in.c.quod incipit nostro.ꝭ.eo.titu.ꝛ sic si est specialē in archiepō, vt possit in diocesi sui suffraganei literas indulgentiaꝝ ꝯcedere,vt.d.c.nostro.Ergo in ꝯtrariuꝫ est, ius cessare,vt in alia diocesi,q̄ȝ in sua,vel sui suffraganei,nō pos-
275 sit indulgētias ꝯcedere.l.maritus.in fi.C.de pcur.†Preterea, dato φ ista concessio ad pontem esset eleemosyna,ista non possit ꝯcedi inuito dño pontis, qꝛ beneficium inuitis non ꝯceditur.l. inuito.ff.de regu.iur.ꝛ qꝛ liberalitas,siue donatio,non pōt acquiri nolenti.l.hoc iure.§.non pōt.ff.de dona. hinc est φ non valet promissio,etiam que fit ad pias causas pauperibus, si non sit aliquis pro ipsis recipiens.l.illud.ꝛ qđ ibi nota.glo. in verbo alia causa.in fi.C.de sacrosanc.eccle. Igitur si nō sit aliquis recipiēs pro constructione pontis,non videtur valere ꝓmissio,vel indulgentie ꝯcessio,ergo multo minus valebunt indulgentie,si ille,ad
276 quem res ptinet,ꝯtradicat. †quinimo nec in aliena diocesi sunt ab alieno episcopo oblationes recipiende,nisi illas porrigat inuitatus ab epō loci,in quo fit oblatio.vij.q.j.Epi vel presbyteri. Unde ibi vr̃ casus,φ epi,vel pſbyteri,qui non sunt de diocesi,ēt ad oblationes non sunt admittendi,nisi ꝯsentiat epūs ipsius loci. ꝛ ꝯcludere videnṫ ista argu.ēt si ista ꝯcessio indulgentiaꝝ esset facta pro subditis ꝯcedentis,sub ꝯditione, aut sub modo, vt ꝯferrent eleemosynas ponti posito in aliena diocesi, lꝫ aliqui dicunt, φ iste litere indulgentiaꝝ videnṫ ꝯcesse loco, non pſone, ꝛ ideo ꝯcedi nō possunt extra territoriuꝫ ꝯcedentis,ꝛ loco ipsi epō non
277 supposito. Mouenṫ rōnibus multum ḡnalibus, †dñt.n.φ q̄n agitur de effectu rei,debemus inspicere cām ꝓximam,nō remotam.l.j.ff.de ꝯdi.ob turp.cau.not.glo.C.de iure dot.l.si mulier. not.in.c.de cetero.de homici.sed melius dixisset, φ debet inspici causa finalis,ꝛ non impulsiua.l.ij.in fi.ꝛ φ ibi not.ff.de dona. sed finalis causa siue principalis huius ꝯcessionis, ponamus φ esset data ecclesie, sicut supra dictum est de ponte,diceretur data
278 fauore ecclesie,vel pontis,†qꝛ est honor ecclesie,φ frequētia populi visitetur, ꝛ honor ecclesie tribuatur, istam rationem dicunt, φ reddit text.in extrauagan.Bonifa.que incipit antiquoꝝ,siue antiqui. qui loquitur de basilica Petri ꝛ Pauli, cum igiṫ propter honorem,seu vtilitatem pontis he litere sint ꝯcesse, ipsi pon
279 ti ascribende sunt, † qꝛ litere,que causa mei facte sunt, mee dici debent.l.pretor.ff.de eden.xj.q.j.te q̄dem ꝛ Dei in suprascriptio
280 ne,ꝛ in glo.†ꝛ si dicitur locus caret anima rationali. Dic hominibus,ipsius loci videntur concesse,ꝛ per eius ministros debent expediri. Ista probatur, lꝫ ipsi nō allegent.xxiij.q.j.qđcūqꝫ vbi Christus in pſonam beati Petri dedit ecclesie ptātem ligandi, ꝛ soluendi, ꝛ date sunt ecclesie claues, vbi rubrum ꝛ sūmarium. d.c.quodcūqꝫ.dicit in pſonam Petri,ecclesia ligandi ꝛ soluendi potestatem accepit.Idem dixit beatus Ambro.de penit. distin.j.c.Ꝟbum.vbi dicit,φ ligādi ꝛ soluendi ptātem ecclesia accepit,vnde extra ecclesiā existens vtrāqꝫ non hꝫ, hoc idem Hiero. xxiij.q.j.in omnibus.ibi,que domus claues accepit ēt ligandi, ꝛ soluendi,ꝛ domū vocat ecclesiam,que hēat, habuitqꝫ ptātem. ꝛ ideo tex.in.d.c.qđcūqꝫ.dicit φ Petrus claues accepit,ecclesiā sanctā significauit,ꝛ ideo si ista dispositio esset facta loco, siue eleemosyna,lꝫ distribuēda esset per ministros loci,qꝛ non pſonis
281 sed loco facta videṫ,vt dictis iuribus.† Sic etiam legatū factū ad ꝯstructionem pontiū ꝛ viarum, videṫ factum ciuitati, cuius sunt dicta loca.l.si quid. ꝛ.l.ciuitatibus.de leg.j. ꝛ ista argumē. ꝯcludunt,siue ꝯcludere videntur, φ non solum eleemosyne sint concesse loco,sed etiam ius ꝯcedendi dictas indulgentias. ꝛ est effectus, qꝛ licet sint data ista ministris loci propter locum, non expirant morte ministri,nec ministroꝝ,sed durant etiam eis mor
282 tuis.†ꝛ ista est ratio quare potestas clauium censetur data ecclesie,ꝛ nō solum Petro,vt non expiraret eius Petri morte, sed transiret in successores summos Pontifices,sicut trāsit ista po-
283 testas vsqꝫ in hodiernum diem.†Similiter q̄n legatur ecclesijs, ꝓ luminaribus,vel cultu diuino,talia videnṫ legata ecclesijs, nō ministris ecclesiaꝝ,vt in.c.requisisti.in fin. de testa.hoc ꝓbatur,
284 †quia si ꝯceditur priuilegium vt clerici alicuius loci non possint excōmunicari per ordinarios,certe istud priuilegiuꝫ dicetur esse ipsius loci,nō simpliciter ministroꝝ ibidem seruientium,vt in.c. cum capella Duc.Burgundie.de priuileg.ꝛ tñ ecclesia non po-
285 test excōmunicari,† qꝛ ecclesia habet nomen vniuersitatis, que non dꝫ excōmunicari,in.c.romana.§.in vniuersitatem. de sentē.
286 excōmu.in.vj.† Et qꝛ q̄n per priuilegium, vel indulgentiam, fit remissio pene fugienti ad ecclesiam, talis remissio est priuilegiuꝫ ecclesie.l.ij.ꝛ quasi per totum.C.de his qui ad eccle. ꝯfugi.xvij. q.iiij.miror.ꝛ.cc.seq.ꝓbatur in toto tit. de imu.eccle.ad idē.l.j.
287 de censi.† vbi si ꝯceditur imunitas venientibus ad habitanduꝫ in certo loco,certe illud priuilegiū vr̃ ꝯcessum loco. d.l.j.ꝛ.l.forma.§.quanq̄ȝ.ff.de censi. Ex qbus vr̃,φ iste indulgētie sint ꝯcesse locis,puta ponti,vel ecclesie,ꝛ non pſonis. Sed hic est aduertendū,φ si isti sic dicentes volūt intelligere,φ iste lr̃e indulgētiarum vñr ꝯcesse locis respectu cōmoditatis elemosyne inferēde,
288 tunc ipsi dñt veꝝ,†imo plus dico,φ si litere indulgentiaꝝ dicerent,ꝛ offerentes plato ecclesie talis,certam eleemosynā,indulgentias ꝯsequerenṫ,certe talis indulgentia videreṫ ꝯcessa ecclesie,ꝛ non plato,vt est tex.in.l.annua.§.testō.ff.de annu. lega.xij. q.ij.c.pontifices.nam vr̃ iste donans,vel eleemosynā ꝯferens,facere anime sue,ꝛ nō pro cōmodo prelati,vel sacerdotis. Si vo isti intelligūt,φ per istas indulgētias factas loco, videaṫ ꝯcessa ministris loci predicti,ptās ꝯcedendi lr̃as indulgentiaꝝ, vt vñr sentire argu.que.s̄.retuli,de ꝯcessione clauiuꝫ,facta Petro, tūc
289 isti non dicerent veꝝ.† Primo,qꝛ diocesani non pñt dare istas lr̃as,nisi suis subditis,ꝛ in suis diocesibus,vt in isto.c.ꝛ.ꝭ.eo.cuꝫ
290 ex eo.ꝛ qꝛ solus papa est,qui per totū orbē pōt ꝯcedere.† Preterea istud ius ꝯcedendi literas indulgentiaꝝ,cōpetit solū dignitati epali,vt.s̄.de excel.prela.c.accedentibus.vnde si ista ꝯcessio fieret ponti,vel aliene ecclesie, imediate subiecte alicui presbytero,ꝛ non epo imediate subiecte,sacerdos ille nō posset indulgentias istas ꝯcedere,qꝛ vt dixi,hec ꝯcessio est dignitatis epalis, vt d.c.accedentibus.ꝛ nō pñt per inferiores prelatos exerceri, nec extra diocesim territorij vñr posse ꝯcedi,vt in.d.c.cū ex eo. in fi.
291 † Preterea ꝯcessio indulgētiaꝝ, q̄n fit pſonis subditis recipientibus illas,dando ponti,vel ecclesie,per hoc non vr̃ ꝯcessa ptās ponti,vel ecclesie,indulgentias ꝯcedendi,vñ si dicat epūs, hēant subditi nostri tales indulgētias si soluūt tali ponti,vel ecclesie.ꝛ. quū ista ꝯcessio fiat per ꝟba ista,ista ꝟba importat factū, ꝛ nō
292 ius,†qꝛ per ꝟba vel gerūdia importaṫ solum factū, per noia vero importaṫ ius.insti.de actio.in prin.iuncta.l.amplius nō peti.
293 ff.rem ra.hab.not.in rub.de eden.†In ꝯriuꝫ facit, qꝛ ista datio siue subuentio,que fit alicui ponti,vel ecclesie,vr̃ quedaꝫ eleemosyna,siue donatio,que cuilibet ecclesie, ēt extra territorium site, fieri pōt.xvj.q.j.qꝛ iusta. vbi tex.dicit φ vota fideliū,sunt precia peccatoꝝ,ꝛ ibidē subdit tex.optamus cuiqꝫ nō solū habita ꝯseruare. veꝝ etiā Deo opitulāter offerre. Nota qꝛ dicit cuiqꝫ,idest
294 cuilibet,lꝫ ecclesijs ꝯferre.† Scđo,ꝓbatur,qꝛ iudex,vel superior pōt mandare subdito suo,vt aliqđ faciat,vel nō faciat,extra territorium.l.fi.de decre.ab ordi.facien.ꝛ.d.l.mercatores.C.de cōmer.ꝛ merca. Igitur vr̃ posse mādari subditis,vt soluāt aliquid alicui ecclesie,vel ponti,q̄ȝuis existi extra iurisdictionem mādan
295 tis,†qꝛ ista est q̄daꝫ ꝯcessio gratie,siue beneficij,que vr̃ posse fieri extra territoriū,ꝛ extra ipsum ꝯsistenti,vt in.c.nouit. de offi lega.ꝛ in.c.qꝛ diuersitatē. de ꝯces.ꝓben. Item qꝛ epūs pōt istas indulgentias ꝯcedere vouēti aliqđ soluere pōti, vel ecclesie, q̄ȝuis extra territorium site,nec est opus φ in tali voto aliqs recipiat,
296 †qꝛ vouens obligaṫ,ēt si nullus pro ecclesia recipiat,vt.l.ij.ff.de pollici.no.Bar.in.l.illud.C.de sac.san.ecc.ꝓbatur in toto titu.
297 de voto. Item ostendiṫ,†qꝛ si iudex dat aliquem tutorē,talis datio extendiṫ ad res extra territoriuꝫ dātis sitas.l.magis puto.§.
298 illud.ff.de reb.eo.ꝛ.l.pp litem.ff.de excu.tu.†vbi tutor datus a iudice,pōt se excusare pp res pupilli alibi sitas,ergo patet, φ ēt quo ad bona alibi sita datus videaṫ,ꝛ ita vr̃ tenere Bar. ipse expresse,in.l.si pupillo.ff.de cura.dat.ab his. licet aliter senserit ꝛ
299 male,in.l.j.C.de sum.trinita.ꝛ fide catholi.ꝛ supra dixi.† Preterea quādo principaliter disponitur de pſona, sufficit φ illa sit subdita,vt teneat dispositio,etiam quo ad bona alibi sita,ꝛ ideo est falsa glo.in.l.non solum.§.qui testamento.ff.de excusa. tuto.
300 dum dixit,φ nō valet datio tutoris quo ad bona alibi sita, † ꝛ ideo iudex potest priuare subditū suum beneficio in iurisdictione alterius posito,etiam alibi sito,licet executio postea fieri debeat per iudicem loci in quo situm est beneficium,vt in.c.postu-
301 lasti.de fo.cōpe.† Preterea lꝫ disponere de re alterius ad preiudiciū ipsius disponētis,non ad preiudiciū dñi,sed ꝯferre eleemosynam ponti,vel ecclesie,non est inferre dānuꝫ dño rei,ergo vꝫ dispositio ad p̄iudiciū ipsius disponētis.l.rē alienā.ff.de ꝯhē.emp.
302 †Iteꝫ ad bonū mouēdo quēlibet, lꝫ cuiqꝫ bona facere in alieno territorio.xvj.q.j.c.j.ꝛ.c.qꝛ iusta.ꝛ istud voluit dicere tex.vj.q.
303 iij.§.scriptū.†nā lꝫ in alienā messem nō sit licitū falcē imittere,tñ pōt qs spicas manibus ꝯterere,φ vult dicere,φ bonis opationibus,ꝛ bono affectu pōt in alieno territorio qs disponere admonēdo,ꝛ psuadēdo fieri bona,ꝛ qꝛ ꝯcessio istaꝝ indulgētiaꝝ vr̃

304 esse fori penitentialis, in quo non ꝯsideratur locus. † Sed vbiqꝫ
pôt parrochianus suū subditum absoluere. d. c. qꝛ in istis ꝯside-
ramus ꝑsonam faciētis, nō locū. xvj. q. j. c. j. no. in. c. fi. de fo. cō-
305 pe. ꝑꝑ hoc ista. q. est dubia. † Ego tñ ita dicerem, ꝙ aut ꝯcedēs
indulgētias suis subditis, si ꝯferāt aliqđ subsidium ponti, vel ec
clesie extra suū territoriū site, tūc si vult facere istud iurisdictio
nē in loco illo exercendo, aut tanq̄ ius in ipsa re hñdo, ⁊ tūc nō
pôt inuito dño loci, ⁊ isto modo nō pôt ordinare in aliena dioce
si, nec aliqua sacra dare. ix. q. ij. c. j. ⁊. ij. ⁊ ita loquunť arg. ꝓ alia
parte facta. Idem si faceret publice monēdo, tanq̄ hñs in dicto
ponte, vel ecclesia, ⁊ ita itelligiť tex. ix. q. ij. c. epm. ⁊. c. epi. ⁊. vij.
q. j. c. epi vel presbyteri. Sed si eps vult ꝯcedere indulgētias sub
ditis suis offerētibus ponti, vel ecclesie antedictis, ⁊ hoc faciat
sine solēnitate publice monitionis, vel exercitio iurisdictiōis, vel
iuris, qđ velit in. d. rebus pretendere, tunc faciendo ꝑꝑ bonum
eleemosyne, pôt, sicut qlibet posset hoc facere ēt in re alteri⁹ dio
306 cesis, ⁊ hoc est qđ notanter dixit glo. in. d. c. scriptū. vij. q. iij. † si-
cut ēt dicimus in simili, ꝙ si aut Rex aliqs, aut princeps secula-
ris vult priuilegiare ecclesias, vel ecclesiasticas ꝑsonas, tūc si vo
luerit facere, iurisdictionē exercendo in eis, aut ius in ipsis ꝑten-
dendo, non possit, ēt si hoc modo indulgentias, vel priuilegia cō
cederet, vt in. c. ecclesia sancte Marie. de ꝯsti. xcvj. dist. bene qui
dem, sed si ex deuotione vellet eleemosynas ꝑdictas donare, vel
priuilegiare, tunc posset, ⁊ valeret, iuxta no. in. c. fi. de reb. ecc. nō
alie. in. j. gl. ⁊ ꝓbať. xvj. q. j. c. placet. vbi est canonizata. l. placet.
307 C. de sacr. san. eccl. † In ꝓposita igitur. q. si eps faciat mādatuꝫ
suis subditis, đ ꝯferēdo eleemosynas, nō in ipsa re iurisdictionē
exercēdo, vel ꝙ in eo ius aliqđ pretendat, sed solum eleemosyne
intuitu, ⁊ tunc pôt, ⁊ ideo si pons esset ciuitatis, sufficeret ꝯsen-
308 sus dñi tpalis ciuitatis, absqꝫ eo ꝙ requirať ꝯsensus epi, † ⁊ idē
si ꝯceditur eleemosyna alicui ecclesie, sufficit ꝯsensus hñtis ca-
nonicum titulū imediatū in ipsa ecclesia, nec est necesse ꝙ eps cō
sentiat, ⁊ si ꝯcedens indulgentias, ꝯcessisset vouenti dare ponti,
vel ecclesie, si dñs pontis, vel ecclesie rector nollet recipere, tunc
posset illud votū cōmutari in alio bono, vt in. c. j. de voto. ⁊ hoc
modo ꝯsequereť qs indulgentiam ēt dño pontis, vel ecclesie, nō
309 ꝯsentiēte. Et ex istis pꝫ vera decisio, ⁊ ꝯria sunt sublata. † Plus
credo, ꝙ si date essent indulgentie ꝯferentibus eleemosynā pon
ti, vel ecclesie, si per dñm pontis, vel ecclesie staret, ꝙ nō adimple
reť ꝯditio, qꝛ nollet recipere, cū ista sit ꝯditio mixta, pendens ex
facto implere debētis, ⁊ alterius debentis recipere eleemosynā,
tunc talis ꝯditio habereť pro completa. l. j. C. de insti. ⁊ substi. ⁊
310 ꝯsequerentur subditi indulgentiā, † qꝛ isti ablatiui absoluti dan
tibus eleemosynā faciunt ꝯditioneꝫ. l. a testatore. ff. de ꝯdi. ⁊ de-
mon. l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. j. ita intelligo istaꝫ. q. ⁊
311 ista iura. † Et per ista sunt quasi decisa alia duo dubia, ꝑmum si
est aliqua ecclesia in aliena diocesi, ⁊ eps paduanus tantū ibi hꝫ
oēm iurisdictionem, an possit ꝯcedere indulgentias adiutrices
ponentibus ad ꝯstructionē talis ecclesie. naꝫ si faceret nō preten
dendo ius in dicta ecclesia, vel iurisdictionē exercēdo, sed tm̄ se
mouēdo ꝑꝑ bonū eleemosyne, tunc nō est dubiū, ꝙ pôt, vt. s̄. di-
xi, sicut pôt qlibet eps in aliena re, sita extra suum, ꝭm ꝑdicta, si
aūt faceret, iurisdictionē exercēdo, aut ius in reꝫ ꝑtendendo, tūc
si loqmur in ecclesia sita in aliena diocesi, ⁊ in qua hꝫ oēm iurisdi
ctionem epalem, vř ꝙ non possit, qꝛ lꝫ ista ecclesia videať exēpta
ab epo Taruisino, qꝛ solum sit sub iurisdictione epi Paduani,
tñ est in diocesi Taruisina, qꝛ lꝫ loca sint exempta, sunt tñ in dio-
cesi, in qua sunt sita, vt est tex. in cle. ij. de priuil. dum dicit diocesi
tue, ⁊ dū dicit ꝓuincie tue. ⁊ est tex. in. c. cū eps. de offi. ord. in. vj.
⁊ hꝫ tps Taruisinus eps aliquas preeminētias in tali eccľia, vt
not. in. d. cle. ij. de priui. Si igiť est extra diocesim paduanam, vř
ꝙ eps Paduanus nō possit ibi indulgentias ꝯcedere, qꝛ talis
ꝯcessio est actus iurisdictiōis, vt in. c. accedētibus. de exces. ꝑla.
312 † Sed eps extra diocesim suā, nō vř posse aliquā iurisdictionem
313 exercere, vt in cle. q̄uis. de fo. cōpe. ⁊ est rō, † qꝛ iurisdictio ꝯtē-
tiosa coheret territorio. l. fi. C. vbi ⁊ apud quē. ⁊ in. l. j. §. cū vrbē.
ff. de offi. ꝑfec. vrb. facit ꝙ no. in cle. j. ad fi. de exces. ꝑla. vbi con
314 cludiť, † ꝙ si ꝯcedať priuilegiuꝫ epo, vt hēat fructus primi anni
bñficioꝝ vacantium in sua diocesi, habebit fructus ēt bñficioꝝ
exemptoꝝ sue diocesis, secus si diceret beneficioꝝ tibi epo subie
315 ctoꝝ, qꝛ exempta sunt in diocesi, sed nō sunt subdita epo. † Qui
dam tñ faciunt dřiam, si dicať de bñficijs in tua diocesi positis,
vel de tua diocesi, qꝛ lꝫ dicanť in diocesi esse, nō dñr tñ de diocesi,
postq̄ eps in illis non hꝫ iurisdictionem, allegant not. in. c. si ꝑꝑ
tua debita. de rapto. lib. vj. ⁊ cle. j. de excel. ꝑla. ⁊ fuit dictū Lapi
316 in. d. cle. ij. de priui. ⁊ dixi, ꝙ ita ꝯcludit Guil. de mon. lau. † Sed
ego credo in casu nřo, ꝙ eps padua. poterit in tali ecclesia indul
gētias ꝯcedere, qꝛ tex. qui ꝑmittūt epis ꝑtātem indulgētias ꝯce
dēdi, nō ꝑōderant, vtꝝ ꝯcedant in diocesi sua, vel aliena, vel vtꝝ
locus sit in diocesi, vel de diocesi, sed solū ꝯsiderāt, vtꝝ illi, qbus
317 ꝯcedit, sint sibi subditi iurisdictionaľr, vt ē casus in hoc. c. † Nec
ob. cle. q̄uis, qꝛ loquiť qñ extra iurisdictiōeꝫ eps vult iurisdictio
nem exercere, si in dicto loco nullā hꝫ iurisdictionē exercere non
pôt, sed nos presupponimus ꝙ eps paduanus hēat in dicta ec-
clesia iurisdictionē oēm epaleꝫ, quo casu, credo ꝙ clericis ibi de
gentibus possit dare indulgētias, que ēt videanť date ipsi loco,
qꝛ ēt si iurisdictio cēsereť data loco ⁊ ecclesie, cū ecclesia cēseatur
inanimata cēseť data clericis ⁊ ꝑsonis ibidē degētib⁹. ⁊ ideo in
tali ecclesia, lꝫ sit sita in diocesi Taruisina, eps Paduanus hñs
ibi oēm iurisdictionē epalem, poterit indulgētias ꝯcedere. Sed
si nō hřet ibi iurisdictionē epalem, sed forte hřet iurisdictioneꝫ,
quā hñt abbates vel archidiaconi qñqꝫ in aliqbus ecclesijs sibi
subiectis, tūc credo, ꝙ eps Paduanus nō possit tales indulgē
318 tias ꝯcedere, † qꝛ lꝫ ipse sit eps, si nō hꝫ ibi iurisdictionē epaleꝫ,
nō pôt istas ꝯcedere, qꝛ ista ꝯcessio est dignitatis ⁊ iurisditionis
epalis, in. c. accedētibus. de exces. prela. posset tñ illi ecclesie per
319 viā eleemosyne permittere oblationes, vt. s̄. dixi. † Sed an epo
Taruisinus in tali ecclesia subiecta epo Paduano possit ꝯcede
re indulgētias. dico, ꝙ dꝫ inspici, qualem ibi eps Paduanus
hēat iurisdictionē epalem, qꝛ si hꝫ eā excluso epo Taruisino, tūc
Taruisinus nō posset, qꝛ non hꝫ in ea iurisdictioneꝫ, vt in hoc. c.
320 † Sed si cōpeteret epo paduano iurisdictio, nō excluso epo tar-
uisino qđ est possibile, iuxta not. in. c. prudentiā. in prin. de offic.
deleg. ⁊ ꝓbať per. l. j. de offi. ꝓcōsul. tunc ⁊ qlibet eoꝝ posset in-
dulgentias ꝯcedere, ad hoc faciūt ea que scribit Iaco. de are. ⁊
Bar. in. l. qđ itex. §. si qs post. de leg. j. ⁊ Bal. not. in auc. habi-
ta. C. ne fil. pro pa. ꝓbať. j. eo. c. cū ex eo. cū ibi dicať de pluribus
321 epis indulgētias ꝯcedentibus. ¶ † Ad illā aūt qōnem an eps,
vel archieps possit indulgētias ꝯcedere locis exēptis siue dioce
sis, istā qōnem format Pau. in cle. ij. de priuile. ⁊ qdaꝫ moder.
ibi dñt ꝙ nō, ꝑ istū tex. qđ tñ intellige ꝭm illa q̄. s̄. dixi, ⁊ dicit ibi
Pau. ꝙ est arg. ꝯ illos, q ex ꝯcessiōe diocesani, in locis sue dio-
cesis exēptis, dāt idulgentias. xl. dieꝝ his, q venerūt ad ꝑdica-
tionē, vel sermonē, vel missaꝫ illi⁹ eccľie, vel sui ordinis, sicut ple
rūqꝫ faciūt fratres ꝑdicatores, vel alij mēdicātes exēpti, nā sicut
ipse eps nō potest illas ꝯcedere, ita nec ꝑ aliū, qꝛ nemo dat ꝙ nō
hꝫ, in. c. daybertū. iij. q. iiij. sed eps ꝑ se nō hꝫ in dicto loco, ergo
nō pôt alij cōmittere. Tñ aliq moder. vt Io. de iser. in. d. cle. ij. đ
ꝑui. i fi. dñt, ꝙ cū epi possint exercere iurisdictionē in dictis locis
de volūtate exemptoꝝ, vt no. gl. in. d. cle. ij. ergo vř ꝙ alij, in qui-
bus est cōmissuꝫ possint facere, ⁊ sic dictū Pau. nō sit veꝝ. Sed
ego credo, ꝙ possit saluari snia Paul. qꝛ lꝫ eps possit exercere
istā iurisdictionē in loco exempto de volūtate prelati illius loci,
tūc nō facit ex ꝯcessione iuris, vel pape, sed ex ꝯsensu inferioris,
322 ⁊ tūc succedit qđ. s̄. dixi, † ꝙ lꝫ aliqs hñs auctoritatē a iure, vel
a papa, possit ea, que sunt volūtarie iurisdictionis extra suū ter-
ritoriū exercere, alius tñ, qui faceret solū ex volūtate inferioris,
sa nulla est expressa, credo q in dubio censebitur realis, & nō per
sonalis. facit. s. de institu. c. cum venissent, qz potius videtur fieri
rei, cui fit, q̃z persone, & per eam videtur ius quesitum, argu. ff. de
reb. eo. l. si pecuniam. §. si quis. adeo q iniuria que fieret, dicere-
tur fieri rei, seu ecclesie, cui est facta vnid. facit. ff. de nego. gest. l.
5 qui in alie. §. fi. vide latius per Old. in consi. ccxxiij. ¶ † Septi-
mo quero, vtrum priuilegium, qđ competit ecclesie princip. com
petat ecclesie vnite, dic q sic, vt no. per doc. in. c. j. s. ne sed. vacā.
& per Bal. in. l. j. ff. de leg. j. facit bene tex. in. l. ij. C. cōmu. de leg.
ij. & insti. de legi. §. sed non vsqz. auc. in successione. C. de su. & legi.
& in auct. de success. ab intesta. §. si vero. & traditur in. l. prima. C.
lib. xj. tangit et Jo. and. in. c. j. de iu. patro. & no. de peni. dist. j. §.
medicamenta. & hoc si modo non sit facta vnio eque principali-
ter, quo casu quelibet tenet naturam suā, vt tradit gl. magna. in
clem. per litteras. de preben. & gl. in. c. j. ne se. vac. no. Archidy.
xvj. q. j. c. & temporis. de quo late dixi in ɔsi. qđ incipit. monaste
rium. de sarchig. ¶ Octauo quero, pone monasterium de nouo
constructum fuit vnitum alteri monasterio, cum hoc, q ambo in
telligerentur vnum, & bona vtriusqz sint hincinde cōmunia, qua
liter conueniet ɔuentus, & abbatissa in administratione et spiri-
tualium, & de effectu istius vnionis, vide notabile ɔsilium Fede.
6 de sen. xxviij. ¶ † Nono quero, quid si curatum beneficiū vnia-
tur. c. ecclesie qs dicatur habere curam. Sol. gl. in versi. c. in cle
men. si. in fi. de reb. eccl. non alie. remittit ad no. per se post Ho-
stien. in. c. exposuisti. s. de preben. & ibi tenet Host. q totum capl
tuluz per. l. sed si hoc. §. qui manumittit. ff. de in ius voc. & qđ no.
supra de preben. cū non ignores. secus si esset facta vni preben-
da, qz tunc canonia illius habebit curam, argu. predictoꝝ, vide
per doc. in. d. locis. ¶ Decimo quero, qd si ecclesia habens sub
se capellas, vnitur alteri eccle. an ille capelle transeunt in vnione
In aliā eccle. Sol. Jo. and. post Uincē. in versi. viuenduz. in. c. ij.
de relig. do. tenet q sic, alleg. simile de patrefam. arrogato, qui,
& qui sub eo sunt, trāseunt in potestatem arrogatoris. institu. de
act. §. illud. & omnes capite minuūtur. ff. de cap. dimi. l. liberos.
& si ecclesia vnita pareret, cū haberet capellas, sicut si legant̃ an-
cille cum natis, seu serui ordinarij cum vicarijs, lz parent ancille
vel ordinarij, tñ debentur filij, vel serui vicarij, vt insti. de leg. §. si
quis ancillas. & tenet Archi. xvj. q. j. c. & temporis. & Pau. za-
7 barel. in. d. cle. fi. de reb. eccle. nō alie. ¶ † Undecimo quero, qd
si beneficium, tanq̃ principale. & illud beneficium habeat aliud
annexum, seu vnitum, vtrū de beneficio vnito sit facienda men-
tio in supplicatione. Solu. do. de Ro. decis. cccxxxiij. in antiqs
tenēt q non, per no. per Jo. andr. in. c. super eo. de prebē. lib. vj.
in nouell. qz ex quo principale nominatur, videtur nominari et
accessorium, argu. l. si vt certo. §. vsqz aūt. ff. cōmoda. & in. l. sed &
edes. §. si qs mulierem. cum simi. ff. lo. lz aliqualiter facit. l. fin. ff.
de fun. instru. & est singu. decisio quā notabis. Quam tñ ego in-
telligerem fm scđam speciem vnionis, per quam vnum omnino
transfertur in aliud beneficium. Secus aūt si per alias species,
per quas ambo essent eque principalia, & pro decisione, & limita
8 tione facit dđ statim dicam. ¶ † Duodecimo quero, vtrum be-
neficium vnitū alteri, perdat nomen beneficij. Solu. dic q sic, &
non dz dici beneficium, sicut dicebatur ante vnionē. ar. §. illud. in
auc. vt iudi. sine quoquo suffrag. iūcta. l. fi. ead. ff. de offi. asses. &
ideo de beneficio vnito nō est faciēdus articulus, sicut antea fm
do. de Ro. deci. xix. in antiq. qđ ego intelligo fm scđam speciez
vnionis, vel in simili specie, alias secus, vt dixi in. q. precedenti.
¶ Tertiodecimo quero, nunqd ille, cuius beneficiuz est vnitum
alteri, ita q vnio post cessum, vel decessum illius, sortiatur effe-
ctum, possit tale beneficium cum alio permutare. do. de Ro. de-
ci. ccclxxiij. decidūt q non, nihil tñ allegant. sed p decis. facit, qz
non dz per hanc viam indirectā inferior posse preiudicare vnio-
ni superioris, per quā preiudicaretur, si posset pmutari, vt de se
9 patet. † In contrarium tñ facit, q cessante omni fraude. Bene-
ficiati

ficiati possunt permutare beneficia adinuicem, q̄ q̄ sint ibidem expectantes, ꝛ debētur beneficia renunciata permutantibus, ꝛ non expectantibus, vt in cle. vnica. de rer. permuta. Cogitabis. Sed pro deci. do. de Ro. si recte memini, facit qd tradit Jo. andre. in addi. Spe. in ti. de preben. ꝛ vide etiã per do. de Ro. decis. clxx. ¶ Decimoquarto quero, vtrum eccle. patronata vnita monasterio desolato, faciat acqrere ius patronatus in illo monasterio. solu. Spe. post Vincen. in ti. de iu. patro. in fi. dicit, ꝙ si in primo monasterio fuit patronus ex fundatione, vel prestatione loci, non propter hoc erit patronus in scdo, si vero ex donatione alias dotatione, res tunc videtur transire cum onere suo. Subdit tñ ꝙ nusq̄ erit patronus in scdo, sed semper in primo, in quo presbyter semper tenetur celebrare. d. c. ꝛ temporis. xvj. q. j. ꝛ sequitur Jo. and. in addi. dicēs, ꝙ hoc fuit dictum Vincē. in. c. ij. §. de relig. domi. vbi et vide per doc. aliquid per Jo. and.
10 in. c. iij. §. de iu. patro. dic, vt in dictis locis. ¶ † Decimoquinto quero, si eccle. sint diuersarum diocesum, quis habebit ɔfirmare prelatum. Solu. Jo. and. in duobus monasterijs vnitis in. d. c. de iure patr. dicit, ꝙ Abb. ɔfirmabit episcopus maioris monasterij, qd mihi placet, qñ eque pncipaliter fieret vnio, vel qñ per vnionem, minus subijceretur maiori, prout cōiter fit. Sed si maius monasteriū, vel maior ecclesia subijceretur minori, tunc arbitrarer ꝙ episcopus minoris deberet ɔfirmare. ꝛ aduerte qꝛ dicit Archi. in. d. c. ꝛ temporis. ꝙ si eccle. vnita est multum remo-
11 ta, dꝫ destrui. ¶ † Decimosexto quero, vtrum per vnionē eccle. diuersarum diocesum preiudicet iuribus diocesani. Sol. Jo. andre. ꝛ doc. in. c. ij. §. de relig. domi. tenent ꝙ non, idem tenet glo. ij. in cle. fi. de reb. eccle. nō alie. dicens, ꝙ intelligitur facta saluo iure diocesani. alleg. no. in. d. c. ij. ꝛ. §. de priui. c. pasto. qd dicit zaba. in. d. cle. fi. pcedere in vnione facta per Papã, vel legatũ. Quod tñ ego limito, nisi in illo iure, qd saluum esse non potest vnione valida existente. vnde Abbatem ɔfirmat episcopus monasterij, vel eccle. cui facta est vnio, vt dixi in preceden. q. ꝛ tenet Jo. and. post Egi. in. d. c. ij. ꝛ idem dicerem in simili. facit qd dicam in seq. q. secus aūt est, ƀm zabar. si vnio esset facta per epm, quare ipse potest sibijpsi preiudicare. Qd autem videatur tunc
12 transferre per vnionem, traditur in. d. c. pastoralis. ¶ † Decimoseptimo quero, qd si ecclesia patronata vniatur alteri, vtrū preiudicet iuri patroni. Solu. doc. tenēt, ꝙ non quo ad alimenta, ꝛ ius processionis, secus quo ad ius presentandi, ꝛ ɔsulendi in eccle. collegiata, ƀm Pau. in ver. defensoꝛ. in cle. fi. de reb. ec. non alie. ꝛ vide que dixi. §. in. vj. arti. prin. in. viij. ɔclusio. ¶ Decimooctauo quero, vtrum si eccle. vnita sit debilis, an rectoꝛ eccle. cui facta est vnio, debeat tenere vicariū in eccle. vnita. vide Jo. an. in reg. qui ɔtra. de reg. iu. lib. vj. in mercu. in fi. q. quē ad presens
13 videre nō potui. ¶ † Decimonono quero, vtrū habens gratiaꝫ anteferri, preferaẗ habēti ius ex vnione. Solu. pro deci. vide late Oldr. ɔsi. ccxxij. ¶ Vigesimo quero, qd si superioꝛ vult agere pro eccle. sibi vnita, an debeat impetrare sibi iudicem delegatum, habito respectu ad eccle. vnitam, an ad ecclesiã cui facta est vnio. Solu. vide distin. quam feci in clem. j. de rescrip. vbi Jo. de
14 imo. ꝛ doc. ¶ † Vigesimoprimo quero, vtrum vnio preiudicet beneficiato. Solu. dic ꝙ non, clem. j. de reb. eccle. non alie. ꝛ vide que dixi in. vj. arti. princi. in. ix. conclusione.

SVMMARIVM.

1 Unionem soluere potest causa cessante, qui potuit ipsam facere.
2 Capitulum sede vacante potest vnionem soluere.
Unio fieri potest nullo defensore dato.
3 Jura communia dissoluuntur cessante causa.
Unio facta, an reddatur ipso iure nulla ob cause falsitatem.
4 Unio facta de ecclesia debili soluitur, si ad fortunam pinguiorem peruenerit.
Episcopus, si ecclesie dignitatem vniat capitulo ipsius ecclesie,
5 an possit eius successoꝛ idipsum reuocare.
Effectus vnionis iaꝫ facte nō tollitur per subsequentē vnionē.
6 Beneficiū per papam reseruatum vniri potest per oꝛdinarium.
Unio si facta sit ob necessariam causaꝫ, ipsa, aut ipsius effectus differri potest.

¶ Articulus nonus.



Circa nonum Articulum principalem, vcꝫ quis, quali-
1 ter, ꝛ qñ possit soluere vnionem. in primis arbitroꝛ ponēdaꝫ hanc regulā ɔ̄nalem, † ꝙ ille, ꝛ ex illa causa cessante, potest soluere vnionem, qui potuit ipsam facere. per regulam. Js potest. ff. de acquir. her. ꝛ. l. iij. ff. de re iudi. coniuncto. c. j. §. de reg. iur. ꝛ in. l. nil tam naturale. ff. eo. tit. ¶ Sed quero iuxta predicta, vtrum capitulum sede vac. possit soluere vnionem, ꝛ dicendum est ꝙ sic, qꝛ potest vnire, vt dixi. §. in tertio articulo principa. in. vj. quest. per regulam precedentem. Sed vtruꝫ hoc casu necessarium sit vocare defensorem, videtur dicendum, ꝙ non. qꝛ in vnione non est hoc necessarium, vt dixi. §. in sexto articulo principa. in decima conclusione. Contrarium tenet glo. in versicu. vacabat. in dicta clemen. fina. ꝛ ratio diuersitatis est, qꝛ ex quo vnio videtur esse facta, ideo ecclesia, cui facta est, nō potest priuari dicto iure, non dato defensore, ꝛ reuocato, per nota.
2 in. c. primo. de rebus eccle. nō alie. libro. vj. † Sed vnio ideo potest fieri non dato defensore, quare vt dixi in quinto articu. principa. debet fieri ex causa. ꝛ ideo subsisten. legitima causa, non curatur, an vacet ecclesia, vel non, qꝛ non preiudicatur ecclesie, sed subuenitur necessitati, vel vtilitati. Zenzelino non placet hec ratio diuersitatis. Nam secundum eum dici posset, ꝙ licet vnio sit facta ex causa, tamen illa deficiente, vel contraria existente, potest dissolui, quia cessante causa, dissoluuntur etiam iura communia. c. non debet. supra de consangui. ꝛ affini. Sed potest responderi, secundum Zabarel. quia dato ꝙ subsit causa dissolutionis faciende, quia vt dictum est, agitur de diminuendo iure eccles. ꝛ ideo requiritur defensoꝛ, sicut etiã requiritur, si subest causa, vel necessitas alienationis fiende, vt in dicto. c. j. secus si agitur de vniendo, qꝛ tunc non agitur de preiudicio alicuius eccle. ꝛ quatenus videretur agi, succedit episcopus, qui hoc casu ōfendit ec-
3 clesiam suaꝫ. ¶ † Scdo quero, vtrum falsitas cause reddat vnionem factam nullam ipso iure, adeo ꝙ impetrans tale beneficiuꝫ vnitum, non posset illud acceptare, donec vnio fuerit annullata. Solu. domini de Rota, in antiq. deci. clxxxiij. tenent ꝙ nō, ꝛ qꝛ multum prolixe tractant, vide ibi per eos. Pro quo allegãt gl. xij. quest. ij. c. sine exceptione. lꝫ Archid. teneat contrarium, ꝛ vide qd dicunt ipsi, ꝙ vnio valet, licet possit anullari probata falsitate cause. allegant tamen multa in ɔtrarium, ꝛ eãdem questio.
4 latius prosequuntur decisio. xliiij. in antiq. vbi vide. † ¶ Tertio quero, an vnio facta de eccle. debili dissoluatur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam. Archidya. tenet ꝙ sic. x. quest. iij. c. vnio. Zenzeli. in dicta clemen. fina. tenet contrarium in ver. defensoꝛ. ꝛ hoc verius videtur, arg. eoꝛuꝫ, que dicta sunt supra in. c. j. in princi. ne sede vacan. tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis. ¶ Quarto quero, si episcopus vnit dignitatem ecclesie capitulo ipsius ecclesie, vtrum successoꝛ possit reuocare. solu. vide late per Oldra. ɔsi. clxxij. ¶ Quinto quero, vtrum tollatur effectus vnionis iam facte per subsequentem prouisionem.
5 Solu. † dic ꝙ non, siue fiat a Papa, siue ab oꝛdinario, nisi fiat mentio de vnione, qꝛ alias sequeretur, ꝙ vnio posset esse inutilis per sequētem prouisionē, ꝛ esset preiudicatiua, cum fieret ex causa. ita tenent domini de Rota, decisio. clx. in antiquis. Aduerte tñ, ꝙ domini predicti post vnam conclusionem, quam faciunt, dicunt ꝙ beneficium reseruatum per Papam, possit vniri per oꝛdinarium, de quo dixi. §. in. iiij. articulo principa. in. vj. questio. tādem referunt ꝙ reseruatio subsequens vnionē ab oꝛdinario factam, impedit effectum vnionis, posito ꝙ in collatione facta de tali beneficio reseruato per Papam nō fuerit facta mentio de vnione, que precedit, quando vnio perpetuo non tollitur, sed eius effectus differtur, vt in. c. sciant cuncti, de elect. li-
6 bro. vj. ꝛ in. l. cum ita. ff. de conditio. ꝛ demonstrati. † ꝛ posito ꝙ vnio sit facta propter causam necessariam, tamen ipsa causa, seu ipsius effectus potest differri, superueniente facto principis, vt in. l. fin. ff. ad municipa. Jtem differtur talis necessitas ad tempus, ꝛ non perpetuo, qd non videtur absurduꝫ, lꝫ contra hoc videaẗ facere, qd no. Archi. in. c. nemo. de elect. lib. vj. vbi vult ꝙ de cōmenda debeat fieri mentio in impetratione. Sed hoc non ob. qꝛ reseruatio fit ꝓprio motu Pape, ꝛ sic non debeat allegari subreptio. c. si motu proprio. de preben. lib. vj. dicunt tñ se credere do. de Rota, ꝙ si oꝛdinarius ad vitandum periculum animarum, talem vnionem fecerit, ꝛ Papa hoc ignorans reseruauerit, propter hoc reseruatio non soꝛtitur effectum, vt vitetur scandalum, ꝛ ꝙ Papa est de talibus certificandus.

SVMMARIVM

1 Effectus quis dissolutionis facte vnionis.
2 Res de facili ad suam redit naturam, repetunt enim propꝛios queqꝫ recursus.

¶ Articulus decimus.



1 Circa decimum Et vltimum articulum, vcʒ quis sit effectus dissolutionis vnionis facte, dicerem ꝙ per talem dissolutionem, vnita redeunt ad primeuam naturam suam. facit. ff. de oper. liber. l. plane. ⁊ ff. de adul. l. in lege adul. §. fin. ff. de rei vendic. l. in rem. §. fin. institu. de rerum
2 diuis. §. si quis ex aliena. †Res enim de facili redit ad naturam suam. xxxv. distinc. c. ab exordio. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Et ex his, Deo duce, habes expeditam hanc perutilem materiam vnionis.

FINIS

Clarissimi, ac prestantissimi vtriusqꝫ iuris doctoris, domini Petri de Perusio, Tractatus de vnione ecclesiarum. Incipit.



¶ Prefatio.



Hunc tractatũ de vnione ecclesiarum prosequar per infrascripta principalia capitula. ¶ Primum capitulum est, quot modis fiat vnio ecclesiarum. ¶ Secundum capitulum est, que iura transeant in ecclesiam, cui fit vnio, ⁊ que iura remaneãt apud ecclesiam, que vnitur. ¶ Tertium capitulum principale, ex quibus causis fiat vnio ecclesiarum, ¶ Quartum capitulum principale. Cuius auctoritate fiat vnio ecclesiarum. ¶ Quintum capitulum principale est, quorum consensus requiratur in vnione ecclesiarum. ¶ Sextum quarum, ⁊ qualium ecclesiarum fiat vnio. ¶ Septimum capitulum principale est, cum ecclesie vnite regantur sub regimine vnius prelati, que etas, et qualitas requiratur in tali prelato. ¶ Octauum capitulum principale est, in qua ecclesiarum sic vnitarum faciat residentiam prelatus, qui preest regimini illarum ecclesiarum. Nonum capitulum est, cum ambe ecclesie vnite sub regimine sunt vnius prelati, ⁊ prelatus moriatur, an ambe dicte ecclesie vnite dicantur vacare per mortem prelati, an vero altera ipsarum, ⁊ que, ⁊ an scilicet ecclesia vnita, ⁊ an vero ecclesia, cui facta est vnio. ¶ Decimum capitulum, que iura reseruentur diocesano in ecclesia vnita. ¶ Undecimum capitulum est, quando parochialis ecclesia vnitur preben. ⁊ in hoc declaro. c. extirpande. de prebend. §. qui vero. ⁊ c. exposuisti. eo. titu.

SVMMARIVM

1 Unio ecclesiarum, quot modis fiat.
2 Ecclesia, cui fit vnio, censetur mater, ⁊ ecclesia vnita censetur filia.
Bonum, ⁊ malum, cum associantur, malum recipit naturam boni.
3 Imperator quandoqꝫ vnit duas dignitates in vnam.
4 Ecclesie due possunt vniri, vt vtraqꝫ remaneat episcopalis.
5 Translatio si fit de vno ordine ad alium illud quod transfertur in alium assumit naturam illius ad quem transfertur.
6 Diocesano nõ preiudicatur in aliquo, si vna ecclesia subijciatur alteri, quo ad vitam, sine suo consensu.
7 Unio ecclesiarum, an possit fieri ad tempus.
8 Unio si fiat viuente rectore ecclesie, vt statim mortuo rectore reuocetur, an illa vnio presumetur facta ɔtemplatione prelati.
9 Episcopus, si ecclesiam sue diocesis de consensu sui capituli donet loco religioso pleno iure, nunquid per hoc censeatur talem ecclesiam vnire tali loco religioso.
10 Dubia quedam circa vniones ecclesiarum.
11 Ecclesia vnita si esset debilis grauata nõ possent vendi bona ecclesie, cui facta est vnio pro solutione.

¶ Capitulum primum.



1 Uenio ad primum Capitulũ principale. s. quot modis fit vnio. dicebat glo. xvj. q. j. c. ⁊ tẽporis qualitas. ꝙ varijs modis possent vniri ecclesie. Primo, qḋ vna ecclesia subijciatur alteri, ⁊ ſm hoc dignitas erit in vna tm̃ ecclesiarum. s. apud illã, cui fit vnio. Secũdo modo fit vnio, vt ex duabus dignitatibus vna fit dignitas, ⁊ ſꝫ hoc nõ dicent̃ esse due dignitates, sꝫ vna tm̃, ⁊ ſm hoc illi, q̄ sunt canonici in vna ecclesia erũt canonici in altera, ⁊ tã isti canonici vnius, quã isti canonici ecclesie, cui facta est vnio intererunt electioni prelati, cuius regimini est vtraqꝫ ecclesia cõmissa, ⁊ alijs cõibus negocijs, ⁊ in tali vnione distinguendũ est, aut ecclesie in simul vniunt̃, aut vna earuꝫ vnit̃, relique due penitus sunt diuerse. siqdeꝫ vna vnit̃ alteri, tunc ſm hoc illius nãm, ⁊ ɔsuetudineꝫ, ⁊ priuilegiũ assumit ecclesia, cui vnit̃, ⁊ peribũt iura illius eccl'ie que vnit̃.. de sta. mo. recolẽtes. circa fi. ⁊ dicebat Archi. in. d. c.
2 ⁊ tpis. †ꝙ ecclesia, cui fit vnio censet̃ tanq̃ mater, ⁊ ecclesia vnita cẽsetur tanq̃ filia, ꝙ metus causa. cũ dilectus. de donat. inter dilectos. ⁊ tũc filia sortitur priuilegia matris. de sta. mo. recolentes. Si aũt neuter alteri vnitur, tũc si ille ecclesie simul vniuntur, tunc ɔsuetudines, ⁊ pͥuilegia, que humaniora, ⁊ meliora sunt retinẽt illud vnituꝫ. nam cũ bonuꝫ, ⁊ malũ associant̃, malũ recipit nãm boni. xxij. q. j. nõ est culpandus, facit. C. de rei vxo. ac. l. j. in prin. C. cõ. de leg. l. ij. circa fi. ⁊ vide qḋ no. in. l. j. de le. j. ⁊ ibi oia vid. Tertio modo pñt vniri due ecclesie, ita ꝙ vtraqꝫ remaneat in suo veteri statu, ⁊ ſm hoc due erũt dignitates, sicut erãt ante vnionem. erit tñ vtraqꝫ ecclesia, seu dignitas sub regimine vnius prelatis, si vna ex istis ecclesijs suberat metropolitano, ⁊ ſꝫ hoc si ecclesia vnita subeẽt diocesano perusino, ⁊ ecclesia cui fit vnio suberat diocesano Florẽtino, diocesa. Perusinus in ecclesia vnita, que erat sue dioce. retinet iura ep̃alia in ecclesia sue diocesis, cui facta est vnio, per talẽ ergo vnionẽ neutri diocesanoꝝ preiudicat̃ in iure suo, ⁊ rector istaꝝ duaruꝫ erit sub duobus diocesanis, vcꝫ diocesano Perusino respcũ ecclesie vnite, que est in diocesi Perusina, ⁊ sub dioce. Florẽtino respectu ecclesie, cui facta est vnio, que est in dioce. Florẽtina. ḋ reli. do. q2 monasteriũ. quidaꝫ aũt dñt hoc casu illaꝝ duaruꝫ ecclesiaꝝ rector erit tm̃modo sub vno diocesano. s. sub diocesano ecclesie, cui facta est, illius. n.
3 nãm assumpsit. Sic ⁊ qñqꝫ †imperator vnit duas dignitates in vnã, vt in auc. vt iud. sine quo. suffra. §. illud. col. ij. j. glo. aũt in. c. nouit. ne se. va. in gl. que incip. notãter, dicit ꝙ tribus modis fit ecclesiaruꝫ vnio. vno mõ fit ꝙ vna ecclesia subijciat̃ alteri, ⁊ ſm hoc erit sedes apud illã, cui subijcit̃. Scḋo mõ fit vnio, vt ex duabus dignitatibus fiat vna, ⁊ ſm hoc illi qui sunt canonici in vna eccl'ia sunt in alia reqsiti, ꝙ illi intererũt electõi, ⁊ alijs negocijs, sed in hac vnione distinguit̃, q2 aut vna ecclesia vnit̃ alteri, aut ille due vniunt̃ simul, que due diuersa sunt. s. vna vnit̃ alteri, ſꝫ hoc sus nãm, ⁊ ɔsuetudineꝫ, ⁊ priuilegia assumit, cui vnit̃. de sta. mo. recolẽtes. §. vlti. si aũt due insimul vniũtur, ɔsuetudines, ⁊ priuilegia, que meliora sunt, ⁊ humaniora in altera eaꝝ retinet illud, qḋ vnit̃, argu. de pe. dist. j. medicamentũ. xxxij. q. j. nõ est. si quid imperator bonefidei, ⁊ stricti iuris illud retinet ea que meliora fiũt in altera additio. C. de rei vxo. ac. bona. in prin. Similiter, ⁊ cũ legata, ⁊ fideicõmissa vnit, id qḋ humanius est in vna generaliter retinuit illud vnitũ. C. cõmu. de lega. l. ij. circa fi. Tertio pñt
4 †vniri, vt vtraqꝫ remaneat ep̃alis, ⁊ ſm hoc sint ep̃atus, sꝫ vnus sit ep̃s vtriusqꝫ. xvj. q. j. ⁊ tpis, ⁊ ſm boc, si ille ecclesie suberãt diuersis metropolitanis ꝑpter illam vnionẽ. neuter metropolitanus perdit ius suũ. de re. do. q2 monasteriũ. dicebat Inn. in illo. c. ne se. va. ꝙ vnio fit vno mõ, ꝙ vna ecclesia ep̃alis alteri ecclesie ep̃ali subiacet, ⁊ ſm hoc remanet ep̃alis illa, cui subijcit̃. Secundo modo fit vnio, vt ex duabus fiat vna, ⁊ ſm hoc canonici vnius fiũt canonici alterius, ⁊ canonici vtriusqꝫ itererũt electionibus, ⁊ alijs negocijs, si tunc ɔsuetudines, ⁊ priuilegia que meliora sunt, ⁊ humaniora in altera retinet vnitũ, arg. de pe. dist. j. medicamentũ. xxxij. q. ij. nõ est culpãdus. C. ḋ rei vx. ac. in pͥn. C. cõ. de leg. l. ij. in fi. Tertio pñt vniri, ꝙ sint ambe ep̃ales, siue in priori statu, ⁊ ſm hoc vnus erit ep̃s ambaꝝ, ⁊ sunt duo ep̃ales, ⁊ ille ecclesie suberũt diuersis metropolita. ⁊ ideꝫ ep̃s erit ambaꝝ subiectus. de re. do. q2 monasterium. de ɔfirma. vti. vel inutili. c. vlti. Si

5 vlti. Si vo de vno † ordine fit translatio ad alium illud q transfertur ad alium, assumit naturam illius ad quez transfertur, & vide q no. glo. de statu mona. recolentes. & ibi Jo. de ligna. q ingrediens monasterium denuo habet participationez omniuz sicut ille qui fuit, & est professus, secus in transferente, quia secum transfert que portauit. & vide q not. de cle. coniu. c. quod a te. dicebat Host. in. d. c. ne sede vacante.

Hec vnio quinqz modis pôt fieri, lz anti qui notauerût q tribus modis. Primo igit fit vnio quo ad spiritualium giunctionem, vt qñ mortuo fratre vnius monasterij faciût pro ipso in alio monasterio septimû, vigesimû, trigesimû. de qbus loquitur de testa. c. si. & ecôtra pôt vnum monasteriû in diuersis monasterijs locum hre ,ppter priuilegium vnionis charitatis, de quo legit de sum. tri. dânamus. §. cum ergo. sed hec auaritie & ambiguitatis diuisio nô admittitur. de re. do. c. fina. dicit Jo. de lig. q ista nô est vnio, qz nô vnitur vna ecclesia alteri, sed spiritualium cômissio. & subdit q qñ monasterium erigitur in ecclesiam cathedralem nô est ista vnio, sed status ecclesie cômutatio. Scdo fit vnio vt vna ecclesia subijciat alteri quo ad vitaz q me. cau. cû dilectus. de stat. mon. recolentes. circa fi. in quo casu
6 nô preiudicat † diocesano in aliquo si sine gsensu suo fiat. de don. inter. dilectos. & si a sede aplica impetratio sup hoc impetrat de iure diocesani ibidem expssa mentio habeat. de deci. dudum. de gfir. vti. venerabilê. Tertio vt neutra subijciat alteri, nec est vnû collegiû vtriusqz est tñ idem prelatus. xvi. q. j. & tpis. de reli. do. qz monasteriû, & hoc si vna est cathedralis alia gentualis, in cathedrali fiat electio per collegium vtriusqz cleri vnione videntur vnite ecclesie Uniceñ. & Romaneñ. Lugduneñ. & scti Justi. Cisterciëñ. & Foleameñ. ac ,ppter hmôi vnionem gentualis efficietur cathedralis nisi hoc habebat a sede aplica. Qñqz fit vnio, & idez fit collegiû vtriusqz, ita q monachus, siue canonicus vnius eoipso q canonice receptus est intelligit alterius, & tunc dicit vera vnio. naz duo collegia que erant antea tali vnione facta, facta censentur vnum ar. de gger. giu. ad apostolicam. tali vnione facta deberet obseruari hincinde in rônabilibus extirpatis. ar. xij. q. ij. nouit. xxxij. q. j. nô est culpanduz. C. de rei vxo. act. l. j. cômu. de leg. l. ij. in fi. Quinto vt gentualis in religiosa ecclesia de nouo antiquo cathedrali vniat, ita q epe sit i vna & idez episcopus sit abbas in alia, & de tali loquitur. c. nouit. Ad sciendum autem
7 veritatem vnionis, vt in, c. porro. de priuile. Juxta predicta queritur † an vnio possit fieri ad tempus. Rñdeo quandoqz vnio est perpetua, qz fit contemplatione ecclesie, ideo autez est perpetua, qz dignitas non moritur. de offic. delega. quoniam abbas. & hoc optime probatur de insti. cum venissent. Quandoqz vnio est temporalis quod contingit dupliciter.

Primo quando papa facit vnionê ad suû hñplacituz, tunc enim illa vnio durat donec vixerit papa. de rescri. si gratiose. li. vj. Scdo est tpalis vnio, qñ fit vnio gtêplatione prelati, tûc enim illo prelato mortuo expirat vnio. ne sede vac. c. nouit. in v. ne plus cauisset. ¶ Scdo qrit an in dubio presumat vnio facta gtêplatione ecclesie, an vo gtemplatione prelati. Rñdeo, vr facta gtemplatione ecclesie cuius est, vt in. c. nouit. in ver. maxime. ne plus cauissent pme ecclesie &c. ¶ Tertio qrit si viuête rectore
8 ecclesie fiat vnio statim † mortuo rectore reuocet illa vnio an presumet facta gtemplatione prelati, credo q sic, & iste casus in. c. nouit. & in ver. maxime. dum dicit, ne plus cauisse persone qz ecclesie videret si q eo viuête gcessimus post obituz eius mutaremus. ¶ Quarto querit si viuente rectore ecclesie fiat vnio cû intelligat fieri sine piudicio rectoris. de do. c. gsultationibus. si antegz ille rector moriat, moriat papa, an per mortez pape expirat illa vnio. vr q sic, qz illa vnio nô est sortita effectû ex quo viuit ille rector. Jn griuz est veritas q nô expirat, ratio, qz illa vnio iaz facta est sicut dicimus, qñ gratia facta est, non expirat per mortê pape, secus si vnio non esset facta sed fienda, qz papa tunc morit re integra expirat executoris potestas, vt hec omnia probantur de offi. dele. c. super gratia. lib. vj. de preben. sicut. eo. lib.

9 **Incidenter queritur** si epe ecclesiâ sue diocesis de gsensu sui capituli donet loco religioso pleno iure, nûgd † per hoc censeat talem ecclesiâ vnire tali loco religioso. vr q non, qz p vnionê bona vnite ecclesie trâsferunt in ecclesiâ cui fit vnio, lz p subiectionem nô transferunt bona ecclesie que subest. de dona. pastoralis. dicas q gsiderari dz modus subijciêdi. Aut. n. simpliciter subijcit, & non vr facta vnio, secus si subijciat in moduz vnionis. ita lz Jo. ô lig. in. d. c. sicut vnire. Et pp hoc dicebat Jnn. in. d. c. pastoralis. in gl. magna. & gl. fi. q aliud est ecclesiâ vniri, & aliud ecclesiaz gcedi alteri ecclesie ,pprios vsus, vel pleno iure. Notandum aût est per predicta que de vnione ecclesie. s. dixi, q qñ vna ecclesia vnitur alteri vnus & idem est prelatus vtriusqz ecclesie. ne sede vacâ. c. j. & in. d. c. & tpis. Itez q illi prelato competit administratio vtriusqz ecclesie, tam in spiritualibus, qz in tpalibus, vt est casus in. d. c. & tpis. ex his not. Jnn. in. c. pastoralis. de priui. colligo gclusionem quorûdam dubioz & casuuz. Et primo q
10 † ille prelatus debet vtranqz ecclesiam seruare in bono statu. Itê q fit separatio bonoz ecclesie vnite a bonis ecclesie cui fit vnio, & sic fieret inuentariû de bonis vtriusqz ecclesie vt dicit. Item si ecclesia vniatur alteri cum oibus suis bonis, vt patet in. c. qz. de re. domi. q dñium bonoz ecclesie vnite remanet apud ecclesiam vnitam, & nô transit in dñium ecclesie cui fit vnio. Itez vt vna ecclesia vniatur alteri cum oibus actionibus suis, q actiones que côpetebant ecclesie vnite remanent apud ecclesiam vnitam, & nô trâseunt in dñium ecclesie cui fit vnio. Et pp istas causas fit semper actio bonoz vtriusqz ecclesie. fateor tñ q ille prelatus has actiones in iudicio deducet noie ecclesie vnite apud quam remanent ille actiones de dila. c. litere. & non noie ecclesie cui fit vnio, & si esset debitis grauata, ,ppter illa debita persoluenda non possent vendi bona ecclesie vnite, tûc enim vtranqz ecclesiam in bono statu nô gseruaret si possent vendi eius bona ,ppter debitum
11 ad qô tenetur ecclesia cui facta est vnio. † Item si ecclesia vnita esset debitis grauata nô possent vendi bona ecclesie cui facta est vnio, nô. n. ecclesia cui fit vnio gseruaretur in bono statu. Itez si prelatus acciperet pecuniam mutuo pro necessitate vel vtilitate ecclesie cui fit vnio, nô posset prelatus illam pecuniâ gertere in necessitatem vel vtilitatez ecclesie vnite, nec ex illa pecunia satisfacere creditoribus ecclesie vnite, & sic esset ecôtra, vcz, q si prelatus acciperet mutuo pecuniam persoluendo creditoribus ecclesie cui facta est vnio.

Ex his patet q ecclesia que vnit non perdit sua bona, nec transeunt in ecclesiaz cui fit vnio, vnionis tamen modus côsiderandus est, & istud vltimuz ponit Jo. de lig. in. d. c. sicut.

SVMMARIVM

1 Jura que trâseant in ecclesiam cui fit vnio, & que remaneât apud ecclesiam que vnitur.
2 Monasterium q vnitur licet pereat, tamen eius capelle remanent sub potestate monasterij cui fit vnio.
3 Ecclesie due vbi simul vniuntur, tunc gsuetudines & priuilegia que meliora sunt in altera earum retinet illud vnitum.
4 Ecclesia vna si vnit alteri an possessio ecclesie vnite trâseat in alteram ecclesiâ cui fit vnio absqz apprehensione possessionis.
5 Ecclesia cui fit vnio si nunqz possessionem habuit ecclesie vnite auctoritate propria possessionem accipere non poterit.
6 Papa per vnionê quâ facit nô intendit derogare iuri epali.
7 Consensus diocesani an requiratur in vnione ecclesiarum, licet papa in sua indulgentia non exprimat illud.
8 Bona presentia & non futura veniunt in donatione bonoz simpliciter facta.
9 Religiosi monasterij vniti debent profiteri regulam vigentem in monasterio cui fit vnio.
10 Priuilegium perditur quandoqz sine culpa.
11 Ecclesia que vnit an transeat in ,pprietatem ecclesie cui fit vnio.
12 Ecclesie due cum vniunt, & vnus sit prelatus vtriusqz ecclesie an bona ecclesie vnite transeant in dominiuz ecclesie cui fit vnio.
13 Ecclesia quando vnitur, non fit alienatio bonorum ecclesie vnite, nec preiudicatur rectori ecclesie vnite.
14 Alienatio rerum ecclesiarum an fiat per vnionem.
Priuilegia côpetêtia eccl'ie vnite an trâseât i eccl'iaz cui fit vnio.
15 Possessio ecclesie vnite an transeat in ecclesiam cui fit vnio.
16 Ecclesia cui fit vnio an videatur succedere ecclesie vnite.
17 Ecclesia lz pleno iure pertineat ad religiosos, non tamê religiosi possunt fructus illius ecclesie gertere in proprios vsus.
18 Dignitas ex duabus dignitatibus facta, an due dignitates censeantur.
19 Ecclesia vnita que non erat exempta efficitur exempta, ex quo exempta est ecclesia cui fit vnio.
20 Ordo q nô pôt esse mêdicâs, si vnit mêdicâti, efficit mêdicans.
21 Ecclesia regularis si vniatur ecclesie regulari alterius ordinis, an remanebit ecclesia vnita in suo veteri statu.

22 Papa si ɔcedit alteri ecclesie, vt ecclesia cedat in ꝓprios vsus ecclesie cui facta est concessio, quid videtur facere.
23 Ecclesia cui data est ecclesia, an possit vendere vel pignorare possessiones illius ecclesie pro suis debitis soluendis.
24 Ecclesia vnita si habet in diuersis diocesibus possessiones, an solus consensus episcopi diocesani sit requirendus.
25 Interpretatio larga in donatione est habenda.

¶ Capitulum. ij.



Nunc venio ad secũduz
1 capl'm principale. s.†que iura trãseant in ecclesiã cui fit vnio, ꝛ q̃ iura remaneãt apud ecclesiã que vnit̃. R̃ndeo ɔsiderãdi sunt modi vnionis. Primus modus vnionis est q̃n ecclesia sic vnit̃ ꝙ alteri ecclesie subijcit̃, tũc dignitas ẽ apud ecclesiã cui vnit̃, ꝛ ptinẽt iura ꝛ ꝑuilegia ecclesie q̃ vnit̃ ꝛ subijcit̃. Et ẽt que subijcit̃ sortit̃ naturã, ꝛ priuilegia, ꝛ ɔsuetudines ecclesie cui vnit̃, ꝛ subijcit̃ cũ oĩbus suis iuribus, ꝛ actionibus, vt in. c. q2 monasteriũ. ð reli. do. ꝛ ibi dñt doc. ꝙ q̃n monasteriũ h3 capellas si vnit̃ alteri monasterio, ꝙ ille capelle trãseũt in monasteriũ cui fit vnio, sicut si p̃rfamilias abrogat̃, ꝛ oẽs qui subsunt, ꝛ transeũt in ptãtem arrogatoris. insti. de adop. §. illud. ꝛ intelligunt̃ oẽs capite minui. ff. de cap. dimi. l. ij.
2 §. liberos. ꝛ l3 pereat†monasteriũ ꝙ vnit̃, t̃n eius capelle remanẽt sub ptãte monasterij cui fit vnio. ꝛ dicit ar. de p̃bẽ. cũ singula. lib. vj. ꝙ si euincat̃ ecclesia cui fit vnio hoc modo censet̃ euinci ecclesia vnita, ꝛ põt interdici ecclesia vnita si nõ soluit cẽsus ꝑ ecclesia cui fit vnio. ꝛ ꝙ dioce. d3 ꝓcu. pro vtraq3 ecclesia. Itẽ dicit Jo. in. c. exposuisti. de p̃ben. ꝙ si ecclesia curata vnit̃ alicui collegio, cura ptinet ad collegiũ nõ ad singulares de collegio, vbi aũt ecclesia curata vnit̃ p̃bende, tũc canonicus est prelatus illius ecclesie curate, ꝛ h3 curaz, ꝛ ẽt vicarius cui cõmittitur cura dicte ecclesie curate, vt in. c. ij. de offi. vica. de preben. super eo. lib. vj.
¶ Scd̃o fit vnio vt ex duabus dignitatibus fiat vna dignitas, seu vna ecclesia, ꝛ ideꝫ collegiũ, tũc qui sunt canonici in vna erũt canonici in altera, ꝛ taꝫ isti q̃ illi intererũt prelati electioni. Vbi
3 aũt due ecclesie†simul vniunt̃, ꝛ tunc ɔsuetudines ꝛ priuilegia, que meliora sunt in altera eoꝝ retinet illud vnitum, vt dicit glos. in. d. c. ꝛ tpis. ne sede vacã. c. j. vñ dicebat Archi. in. d. c. ꝛ tpis. ꝙ cum ex duabus dignitatibus fit vna, nec altera alteri subijcit̃, res omnes cõmiscentur, ꝛ clerici vnius ecclesie erunt clerici alterius, ꝛ erũt vnum collegiũ, ꝛ clerici vnius ecclesie vocabũtur ad petitionem alioꝛ, ꝛ vterq3 locus retinebit suum honorem, ꝛ si vtraq3 ecclesia fuerit epãlis, vtraq3 remanebit episcopalis. Et si vniuntur ne vna alteri subijciat̃, q̃libet sit in honore suo, si vtraq3 erit episcopalis vtraq3 erit cathedralis, ꝛ canonici vnius ecclesie nõ erunt canonici alterius ecclesie, nec isti vocabunt̃ ad depositionem alioꝝ, nec ecõtra, ne res ɔfundantur, sed erit vnus episcopus qui eliget̃ adinuicem. Tertio modo fit vnio, vt vtraq3 ecclesia remaneat per se locus sub regimine vnius prelati, tunc quelibet ecclesia retinebit sua iura ꝛ priuilegia, vt. d. c. ꝛ temporis. ꝛ erunt tunc due dignitates sic sub regimine vnius prelati.

4 Demum queritur si vna ecclesia†vnit̃ alteri ecclesie, an posũio ecclesie vnite trãseat in alterã ecclesiã cui fit vnio absq3 apprehẽsione posũionis. vt. l. vlt. C. de sacr. san. eccl. posũio nõ transit nisi sit apprehẽsa. casus est ad l'ram in. c. pastoralis. de priui. Sil'r videmus in eo cui ɔcedimus b̃nficiũ in titulũ in quã non trãsit possessio b̃nficij nisi sit apprehẽsa. de p̃bẽ. cũ cui. li. vj. sicut videmus in h̃rde in quẽ nõ transit posũio nisi sit apprehẽsa. ff. de acq. pos. l. cũ herede. Sed querit̃ an ecclesia cui fit vnio possit auctoritate ꝓpria accipere posũionem ecclesie vnite ꝛ bonoꝝ eius. dicebat
5 glo. de priui. pastoralis.†ꝙ si ecclesia cui fit vnio nunq̃ posũionẽ habuit ecclesie vnite auctoritate ꝓpria posũionez accipere nõ poterit. de acq̃r. posses. l. si ex stipulatione. secus si posũionez habuisset, q2 viuente rectore ecclesie vnite rector ecclesie illum censum soluebat ecclesie q̃n facta est vnio qui solui ɔsueuerat diocesano. de resti. spo. cũ venisset. nam ex quo viuente rectore ecclesie, ecclesia cui facta est vnio habuit posũionem ecclesie vnite tũc mortuo rectore dicte ecclesie, ecclesia cui facta est vnio non dicit̃ acq̃rere possessionẽ, sed eam acquisitam dicitur continuare, ꝛ iste est verus intellectus illius decre. dicebat Hosti. ꝛ Jo. in. d. c. cuz venisset ꝙ aut fit vnio auctoritate diocesani, ꝛ tũc ecclesia cui fit vnio poterit accipere possessionem ecclesie vnite auctoritate propria, q2 episcopus vniendo ecclesiam videtur etiam auctoritatẽ ingrediendi possessionẽ ɔcedere ecclesie vnite. Aut vnio fit per papam, ꝛ tũc non potest accipere possessionem inconsulto diocesano. Ratio est, quia†papa per vnionẽ q̃ facit nõ intendit de- 6
rogare iuri episcopali. de auctoritate ꝛ vsu pal. tuarũ. de off. de leg. sup eo. Si autem id fieret sine auctoritate diocesani, preiudicaretur reipub. quantũ ad hospitaliter iura epãlia ꝑsoluenda. de sup. neg. pla. c. ij. ꝛ ẽt q2 posset esse priuilegium surreptitiũ, ꝛ hoc est discutiendũ. de rescrip. sup literis. ne se. vac. c. j. ꝛ istã rationẽ assignat Jo. in. d. c. pastoralis. nec ob. de priui. in his, imo requiritur prelati licentia, q2 ibi loquit̃ in actu nõ ꝑiudiciali, q2 episcopo erat reseruatum ius parrochiale, vel dicat ꝙ in. c. pastoralis fuit expressum ꝙ non preiudicaretur episcopo, de quo
7 per Jo. and. in. d. c. in his. veritas est ꝙ requiritur†ɔsensus diocesani, licet papa in sua indulgentia non exprimat illud. Notandum tamen est, ꝙ diocesani consensus non requiritur ad apprehensionem possessionis quando papa ɔcedit ecclesie cui fit vnio, ꝙ auctoritate propria possit accipere possessionem ecclesie vnite, vt est casus in. d. c. pastoralis. de priuile.

Demum queritur si ecclesia vnitur cũ omnib9 bonis suis ꝛ actionibus que competunt, ꝛ demum illi ecclesie vnite aliqua bona legantur, an illa bona remanebunt apud ecclesiam vnitam, an nõ acquirantur ecclesie cui facta est vnio. Sed imo bona que erunt ecclesie vnite tempore vnionis. ff. de auro ꝛ argen. legato. l. si ita.
8 †nam in donatione bonoꝛ simpliciter facta veniunt presentia ꝛ non futura. Et not. ꝙ ex quo actiones competent ecclesie vnite transeunt in ecclesiam cui fit vnio, tam in agendo, q̃ in defendendo illas actiones in iudicio deducit. dicit Hosti. ꝛ Jo. in predicto. c. q2 monasterium.
¶ Ultra predicta que dixi, que iura transeant in ecclesiã cui fit vnio, ego considero verba glo. dicentis, ꝙ ecclesia vnita sortitur naturam ecclesie cui fit vnio. Et propter hoc dico, ꝙ si ecclesia que vnitur esset secularis, ꝙ tunc efficeretur regularis si ecclesia cui fit vnio esset regularis. Item si ecclesia que vnitur erat regularis certi ordinis, ꝛ monasterium cui fit vnio, erat alterius ordinis, ꝙ tunc ecclesia vnita efficitur illius ordinis cuius erat monasterium cui fit vnio. Item si monasterium ꝙ vnitur erat laxioris regule, q̃ monasterium cui fit vnio. primum modum arctioris regule efficitur laxioris regule cuius erat monasteriuz cui fit vnio. Item si religiosi monasterij, ꝙ vnitur essent dispartite professionis, vel habitus, cum religione secundi monasterij erat alterius professionis, vel habitus, tunc religiosi monasterij, ꝙ vnitur remanent sub illa professione vel habitu cuius sunt religiosi secundi monasterij cui fit vnio. Item si religiosi monasterij vniti essent certe religionis, ꝛ religiosi monasterij cui fit vnio essent alterius religionis, ꝙ tunc religiosi monasterij vniti erunt religiosi illius religionis cuius est monasterium secundum cui fit vnio.
9 Et per hoc concludo†ꝙ religiosi monasterij vniti debent profiteri religionem, regulam ꝛ ordinem vigentem in monasterio cui fit vnio, ꝛ tenentur ad obseruantiam regule illius monasterij, ꝛ non tenentur ad ea que tenebantur in monasterio vnito anteq̃ esset vnitum. Item dico ꝙ si ecclesia fuisset secularis ecclesie, et collegiate non viuente sub habitu ꝛ statu clericoꝛ seculariuz, sed transibunt ad monasterium cui fit vnio, ꝛ deferrent habitum illorum religiosorum, obseruare tenentur regulam vigentem in illo monasterio, ꝛ forte tenebuntur profiteri in illo monasterio, ꝛ hoc operatur illa vnio, ꝛ per hoc ꝙ clericis secularibus propter virtutem vnionis potest induci arctior status non posset eis inuitis indici si non fieret vnio de ecclesijs edificandis. ad audientiam. ij. ꝛ in regula ꝙ omnes. libro. vj.
¶ Ultra predicta ɔsidero aliud dubium verbum glos. dicentis si ecclesia vnita habeat aliqua priuilegia ꝛ ecclesia cui fit vnio, habeat alia priuilegia, que priuilegia seruabuntur, an priuilegia ecclesie vnite, an priuilegia ecclesie cui fit vnio. dicebat glos. seruabuntur priuilegia meliora ꝛ humaniora, ꝛ ex hoc sequitur, ꝙ si priuilegia ecclesie cui fit vnio erunt meliora ꝛ humaniora, illa
10 seruabuntur, ꝛ peribunt priuilegia ecclesie vnite, †ꝛ sic est casus quo perditur priuilegium sine culpa. non tamen sine causa. simile de priuilegi. antiquis. Item si priuilegia ecclesie vnite essent meliora ꝛ humaniora illa seruabuntur, ꝛ peribunt priuilegia ecclesie cui fit vnio, ex quo talia priuilegia nõ sunt meliora, nec humaniora priuilegijs vnite ecclesie. Et per hoc sequitur quod dixi, ꝙ priuilegium perit sine culpa non sine causa. Item sequitur aliud quod priuilegium concessum vni ecclesie vel ordini transit ad aliam ecclesiam vel ordinem, ꝛ hoc operatur virtus vnionis, cum t̃n de iure cõi priuilegia cõcessa vni persone, vel ordini non transeant

transeant ad alium ordinem. de priuile.c.sane. Sed vltra predi-
cta dixi que iura transeant in ecclesiam cui fit vnio, hunc articu-
lum clarius prosequamur per infrascriptas questiones.
11 ¶†Primo querit̃, an in ecclesia que vnitur transeat in ꝓprieta-
tez ecclesie cui fit vnio. Rñdeo si fit vnio, ita ꝙ vtraqꝫ ecclesia re-
maneat de per se. Et tũc talis ecclesia vnita non trãsit in ꝓprie-
tatem ecclesie cui fit vnio. Nam per hmõi vnionez ecclesia vnita
ↄceditur quo ad ꝓprietatem ecclesie cui fit vnio, non aũt quo ad
titulum, vt dicit Joan. de lig. de exces. prela. c. sicut vnire. in que-
stione que incipit, sed an presbyter. ¶Scdo querit̃ an dñiuz bo-
noꝝ ecclesie vnite sit diuisum a bonis ecclesie cui fit vnio, vt ipsi
dicũt. Si diceretur ꝙ oia bona ecclesie vnite transeũt in dñium
ecclesie cui fit vnio, nõ tenerent̃, tũc dant separationẽ nec fieri dꝫ
inuentariũ de bonis ecclesie cui fit vnio, vt dñt Jo.an. ⁊ Host. in
c. ad monasteriũ. sup ꝟbo additionibus. de reli. do. Sed si dice-
rẽt, ꝙ bona ecclesie vnite trãseũt in dñiuz ecclesie cui fit vnio, tũc
de oibus bonis fieret inuentariũ de bonis ecclesie vnite, ⁊ de bo-
12 nis ecclesie cui fit vnio. ¶Preterea cũ due ecclesie vniunt̃ †cuz
vnus ꝑlatus sit vtriusqꝫ ecclesie ⁊ administrator bonoꝝ vtriusqꝫ
ecclesie, ergo bona ecclesie vnite nõ transeũt in dñiuz ecclesie cui
fit vnio. Nam si diceret̃ ꝙ transeũt in dñium illius ecclesie, tunc
ille diceret̃ administrator tm̃ bonoꝝ ecclesie, cui facta est vnio.
¶Preterea video, ꝙ si ecclesia ↄcedat̃ alteri ecclesie in ꝓprios
vsus, nõ possent vẽdi bona ecclesie que ↄcedit̃ ꝓ satisfaciẽdo cre-
ditoribus ecclesie cui fit ↄcessio. ẜm Jnn. in. c. pastoralis. de ꝓui.
preterea reuocata vnione ecclesiaꝝ ꝗlibet ecclesia repetet ꝙ suũ
est, ⁊ dicit Jo.an. in. d. c. sicut vnire. Sed si diceret̃ dñiuz bonoꝝ
ecclesie vnite trãseat in ecclesiã cui fit vnio, talis ecclesia vnita nõ
recipiet illa bona, qꝛ sua nõ sunt. hoc ẽ vr̃ Jo. de lig. tenere in cle.
13 si vna. de reb. eccl. nõ alie. ꝟ. si venerabili. dicit ꝙ †qñ eccl̃ia vnit̃
non fit alienatio bonoꝝ ecclesie vnite, nec preiudicat̃ rectori ec-
clesie vnite. de dona. c. ↄsultationibus. Hosti. etiã tꝫ in. d. c. sicut
vnire. vbi dicit ꝙ vnio non est alienatio. nam sua remanent circa
eandem ecclesiam. in ↄ̃rium ꝙ dñium bonoꝝ ecclesie vnite tran-
seat in dñiuz ecclesie cui fit vnio, vr̃ casus in. c. qꝛ ad monasteriũ.
de relig. do. vbi ecclesia vnit̃ cuz oibus bonis suis. ⁊ actionibus.
Item vr̃ casus de statu mona. c. recolẽtes. vbi si ecclesia cui licet
hr̃e ꝓprium in cõmuni vniat̃ ecclesie, vel ordini cui non lꝫ habe-
re ꝓprium in cõmuni bona illius ecclesie vnite non remanent in
eius dñio, sed debẽt vẽdi aut cõmutari in vsus licitos ordini cui
fit vnio. hoc tꝫ Jo. de lig. in. d. c. sicut vnire. ⁊ in. c. nouit. ne sede
14 vacãte. dicit ꝙ †per vnionẽ fit alienatio rerum ecclesiaꝝ. Rñdeo
ꝙ duo sunt casus. Primus qñ vtraqꝫ ecclesia põt hr̃e ꝓprium
in cõmuni, ⁊ tunc bona ecclesie vnite remanent in eius dñio, ⁊ ita
loquunt̃ iura superius allegata. Scds casus est qñ ecclesia vni-
ta põt habere ꝓprium in cõmuni. sed ordo cui fit vnio nõ potest
hr̃e ꝓprium in cõmuni, ⁊ tunc dñium bonoꝝ ecclesie vnite nõ re-
manet apud illam ecclesiã, sed illoꝝ bonoꝝ fit venditio vel cõmu-
tatio, vt. d. c. recolentes. ⁊ est ratio, qꝛ ecclesia vnita sapit naturã
ecclesie cui facta est vnio. ne sede vacã. c. j. Ergo necessario sequi-
tur ꝙ ecclesia vnita sequatur naturam illius ecclesie cui fit vnio.
¶Tertio queritur, an priuilegia competentia ecclesie vnite tran-
seant in ecclesiam cui fit vnio. Respondeo ꝙ sic, quãdo talia pri-
uilegia sunt meliora, ⁊ humaniora, ꝗ̃ alia priuilegia concessa ec-
clesie cui fit vnio, ẜm glo. ne sede vacante. c. j.
15 ¶Quarto principaliter querit̃, †an possessio ecclesie vnite tran-
seat in ecclesiaꝫ cui fit vnio. Rñdeo sic, casus est in. c. pastoralis.
de priui. Et notandũ ꝙ si vniẽte rectore fiat vnio ⁊ rector iste cẽ-
sum diocesis debitũ solueret ecclesie cui fit vnio, tũc per solõnez
talis census ecclesia cui fit vnio acqrit posſionem ecclesie vnite,
⁊ talis rector ecclesie vnite illam ecclesiam vnitã possidet pro ec-
clesia cui fit vnio, ⁊ iste est casus expressus. de resti. spol. cuꝫ venis-
set. Sed incidenter querit̃, an possessio talis ecclesie vnite tran-
seat sine apprehensione possessionis in ecclesiam cui fit vnio. dice-
bant doc. in decre. cum venisset. ꝙ transit possessio sine appreheu-
sione. In ↄ̃rium est veritas, casus est in. c. pastoralis. de priuileg.
Item incidenter queritur, an ecclesia cui fit vnio possit accipere
propria auctoritate possessionem ecclesie vnite. de hoc dixi. s.
¶Quinto principaliter querit̃ si ecclesia hẽat creditores anteꝗ̃
fieret vnio an onus soluẽdi debita trãseat in ecclesiã cui fit vnio.
16 Rñdeo ꝙ transit, quia †ecclesia cui fit vnio vr̃ succedere ecclesie
vnite, ⁊ ideo ad illa debita soluenda tenet̃. de solu. c. j. sicut vide-
mus in illo qui ingredit̃ monasterium, ꝙ onus soluendi credito-
ribus ingredientis transit in monasterium. de quo plene in Spe-
cu. de statu mona. ver. hoc tñ notãdum est, ꝙ pro soluendo credi-
toribus ecclesie vnite nõ possent vendi bona ecclesie cui fit vnio.
Sed dꝫ fieri vẽditio de bonis ecclesie vnite, ⁊ ecõtra. ẜm Jnn. in
c. pastoralis. d. ꝓui. ⁊ sic pꝫ ꝙ tale onus trãsit i eccl̃iaꝫ cui fit vnio
tꝫ Jo.an. in. c. qꝛ ad monasteriũ. de reli. do. sup ꝟ. actionibus.
¶Sexto principaliter querit̃ de fructibus bonoꝝ ecclesie vnite
an redduntur ecclesie cui fit vnio, ⁊ ↄuerti dẽant in vtilitatem ec-
clesie cui fit vnio, an ꝟo remaneãt apud ecclesiaꝫ vnitam, ⁊ in vti-
litatem ecclesie debeant ↄuerti, an vero remaneãt sub dispositio-
ne, ⁊ arbitrio prelati ecclesiaꝝ vnitarum. Jnno. vero loquẽdo de
ecclesiarum vnione. s. tractãdo si vna ecclesia ↄcedatur alteri, ⁊
cedat in proprios vsus. dicebat in. c. pastoralis. de priui. ꝙ videt̃
ↄcedi administratio bonoꝝ ecclesie que cõcedit̃ prelato ecclesie
cui fit ↄcessio, vt superfluos redditus in ꝓprios vsus ↄuertat. di-
17 cebat glo. in cle. frequens. §. qdam. de exces. prela. †ꝙ lꝫ ecclesia
pleno iure ptineat ad religiosos, non tñ religiosi possunt fructus
illius ecclesie ↄuertere in ꝓprios vsus super verbo, ad mensam.
ver. nec putat. dicebat glo. in. d. c. qdam. ꝙ qñ ecclesia vnit̃ men-
se prelati, intantum ꝙ rectorem vel perpetuum vicarium nõ ha-
bent alium quam illum cui facta est annexio, ꝙ isto casu omnes
fructus sunt prelati cuius mense facta est vnio. ⁊ talis prelatus
potest vendere ⁊ alienare fructus talium bonorum. ⁊ ita dicebat
glo. de supplen. negli. prela. cle. vnica. super verbo de mensa.
¶Septimo ꝑncipaliter queritur si vna ecclesia vnitur alteri, an
ecclesia vnita sumat naturam ecclesie cui fit vnio, an ꝟo ecclesia
cui fit vnio assumat naturam ecclesie vnite, an vero ecclesia vnita
remaneat in primeua sua natura cuius erat ante vnionez. glo. in
d. c. tpis qualitas. ⁊ in. c. nouit. ne sede vacã. ponũt tres casus ꝑn-
18 cipales. Primus casus principalis est, ꝙ †ex duabus dignitati-
bus fiat vna dignitas, ⁊ ẜm hoc nõ dicentur esse due dignitates,
sed vna tantum, sed ẜm hoc illi qui sunt canonici in vna erunt in
alia, ⁊ tam isti, ꝗ̃ illi canonici intererunt electioni prelati, ⁊ alijs
communibus negocijs. Secũdus casus principalis est, quando
neutra alteri vnitur, sed similiter vniuntur, qꝛ tunc consuetudi-
nes ⁊ priuilegia que meliora ⁊ humaniora sũt, sortitur illud vni-
tum. Tertius casus est, qñ vna ecclesia vnitur ⁊ subijcitur alteri,
tũc ecclesia vnita naturam ↄsuetudinis, ⁊ priuilegia assumit ec-
clesie cui vnitur, ⁊ peribunt iura illius ecclesie que vnitur. de sta-
tu mona. recolentes. ⁊ ibi per glo. Ex ista autem doctrina quan-
tum ad predictum casum insurgunt solutiones multoꝝ dubioꝝ.
in primis ꝙ si ecclesia regularis vniatur alteri ecclesie regulari,
ꝙ si ecclesia vnita sit regularis, ⁊ vniat̃ ecclesie regulari alterius
ordinis, ꝙ ecclesia vnita efficitur illlius ordinis cuius est ecclesia
cui fit vnio. Item ꝙ †ecclesia vnita que non erat exempta effici-
19 tur exempta ex quo exempta est ecclesia cui fit vnio. Item ꝙ ca-
nonici ecclesie vnite si sunt laxioris regule tenebuntur obseruare
arctiorem regulam que viget in ecclesia cui fit vnio. Item si ca-
nonici ecclesie vnite sunt arctioris regule tenebuntur seruare la-
xiorem regulam que viget in ecclesia cui fit vnio. Item si mona-
sterium efficitur capella sumet iura competentia capelle, vt dicit
Jo.an. in. c. qꝛ ad monasterium. de reli. do. super ꝟbo seruemus.
idem tenet ibi Jnno. ⁊ Jo. de lig. etiam cum suo preiudicio. Itez
si ecclesia secularis ⁊ collegiata vniatur ecclesie regulari, illa ec-
clesia secularis efficitur regularis. Item clerici seculares ecclesie
efficientur monachi, ⁊ obseruare tenebuntur regulam ꝓfessionez
⁊ habitum vigentem in ecclesia regulari. Itez ꝙ illi clerici, nõ re-
manebũt in statu seculari, vel regulari, tamẽ non poterunt tales
clerici habere ꝓpriũ in particulari, sicut nec professi. de statu mo-
na. c. ij. Itẽ pro hoc videt̃ casus. de statu mona. c. recolẽtes. vbi
20 si ordo qui †potest esse nõ mendicãs vnitur ordini mẽdicanti or-
do vnitus efficitur mendicans, ⁊ ꝓpter hoc dicit ipse casum esse
in. d. c. recolentes. ꝙ si ordo qui potest habere proprium vnitur
ordini mendicanti, ꝙ isto casu nõ mendicans tenetur relinquere
vel ꝑmutare possessiones suas, ⁊ sic nõ põt cõmutari vel empto-
rem inuenire, tũc facient inde eleemosynam vel abijciẽt, vel re-
linquẽt possessiones, ex quo ↄtra regulam est, ꝙ remaneant, ⁊ sic
est dare casum quo quis acquirit dominium, ⁊ transfert illud in
alterum, licet illud retinere non possit. Ita videtur ne sede vacã.
c. nouit. vbi reuocata vnione, ecclesia vnita redit ad primũ statũ
ergo patet ꝙ ante reuocationem vnionis ecclesia vnita mutauit
statum, ⁊ trãsiuit in statũ ecclesie cui facta est vnio. alij dicunt ꝙ
ecclesia vnita nõ mutauit naturam suam, si aũt vnita mutaret na-
turam suam, tunc sumeret iura annexa ex iure vel ↄsuetudine na-
ture mutate. ita dicit Jnno. Jo. de lig. ⁊ Jo.an. in. c. qꝛ monaste-
riũ. de relig. do. super verbo, seruemus. Item per acquisitionem
sterio ne ille professus sit onerosus secundo monasterio.xvj.q.j.
de lapsis. Et idē dicit Spec.in.§.xxiij. In hoc aūt sunt opi.nam
quidā dicunt ꝙ de rigore iuris professus nō recupat bona acqsi
ta primo monasterio nisi de equitate recuperat.
¶ Alia fuit opi.qd aut bona sunt q̄sita expressa donatiōe facta
p ingredientē tpe sui ingressus,⁊ tunc illa bona non recuperat lȝ
3 ad aliud monasterium transeat, qr † donatio perfecta non reuo
catur.C.de dona.l.perfectā.si aūt sint quesita primo monasterio

ex iuris dispositione pp vinculū professionis, tūc talia bona recu perat & queretur in secundo monasterio, & idem tenet Inno. qñ de licentia superioris trāsiuit ad śm monasterium ne scdo mona sterio sit onerosus. xvj. q. j. si quos. cōcludamus ergo ꝙ ea q̃ que fuit professus dum erat in primo monasterio illa remanēt apud primum monasterium & non apud śm. xxvij. q. j. si quis. in auc. de sanctis. epis. §. si. nō ꝙ aūt postmodū querit. s. postq̃ trāsiuit ad secundum monasterium acquiratur secundo monasterio. de priui. cum olim. vbi est casus. & xxiij. q. j. statutum.

Tertio principaliter querit̃ si p ꝓfessum vnius mona sterij ex psona illius ꝓfessi sint quesita bona ipsi monasterio & tandē ipse ꝓfessus transeat ad śm monasteriuz ad pniam peragendā, pp excessus quos cōmisit in primo monaste rio apud quē remanebunt illa bona. respondeo apud primū mo nasteriū quo ad proprietatē, sed quo ad vsumfructuz remanebit apud śm vel pertinebit monasterio, & illo monacho mortuo re dibit vsusfructus ad śm monasteriū. xvj. q. j. de lapsis. & ita not.
4 xvj. q. j. si qs. Et not. ꝙ † qñ professus vnius monasterij intrat in śm monasteriū ad pniam peragendā quicquid acquirit postquā ibi est intrusus acquirit scdo monasterio. in auc. de sanctis. epi. §. si monachus. & ita no. gl. in d. c. si quis superius allegato.

Quarto principaliter querit̃, p̄ monasterio bona sunt q̃sita. s. ex psona ꝓfessi, demū iste ꝓfessus tran sit ad śm monasteriū nō petita licētia a suo supiore, & lz legitime trāseat. de reg. c. lz cui acqrunt̃ hmōi bona. rñdeo bona remanēt apud primū monasteriū, vt dicit Hosti. in. c. ꝙ a te. de cleri. giu.

Quinto principaliter querit̃, de cōsuetudine q̃ viget in Italia est qđ lz de iure cōi non possūt recipi mo nachus in monasterio pp pecuniā, qꝛ tūc esset simonia. de simo.
5 de regu. tñ est de more & ꝯsuetudine † tpe quo mulier in monialē recipit̃ vadit ad altare publicū & ibi offert certā quātitatē pecu nie dōo hec verba vcz. Ego dono istā pecuniā presentē in remis sionē peccatorū meorū, vel dono istā pecuniā Deo & beate Ma rie virgini iuxta vulgarē modū loquēdi. dōo istā pecuniā esse do tē ipsius monialis. demū ista monialis. j. ꝓbationis annuz redit ad seculū vel in p̄ monasterio profitet̃ & postmodum trāsit legiti me ad aliud monasteriū, an illa monialis recupabit illā pecuniā a primo monasterio. Respōdeo nō, qꝛ talis donatio fuit pura & simplex nullā hñs in se cōditionē neq; modū. Et iō tanq̃ dona tio perfecta nō reuocat̃. C. de dona. l. perfecta. & si diceret̃ quod illa donatio vr̃ facta ob certā cām finalē, vcz, qꝛ recipiebatur vt monialis in monasterio & sic cessante cā finalis iuris & boie. de renun. post translationem. Respondeo nō debemus dicere hāc causam, vitiaretur enim tunc receptio in monialez eo ꝙ esset tūc simonia. de simo. de regularibus.

SVMMARIVM

1 Monialis monasterij destructi cū sit ꝓfessa & trāsferat̃ ad aliud monasteriū an recupabit bona q̃ p̄ monasterio obtulerat. 2.
3 Heredes duo qñ instituuntur qūo diuidant hereditatem.

Capitulum secundum.

n **Unc venio** ad śm capitulū principale qđ est qñ monasterium de struit̃ auctoritate supioris, tñ ordo & religio sub qui bus regebat̃ illud monasteriū remanent in eorū sta tu. nec tollit̃ eo tpe ordo sed durat. pz exēplū. monasteriuz sancti Petri est ordinis sancti Benedicti, monasteriū quidem destrui tur auctoritate superioris, tamen per hoc nō tollitur ordo beati Benedicti. queritur ergo de infrascriptis questionibus.
1 Primo querit̃ cū † monialis dicti monasterij sic destructi ne vaget̃ cū sit ꝓfessa. de reg. c. si. transfert̃ ad aliud monasteriuz an recupabit bona q̃ p̄ monasterio obtulerat. rñdeo recuperabit ta lia bona, vt dicit Hosti. & Joā. de sta. mo. recolētes, rō est, qꝛ illa bona nō pñt remanere in dñio primi monasterij cū sit destructū, qꝛ nō ēt amplius monasteriū. ff. qñ dies vsusfru. leg. ced. l. vltimus. Scda rō est ne ille moniales sint onerose scdo monasterio.
Scdo q̄rit̃ si aliqua bona sint quesita p̄ monasterio ex psona monialis ꝓfesse cui obuenerat aliqua hr̃ditas parentū. Rñdeo recupabit illa bona pp rōnes quas dixi. §. proxima qōne.
Tertio querit̃ de bonis que cōpetebant ad primū monasteriū ex alia causa q̃ ex persona monialis ꝓfesse, puta qꝛ donauit vel legauit monasterio, vel qꝛ monasterium ex fructibus eoruz acqsi uit aliqua bona. Respondeo illa bona acquirētur secundo mo nasterio ad quod ille moniales sunt translate. ratio est, ne ille mo niales sint onerose secundo monasterio.
2 Quarto querit̃ † si monasteriū sit destructū & hēbat magnaz quantitatē monialium & eps vnā partē illarum monialiū & aliaz partē trāstulerit ad aliō monasteriū, cui ex illis monasterijs acq rent̃ bona illius monasterij primi q̃ primo monasterio erāt q̃sita ex alia cā q̃ ex psonis monialiū professarū. Respōdeo ꝙ queretur vtriq; ex illis monasterijs ad que ille moniales transferunt̃.

Quinto querit̃ pro quāta quātitate illa bona duobus monasterijs acquirunt̃. Rñdeo vr̃ ꝙ cuilibet ipsorum monasteriorū acquirat̃ pro medietate. rō est, qꝛ non est maior vel potior vnius monasterij cā q̃ alterius & sic ambo mo nasteria equaliter cōcurrunt, sicut videmus qñ inuicem duobus
3 vna res legat̃, quilibet ex legatarijs hz medietatē, vt. ff. Itē † qñ duo hr̃des instituunt̃ quilibet hz medietatē, vt. ff. vel pōt dici ꝙ acquisitio illorū bonorū fiet illis monasterijs, śm numerū illaruz personarū monialiū vt illi monasterio plus assignet̃ ad ꝙ plures moniales sunt translate q̃ ad aliud. ff. de pac. l. maiorem.
Sexto querit̃, est quoddā monasteriū & p mortalitatem mor tua est abbatissa cū omnibus monialibus monasterij, nec reperit̃ aliqua mulier que velit effici monialis dicti monasterij, & per istā causam destruitur illud monasterium cui acquirent̃ illa bona, vi detur ꝙ ordini & religioni illius monasterij quasi succedant in lo cum & ius monasterij. de testi. c. ij.
Putarē dōm ꝙ eps cū consensu sui capituli posset illa bona vēdere & pretiū paupibus elargiri vel in alios pios vsus cōuer tere, vel dicta bona ꝯcedere alijs ecclesijs, vel edificare ecclesiaz & illa bona assignare pro dote ecclesie. Sunt enim illa bona va cantia ergo de ipsis bonis superior hz potestatem.

SVMMARIVM.

1 Destructo ordine quid fiet de bonis illius ordinis. 2. 5. 9.
3 Res que succedit in locum alterius, sapit naturam rei in cuius locum subrogatur.
4 Mendicantes an habeant predia.
6 Testator si legat aliquid illi qui erat mortuus ante, testamentum non valet & legatum redit ad heredem.
7 Mortuo testatore legatarius est capax legati, & potest legatum transmittere ad heredem suum.
8 Religiosi possunt se transferre ad aliam religionem, sed non pos sunt eorum ecclesiam, alteri subijcere.
10 Destructa eccl'ia platus ipsius eccl'ie nō erit amplius plat' illi'.
11 Substantialia regule que sint.
12 Membra pereunt mortuo capite.
13 Status ecclesie per quem possit mutari & qua ex causa.

Capitulum tertium.

n **Unc venio ad tertiuz ca**
1 pitulū principale qñ † destruitur monasteriū & ēt de struitur ordo & religio sub qbus regebat̃ dictuz mo nasteriū. Ita ꝙ ille ordo tollatur & casset̃ & nō sit amplius eccle sia dei. Patent exempla in ordine tēplariorū. Ordo templario rū fuit ab antiquo ordo approbatus a Papa postmodū desijt esse ordo, qꝛ papa illum cassauit & deleuit, ita ꝙ nō esset amplius ille ordo in ecclesia dei. de priui. cum & plantare. Item pz exēplū in ordine humiliatorū q fuit approbatus per papā & postmodū ille ordo fuit dānatus & oblitus vt non esset amplius in ecclesia dei. de resti. spo. cū olim. el. j. in gl. Itē pz exēplū. de relig. do. c. j. lib. vj. Nam per. c. vlti. eo. titu. in antiquis papa ꝓhibet pp ni miam religionū diuersitatē que in ecclesia dei confusionem gere bat, ne quis nouā religionē inueniret, sed quicunq; ad religionē voluerit cōuerti vnā de approbatis assumat de quibus reperit̃ de relig. do. c. vno. li. vj. vbi papa ꝓhibet ne quis post cōciliū ge nerale decetero nouū ordinē aut religionē inueniat. papa autem qñq; cōfirmat nouū ordinē institutū post dictū cōcilium genera le & ꝯfirmat in hūc modū vcz vt professoribus illorū ordinū ita liceat remanere in illis si velint ꝙ nullū deinceps ad illorū ꝓfes sionē admittant, nec de nouo domū aut aliquē locū acqrant, nec domus siue loca q̃ hñt alienare valeant sine sedis aplice licentia
2 speciali. desinit † ergo ille ordo & religio mortuis religiosis dicti ordinis & religionis. Et ex quo nō pōt sine pape licentia ad aliū ordinē se trāsferre & ex quo religiosi aliorū ordinū nō possunt se trāsferre ad alium ordinē lz cōfirmetur p papam, ergo ille ord

desinit eē, vt dicit Jo.in.d.c.religionū.qꝛ ergo destructis illis or dinibus vt nō sint amplius in eccl'ia dei,ad quos ptinebūt bona illoꝝ ordinū.papa in.d.c. religionum. talia bona reseruat sedi apostolice in terre sancte subsidiū,vel in alios pios vsus p locorum ordinarios vel alios qbus hoc papa cōmisit conuertenda. ¶Juxta predicta ergo queriť de infrascriptis questionibus.

Primo q̄ritur si ille ordo institutus post cōcilíū gñale de quo loquiť.c.fi.de relig.do.ꝛ ꝯfirmatus p papā trāsferať ad aliū ordinē auctoritate pape qd erit de legatis factis illi p̄ ordini. R̄ndeo talia legata ptinebūt ad ꝫ or
3 dinē ad quē facta est trāslatio primi ordinis,qꝛ res † q̄ succedit in locū alterius sapit nām rei in cuius locū surrogať,vt lite pen. c.ecclesia.pterea domus ꝛ loca de qbus loquiť dicta decre. vnica.de reli.do.obueniebāt Romane ecclesie,sed in talibus bonis vacātibus q̄ deferunť principi latissime fit interp̄tatio.C. de bo. va.l.j.lib.x. Et hec sunt beneficia q̄ sunt interpretāda latissime. de verb.sig.olim.de quo ibi p Jo.in.d.cle.vlti. Preterea surrogati teneņť ad onera.de censi.c.j.eis.n.debenť cōmoda. de reg. iur.q sentit.sic no.Jo.de priuile.cū psone.circa fi.pen.gl.lib.vj.

Secundo queritur si post cōcilíū gñale de quo loquiť.c.vl.de reli.do. aliqs miles donasset dicto ordini predia sub pacto ꝙ rediret ad eū vel eius hr̄des si cōtingeret illos de illo ordine recedere vel habitū vel ordinē mutare,ipsis post dictā donationē mutātibus religionē ꝛ habitū ꝛ se trāsferētibus ad ordinē approbatū possit miles reuocare ea que
4 donauit no.J.hec qō redarguiť de duobus. Prio ꝙ † mēdicantes habeat predia,ꝛ qꝛ i qōne nō poniť illā trāslationē esse factā de pape licētia cū sine illa fieri nō potuit,vt pꝫ in.d.c. religionū. in fi. Nō aūt redarguiť dicte qōnis solutio, qꝛ ille habuisset ꝯfirmationē pape,lꝫ post illud cōsiliū ꝙ miles reuocat donationeꝫ, qꝛ sic poterāt remanere in vita sua, vt ibi pꝫ si nō habuerat cōfirmationē cū non possit in ordine ꝛ habitu remanere illa duo mutando dūmodo remanserint in loco illo nō reuocat miles in prio mēbro.solues vt predixi.trāsitus sine pape licētia fieri nō potuerat illa interuētio locus est ei ꝙ dixi in p̄,quare in scđo membro cū collegiū fuerit illicitū ꝛ a iure dānatū,vt.d.c. vno. quantū de facto processerat reuocať,ꝛ sic ei nil acqri potuerit ēt post instōnē vel legata.C.de her.insti.l.collegiū.C.de iudi.l.j.ff. ꝙ cuiusqꝫ vniuer.no.lib.vj.ergo donās repetet, non iuuat ꝙ non fuerat in culpa mutādo, qꝛ satis est ꝙ fuerat in culpa ꝯ ꝓhibitionē cōsilij faciēdo.subdebat ēt Jo.in.d.c.religionū. ꝙ si nō mēdicātes trāseant ad arctiorē regulā debito mō, tunc nō liceret tali militi reuocare talē donationē vel mutationē,cū mutatio fuerit in meliꝰ de voto.c.scripture.ꝛ tacite debuit id intelligi.Si aūt ad laxiorē regulā transiuerit, tūc est locus reuocationi dicte donatiōis ð verb.sig.abbate.in fi.xxv.q.j.§.vlti.oi tū casu quo locus relinqreť sine licētia donātis nō poterat si ꝯtēplatione loci facta fuerit donatio.puta donās erat ibi p̄fonus vel hēbat ibi sepulturā nisi
5 fecerit id de pape licētia.redeūdo aūt ad qōnē ꝓpositam destructo ordine † qd fiet de illius ordinis bonis.ista qō soluiť p dictū c.religionū.aduerte diligenter ad illū tex. dū dicit p locoꝝ ordinarios,qꝛ vt ex gl.que incipit nec ordinarij ꝛc.ꝛ ex alijs que ponit ibi Archi.super versi.aduertendū. de talibus bonis ordinarius loci nō pōt aliqd disponere sine speciali mandato pape. ¶Quidā aliter intelligebāt illā lr̄aꝫ,qꝛ ordinarius loci possit de illis bonis disponere ex auctoritate ordinaria sibi tributa ex illo canone.sed prīa opi.est verior,qꝛ qñ papa sibi reseruat aliqd nō pōt iferior a papa se itromittere de talibꝰ reseruatis.casus est in c.si eo tpe.de ele.li.vj.vltra p̄dicta q̄riť de infrascriptis qōibus.

Primo queritur ordo vigens in ecclesia dei fuit deletus ꝛ cassatus auctoritate pape.demū quidā faciēs testm̄ ignorās de cassatiōe ordinis legat aliqd illi ordini,q̄riť de iuribus illius legati. R̄ndeo
6 legatū nō vꝫ.sed est p nō scripto.casus est in.l.vnica.in princ.C. de cad.tol.vbi si † testator legat aliqd illi qui erat mortuus ante testm̄ nō vꝫ ꝛ legatū redit ad hr̄dē.ꝛ ex hoc pꝫ ꝙ lꝫ legatū illi ordini censereť ad pias cās.de testi.reqsiti, tū non poterit diocesanus illud legatum cōuertere in alios vsus aliorum ordinum. ¶Itē q̄ritur si tpe testi ꝛ tpe mortis testatoris vigebat ille ordo sed post mortē testatoris est deletus ꝛ cassatus,qd erit de illo legato,vr̄ ꝙ nō euanescat sicut videmus ꝙ qñ legatarius moritur post mortē testatoris legatū remanet validum vt.d.l.vnica.§.in nouissimo.In ꝯriū vr̄ ꝙ legatū euanescat, qꝛ ille ordo ex quo est cassatus ꝛ deletus nō est capax illius legati,nō pōt dici ꝙ transmittat legatū ad aliū ordinem,qꝛ nullus alius ordo succedit tali
7 ordini sic deleto ꝛ cassato.nō ob.§.in nouissimo, qꝛ † mortuo testatore legati erat capax legatarius ꝛ trāsmittere potuit legatū ad hr̄dē suū. ¶Vr̄ de iure dōm ꝙ ex quo mortuo testatore ordo deberet adire añꝙ cassareť ꝛ erat capax legati ꝛ iō illud legatum non euanescit, ideo sic reseruatum in dispositione pape vt.d.c.vnico.de relig.do.lib.vj.

Quarto q̄riť si testator errans in testō, credēs aliqueꝫ ordinē vigere q nūꝙ fuit institutus in ecclesia dei sed fuit institutus tpe mortis, aliqd sibi legauit q̄riť an illud legatū valeat ita ꝙ q̄riť illi ordini tale legatū. R̄ndeo vꝫ. Nam sufficit illū ordinē esse tpe mortis testatoris lꝫ nō esset tpe testi.casus est in.l.si cognatus.ff.de rebus dub.de leg.ij.l.si portato seruo.in prin.ff.de ꝯdi.ꝛ de.ff.de iure delibe.gñalr.§. si hoi libero. ¶Quinto q̄riť tpe testi vigebat ordo ꝛ viuo testatore ille ordo sit reuocatus auctoritate ap̄lica ꝛ restitutus in veterē statū,viuente testatore an illud legatū remanebit validū. R̄ndeo sic. casus est in.l.si cognatus.ff.de rebus dub. in prin.in lectura ibi posita,
8 vñ dicebat tex.de testi.spo.olim.ꝛ in glo.†nisi qō religiosi pñt se trāsferre ad aliā religionē sed nō possent eoꝝ ecclesiā alteri subijcere.Jo.and.sup.d.gl. dicebat qō religiosi vnius monasterij regulā illius monasterij ibi institutā,vel habitū,vel statū antiquum imutare vel alteri loco subijcere sine auctoritate epi nō possent, nec eps dꝫ ꝯsentire sine ꝯsensu capituli.ita tꝫ gl.in.c.cū dilectus. qō met.cā.Et idē Inno.Jo.an.ꝛ Host. dicūt qō religiosi vnius monasterij pñt trāsire tanꝙ singuli ad arctiorē regulā,sed remanentes in loco non pñt arctiorē ꝓfiteri nec se vel locū ad illā arctiorē trāsferre sine diocesani ꝯsensu. Itē dicūt ꝙ religiosi vnius monasterij volūt locū subijcere alteri minori sine piudicio diocesani ꝛ diocesanus non vult consentire, ꝙ episcopus per superiorem cogetur ad consentiendum translationi.

9 **Sed queritur** si † monasteriū tpe quo est destructū auctoritate epi nō habeat abbatissam neqꝫ moniales, qꝛ oēs erant mortue qd fiet tūc de bonis monasterij. R̄ndeo remanebunt sub dispōne ꝛ arbitrio diocesani q poterit illud monasteriū ꝯstituere ꝛ illa bona dare alteri monasterio p dote ipsius, vel poterit illa bona distribuere inter ecclesias sue diocesis. poterit ēt illa bona vēdere ꝛ in vsus pios pretiū ꝯuertere vel p̄tiū paupibus erogare, posset ēt dici qō illa bona remanebunt ordini sub cuius regula illud monasteriū erat fundatū.redeūdo aūt ad qō dicebat Inno.in.c.ij.de no.op.nun. vbi dicit ꝙ destructa eccl'ia nō remanēt ap̄lius clerici illiꝰ eccl'ie.
10 ¶Et sciendū ꝙ destructa † ecclesia prelatus ipsius ecclesie non erit amplius p̄latus ipsius ecclesie,ꝛ in eo tolleť titulus p̄lature. Itē si ecclesia erat collegiata pdit ius collegij, seu perit ius collegij.Itē si ecclesia ptinebat ad collationē alicuius, perit illud ius ꝯferēdi.Ista.n.iura q̄ p̄ respiciebant ecclesiā nō pñt amplius respicere ecclesiā,qꝛ destructa est,insup dico ꝙ p p̄dicta ꝙ destructo monasterio non erit amplius illius monasterij abbas,ꝛ monachi illius monasterij non erunt amplius monachi nec ad obedientiā amplius tenebunť illi prelato ex quo desinit esse p̄latus. casus est in.c.venerabilē.in fi.de ele.ꝛ hic pꝫ ꝙ qñqꝫ tolliť ꝛ perimitur vnum ex tribus substantialibus professionis sicut est obedientia.de maioritate ꝛ obedi.cum in ecclesijs. hoc ideo procedit,qꝛ non est cui obediatur ex quo desinit esse prelatus. ¶Item sciendum est ꝙ lꝫ destructo monasterio illi desinant esse
11 monachi monasterij, tamen remanent professi qꝛ † substantialia regule que consistunt in abdicatione proprietatis ꝛ obseruantia castitatis respiciūt ordinē sub cuius regula fundatū est monasterium,lꝫ ergo monasterium destruatur, non tū destruitur ordo de quo fundatum est monasterium.tales enim monachi transferuntur ad alia monasteria eiusdem vel alterius ordinis ꝛ sic remanebunt monachi secundi monasterij ꝛ in secundo monasterio. simile quod not.xvj.q.j.ꝛ temporis.

Sed queritur si destruatur ordo auctoritate superioris sicut fuit qñ ordo tēplarioꝝ fuit destructus auctoritate pape,qd de religiosis ꝛ ꝓfessis illius ordinis. R̄ndeo transferuntur ad alia loca alterius ordinis non tū desinunt esse professi,vt superius dixi lꝫ inuenerim aliquos dixisse ꝛ male,desinere esse ꝓfessos,ꝛ posse redire ad secularē statuꝫ. ¶Demum queriť si destruať ordo sicut fuit destructus ordo tēplarioꝝ an destruātur monasteria que fuerūt membra ipsius.
12 ꝛ videtur ꝙ sic,qꝛ † mortuo capite pereūt membra. nec.n.membra cognoscimus nisi stante capite,de religi.ꝛ sump.fune.l.cū in diuersis.Item qꝛ membra veniunt vt accessoria ad ipsuꝫ ordinē

destructo ergo ordine tanq̃ principale extinguunt membra que veniunt accessorie. nam accessorium sequitur naturam principalis, vt in regula accessorium. lib. vj.

¶ Demum queritur si ecclesia destruitur absq; auctoritate superioris an desinat illa esse ecclesia, ꝛ clerici illius ecclesie desinant esse clerici. Respondeo non desinit esse ecclesia, immo retinet oia sua iura ꝛ priuilegia. ꝛ ita tз Inno. in. c. j. de no. ope. nun.

¶ Ultra hoc sciẽdũ est cũ de mutatiõe status ecclesie hic tracte-
13 mus, q̃rendũ est p † quẽ possit mutari status ecclesie ꝛ ex qua cã. dicebat Jo. de priuile. c. pastoralis. ꝙ nõ videbaꝛ licita mutatio status ecclesie. de ꝯsti. cũ oẽs. de sup. negli. prela. c. ij. Rñdeo ex cã interueniente auctoritate epi põt fieri mutatio status ecclesie alicuius. notaꝛ de consue. c. antepe. de consti. cũ oẽs. in fi. de cẽsi. prohibemus. vt tñ eps sibi prouideat illud eligat ꝙ magis viderit placitũ deo ꝛ reipublice expedire. Et Inno. dat exemplũ de ecclesia que abundat in ecclesijs, ꝛ in populo deficit populus, remansit ecclesia cũ suis diuitijs. Est ergo vtile illas transferri ad locum quo maius seruitium fiat deo, ꝛ si nollet diocesanus consentire, cogendus est coram superiore. de iurepa. nullus.

FINIS

Tractatus de Mutatione

status personarum ecclesiasticarum disertissimi doctoris Do. Petri de Perusio, incipit.

SUMMARIUM

1 Mutatio status personarum qualiter fiat.
2 Statutum quis mutat per assumptionem dignitatis.
3 Clericus bigamus effectus statum mutat.
4 Beneficia consueta regi per clericos seculares non possunt conferri per religiosos.
5 Status clericorũ ꝛ religiosorum q̃nq; mutaꝛ ratione criminis.
6 Clericus qualiter efficiatur irregularis.
7 Monachus qui de vno monasterio ad prelaturã alterius monasterij promouetur an debeat profiteri in ipso secundo monasterio anteq̃ sibi deferatur administratio secundi.
8 Miles qui vult vti priuilegio militari, necesse est vt promittat eã que promiserunt illi qui sunt in numero militum.
9 Ius competens religioso siue monacho ex electione vel prouisione est sibi quasi proprium.
10 Monachus sicut non dз habere locum in duobus monasterijs sic nec hз locum clericus in duabus ecclesijs secularibus.
11 Monachus a claustro absolui nõ põt nisi i casib⁹ a iure ꝯcessis.
12 Jura monachatus in abbatia hr̃e aliud ẽ, aliud hr̃e iura abbatie.
13 Diocesano loci quis possit subesse ratione beneficij.
14 Canonicus siue monachus in eligendo vtitur iure publico.
Infamibus actus legitimi an sint interdicti.
15 Infamis repellitur ab actu ecclesiastico ꝛ spiritwali.
16 Seru⁹ i odiũ dñi sui, q culpa sua desierit eẽ dñs, an torq̃ri possit.
17 Prelatus durante prelatura non potest esse subiectus sibypsi.
18 Professio an sit facienda in secundo monasterio.
19 Clerici habent ius pinguius in suis beneficijs q̃ monachi.
20 Monachus qui professionem non fecit an dicatur monachus.
21 Canonicus factus prelatus vel episcopus renuntians plebi vel ecclesie cathedrali an remaneat episcopus.
Infamis potest arbitrari.
22 Electio an sit actus legitimus.
23 Idoneitas maior requiritur in iudice q̃ in canonico.
24 Judicis sñia tз si occulte fuerit suspensus vel excommunicatus.



Ostq̃ vidimus d mutatiõe status q̃ respicit ecclesias,
1 videamus † de mutatione status que respicit personas ꝛ hoc declaro per infrascripta exempla.

¶ Primo si laicus ꝓmoueꝛ ad minores ordines, efficiꝛ. n. tũc ecclesiastica psona ꝛ gaudet priuilegio fori qd̃ prius nõ hebat. ở foro ꝯpe. c. nullus. ¶ Jtẽ si ꝯstitutus in minoribus ordinibus trãsit ad sacros ordines, q: tunc nõ põt m̃rimoniũ ꝯ here. de cleri. cõiuga. cũ olim. nec ad statũ secularẽ redire. de clericõiuga. quo ad re. cũ alijs. ¶ Jtẽ clericus trãsit ad monachatũ ꝛ ibi profiteꝛ. Nã ante professionẽ hз velle ꝛ nolle, sed p professionẽ pdit velle ꝛ nolle. de ele. si religiosus. in. c. quorundã. lib. vj. ¶ Jtẽ cũ conuersi sunt plene translati. de priuile. cũ ꝛ plãtare §. de fratribus. ¶ Jtẽ p † assumptionẽ dignitatis qs mutat
2 statũ, vt ꝓmoueaꝛ ad epatũ. de ele. cũ in cunctis. de offi. dele. q: põtificali. li. vj. ¶ Jtẽ cũ ꝓmoueaꝛ ad aliã dignitatem ꝛ presertim aliã p quã obtinens esset maior in ecclesia cathedrali post pontificalẽ. de offic. leg. deliberatione. lib. vj. ¶ Item cum monachus vnius monasterij transit ad aliud monasteriũ alterius religionis ꝓfessiõis ꝛ habitus ꝛ altioris regule. Nã desinit esse monachus primi monasterij ꝛ efficiꝛ monachus scđi monasterij ꝛ ꝓmittit ꝛ ꝓfiteꝛ regulã scđi monasterij ꝛ arctiorẽ regulã seruat. de regu. c. lз. ¶ Jtẽ p aduẽtũ pubertatis mutaꝛ status psone q: puber factus põt exercere q̃dã spãlia que nõ poterat exercere añ pubertatẽ, sicut est hr̃e vocẽ eligendi prelatũ ecclesie. vnde canonicus cathedralis ecclesie ꝛ si illũ canonicatũ obtinere possit in pupillari etate, non tñ hз vocẽ eligendi prelatũ. de elec. cũ ex eo. li. vj. Sed p cle. hi q. reqriꝛ non solũ etas pubertatis sed ẽt ꝙ sit in sacris ordinibus ad hoc vt vocẽ habeat in ecclesia sicr̃ in ꝯctu matrimonij vt etas pubertatis reqriꝛ. de despon. impub. c. j. Simili
3 ter circa ꝓfessionẽ validandã. de regu. c. j. lib. vj. ¶ † Jtẽ mutat qs statũ dũ clericus efficiꝛ. bigamus oĩ priuilegio clericali dicitꝛ esse nudatus. de biga. altercationis. lib. vj.

Notandum aũt est ꝙ religiosorũ status ita q̃nq; arctaꝛ ꝛ restringiꝛ ꝙ nõ p̃nt promoueri ad dignitates nec ad bñficia nec ad aliã religionẽ transire. patent exẽpla vt qcũq; de pontificali dignitate ad monachorũ vitã ꝛ locũ pnie descenderit, nequaq̃ pontificatũ reseruat vlterius. de renun. post translationẽ. ¶ Jtẽ pз exẽplũ. nã monachus vnius monasterij non põt eligi in abbatẽ alterius monasterij qd̃ sit alterius religionis, ordinis, professionis, vel habitus. de elec. cle. j. ¶ Jtẽ pз aliud exẽplũ in cle. vt professores. de regu. vbi illi q sunt de ordine mendicantiũ si transeant ad ordinẽ non mendicantẽ, non põt in illo ordine priorátus, administratiões aut quecũq; alia bñficia obtinere. ¶ Jtẽ pз aliud exẽplũ in. c. cũ singula. §. fi. de preben. lib. vj. vbi priorátus, administrationes seu officia vnius monasterij ꝯsueta p eiusdẽ monachos gubernari non cõmittanꝛ deinceps absq; auctoritate sedis apostolice alterius monasterij monachis gubernandũ. ¶ Jtẽ pз aliud exemplũ in
4 cle. vnica de sup. negli. prela. vbi † bñficia ꝯsueta regi p clericos seculares non p̃nt ꝯferri per religiosos. de quo vide ꝙ plene notaꝛ in. c. qd̃ dei. de statu mona. ¶ Jtẽ nõ poterit transire ad minorẽ vel patere obseruantie regulã q̃ esset prima religio. de preben. cũ singula. li. vj. ¶ Jtẽ ꝙ nõ põt eligi nisi sint expresse ꝓfessi. de ele. nullus. lib. vj. ¶ Rursus ꝛ circa loca restringiꝛ ꝛ arctaꝛ status religiosorũ, vñ religiosi nõ p̃nt exire claustrũ nec vagari p curias principũ. de offi. ordi. quãto. ꝛ debẽt reuocari ad claustrũ de reg. c. fi. Silr̃ ꝛ circa moniales status ꝯstringiꝛ ꝛ mutaꝛ circa loca vt debeant esse sub ppetua clausura de qbus plene habetur de statu reg. c. vnico. li. vj. ¶ Jtẽ arctaꝛ status eorũ circa delationẽ certi habitus. de statu mona. cle. de regu. cle. vl. ¶ Jtẽ arctaꝛ status eorũ pp fauorẽ ꝛ honorẽ religionis ab oibus ꝛ qbus religiosi prohibenꝛ p canones vt pз ne cleri. vel mona. c. vnico. de posses. c. ij. de procu. cle. religiosus. de testa. cle. vnica ne cleri. vel mona. c. j. li. vj. de testa. c. j. eo. li. ꝛ in cle. ne in agro. de statu mona.
5 ¶ Contingit ẽt qd̃ q̃nq; rõne † criminis mutatur status clericorũ ꝛ religiosorũ hoc pз p exẽpla. Jn primis cũ clericus ab ordine verbaliter degradaꝛ. de iudi. cũ non ab hoie. de verb. sig. nouimus. ¶ Jtẽ cũ actualiter degradaꝛ. de penis. degradatio. lib. vj. ¶ Jtẽ cũ ꝯdẽnaꝛ ad ppetuũ carcerẽ vel ad tps. de penis. quã uis. lib. vj. ¶ Jtẽ cũ a dignitate quis deponiꝛ vcз tam a pontificali vel ab omni officio sacerdotali de dolo ꝛ cõtuma. venerabilis. in fine. ¶ Jtẽ quis suspendiꝛ a confirmatione epoꝝ de transla. c. j. in fi. ¶ Jtẽ q̃nq; a consecratione ꝛ confirmatione episcoporũ. de transla. c. ij. ¶ Item q̃nq; ab executione pontificalis officij vt. d. c. ij. Jtem q̃nq; quis suspenditur ab officio ꝛ beneficio.
6 ¶ Jtem quandoq; † clericus efficitur irregularis, vt q: committat homicidium. de homi. clemen. j. vel dictet sñiam sanguinis ne cle. vel mona. c. sententiam. vel q: excõmunicatus celebrat diuina officia agens in officio suo sicut prius de cleri. excõ. c. clerici. de exces. prela. c. tanta. ¶ Jdem q̃nq; clericus introducit in monasterio ad perpetuã penitentiã peragendam, ꝛ multa sunt varia genera penarum secundũ qualitatem excessuũ. de homi. sicut dignũ. de quo plene p Inno. de accu. qualiter. Ex iuribus supradictis pз quod quandoq; mutatur status persone in deterius,

rius, vt quando rõne criminis punitur arbitraria pena vel a ca none statuta. Quādoq3 status personaru3 mutať in melius, pre sertim qñ quis trāsit ad religiõem quo casu dolus dans cām ꝓ fessionis nõ vitiat illā, vt in.c.cū dilectus.qđ me.cā. ¶ Itē cum vnus religiosus vnius monasterij trāsit ad aliud monasteriū ar ctioris regule, qñ nõ transit ex temeritate vel leuitate in iacturaz vel iniuriā sui ordinis, sed qñ transit ad secundā religionē vt nõ ficte, sed vere ad frugē melioris vite valeat trāsmigrare, vt in.c. l3.de reg. ¶ Sed tunc immediate dubitať de tali qõne que talis est. quidā monachus cuiusdā monasterij trāslatus ad abbatiā al terius monasterij nulla de nouo facta professione in ipso secūdo monasterio, tractu tp̄is ipse abbas bñs conscientiaz lesam ex cri mine infamie ipso facto irrogate cōmisso postq̄ꝫ fuit ꝓmotus ad abbatiam sponte renuntiauit abbatie itaq3 renuntiatio tenuit.

7 Modo queritur an monach⁹ † q de vno mo nasterio ad platuram alte rius monasterij ꝓmoueť debeat ꝓfiteri in ipso scđo monasterio anteq̄ꝫ sibi deferať administratio scđi monasterij. ¶ Scđo q̄riť an iste post renuntiationē monachus scđi vel primi monasterij re maneat. ¶ Tertio queritur ꝓsupposito ꝙ remaneat monachus primi monasterij an habeat vocē in capitulo. ¶ Quarto ꝓsuppo sito qđ habeat voce3 in capitulo q̄ritur quotam vocem habebit an habeať respectus ad tp̄s quo fuit ꝓmotus, an ad tp̄s quo in cipit esse monachus in scđo monasterio. ¶ Ad primam qõnem vř ꝙ sit necesse facere professionē in secundo monasterio, q: q si milē vitā cū alijs suscipiunt similē sentiant in legibus disciplinā. de sta.mo.recolentes. Itē q: vnusquisq3 d3 se conformare vite ⁊ moribus cū his cū quibus cõuersať.xvj.q vij.in noua. quod ali ter fieri non pōt nisi astringatur ⁊ obligetur illo mõ quo alij sunt astricti, vt.d.c. recolentes. de statu regu. ⁊ de institu.c.j.cle.j.de elec.de vita ⁊ honesta.cle.c.ij. Ad idem de mili.testam.l. ex eo.

8 quibus ex cau.maio.l.vlti. Ex quibus duabus legibus conclu ditur ꝙ si quis † miles vult vti priuilegio militari necesse est vt iuret ⁊ alia promittat que promiserunt illi qui sunt in numero militum. ad idē de senten.excom. si iudex libro.vj. ibi estimatis nāq3 ⁊c. ¶ Contrariū vř ꝙ nõ sit necesse facere professionē nam confirmatione habita cōpetit ius administrandi. de electio.cum in cunctis.⁊.c.qualiter.⁊.c.nosti.⁊.c.transmissa.⁊.c. nihil. Ad idē de simo.sicut tuis.de ꝯsue cum venerabilis. in q̄bus iuribus nil dř de professiõe. Preterea sufficit ꝙ sit semel ꝓfessus. de ele. vnus.li.vj. Ad idē de sta.mo.c.j.ibi nisi expresse professus. Ad idē de elec.indēnitatibus, in prin.li.vj. Ex q̄bus iuribus colligiť ꝙ sufficit ꝙ religiosus q ad platurā sue vel alterius religionis ꝓ moueť semel sit professus. nam profitendo vnā religionē oēs vi dentur profiteri quo ad substantialia. de hoc satis per Hosti. de statu reg.cū ad monasterium in prin.ad idem. de elec. quorūdā. lib.vj.immo plus vř ꝙ si post electione3 de nouo profitetur in se cūdo monasterio, renuntiat illi iuri sibi q̄sito ad hoc de voto per

9 tuas.xix.q.ij.due.de reg.c.beneficiū.lib.vj. nā ꝑ ꝓfessionem re nuntiat omni proprio.de sta.mo.cū ad monasteriū in fi.sed † ius cōpetēs religioso siue monacho ex electiõe vel prouisiõe est sibi quasi ꝓpriū q: ex quo auctoritate superioris cōsensit pro illo iu re sibi quesito agere pōt sine licentia alicuius. ad hoc. de rescri. cum dilecta.de consue.cum dilectus ⁊ ibi de hoc in prin.⁊ de ele. quam sit lib.vj.⁊ no.de rescrip.edoceri.in fi.per Composte.

In secūda questione arguitur

ꝙ remaneat monachus primi monasterij.ad hoc. de sena.l.sena tores. vbi dř ꝙ l3 senatores habeant domicilium in vrbe, dicun tur tñ habere vbi ꝯrerint.ad idem de aduo.l.si quis derogas.ff. de albo scri.l.j. Preterea si canonicus vnius ecclesie fiat platus alterius ecclesie, nõ pp hoc ipso iure perdit canonicatū, vt cōiter no.de concel.preben.literas. Qđ ista sit bona similitudo inter ca nonicos seculares ⁊ monachos colligiť ex no.per Hosti.de reli.

10 do.c.fi. nā ibi not. ꝙ sicut † non d3 habere locum monachus in duobus monasterijs. sic nec h3 locū clericus in duabus ecclesijs secularibus. Eꝗ vř ꝙ ex quo rite translatus est ad ꝰm monaste rium renuntiat omni iuri sibi competēti in primo, vnde illud cō petere non pōt.viij.q.j.q̄ꝫ periculosum. ꝙ aūt perdiderit ⁊ renū tiauerit ipso iure ꝓbať.xvj.q.j.ne ꝑ cuiuslib3.viij.q.j.c.vnio.xxj. q.j.si quis iā translatū.de ele.constitutus.de reli.do.c.fi.hinc est ꝙ officia cōsueta regi ꝑ monachos eiusdē monasterij nõ pñt cō mitti monachis alterius monasterij gubernāda.de prebē.cū sin gula.lib.vj.⁊ in cle.de sup.neg.prela. q: qđ aūt monachus scđi monasterij sit ꝓbať.certū est ꝙ abbas est monachus q: aliter nõ potuit eligi in abbatē.de ele.cū in monasteriū.eo.tit.nullus.⁊.c.

11 indēnitatibus in prin.lib.vj. sed monachus † a claustro absolui nõ pōt nisi in casibus a iure ꝯcessis.xvj.q.j.placuit. casus aūt cō cessi videnť isti ꝙ trāseat ad arctiorē regulā, de reg. l3 qñ ꝓmo ueť ad prelaturā sue vel alterius religiõis, vt in.c. pallegato.nul lus.⁊.c.quorundā.⁊ in alijs iuribus allegatis in.j.q. vel qñ pp crimen detrudiť in arctius monasteriū.de simo.qm̄.xx.q.j.sicut. vel qñ promoueť ad ep̄atum siue ad ecclesias curatas de licētia sui abbatis.xviij.q.j.c.vno.in cōsti.cle.j.de ele.vbi de hoc. At in proposito non est aliquis casus de illis. preterea abbas pp simo niā remotus remanet monachus eiusdē monasterij.de statu mo na.cum ad monasteriū.in fi.⁊ ibi de hoc per Inno.⁊ Hosti. Itē q: appellatione monachorum comprehenditur abbas de simo. quoniam.⁊.c.vlti. q̄ꝫuis aūt perdat prelaturam retinet simplicē monachatum.⁊ hoc sentit Hostiē.in.d.c.vlti. de simo.preterea. videtur etiam casus de prescr.officij.in fi.

In contrariū videtur ꝙ non

12 remaneat monachus eiusdē monasterij.nam † aliud est hře iura monachatus in abbatia aliud iura abbatie.na3 ista sunt diuersa oīno.de reli.do.c.fi.cum ergo iste fuerit obligatus monasterio ⁊ monasteriū sibi rõne vinculi ⁊ iuris plationis ⁊ nõ rõne ꝓfessio nis quā non fecit eo perdente prelationē siue renūtiante sublatū est monasteriū ab obligatione sua. ad hoc. de renū.c.pe. nõ ergo remanebit monachus cū monachalē ꝓfessionē ibi nõ fecit neq3 vt abbas renūtiauit.remittit.n.actiões suas ⁊c.vij.q.j.q̄ꝫ piculo sum.imo ēt plus vř ꝙ si esset ꝓfessus idē iuris sit.nā cū de mona cho fit Abbas ⁊ de filio př pdit iura monachatus ⁊ filiatiõis. Ad hoc de simo.sicut tuis.de ꝯces.prebē.literas.de preben.cu3 in ecclesijs.li.vj. Et ibi vide ꝙ no. Arch. vñ si canonicus alicu ius ecclesie vt cathedralis vel plebis fieret plebanus vel ep̄s, eo pdēte prelationē vel plebanatū nõ recuperat iura q̄ ipso iure ꝑ didit.ad idē.de renū.ex trāsmissa. sed hic iste remanebit mona chus imediate subiectus ep̄o sine aliquo monasterio sicut repiť ep̄s sine aliqua ecclesia ep̄ali.de epi.q renun. epi. suo.c.j.⁊.ij. de

13 trāsla.c.ij.⁊ † talis rõne bñficij pōt subesse diocesano loci.de re nū.c.ad supplicationē.vñ si nõ inuenirer q eū reciperet, ep̄s ordi nabit ꝓut sibi melius videbiť ꝰm not.xxvij.q.j. de viduis.lxxxj. ad reatū.de reg.porrectū.ꝰm Inn.⁊ Hosti. eodē modo si mona chus fiat rector parrochialis ecclesie vel ep̄s ⁊ sic absoluať a iu go abbatis si postea renuntiet rectorie vel ep̄atui non redibit ad monasteriū sed remanebit subiectus ordinario loci. facit qđ no. Archi.xvj.q.j.ne ꝑ cuiuslibet.in.iij.q.arguiť ꝑͦ ꝙ habeat voce3 in capi. q: q̄ꝫdiu qs tolerať in officio suo ⁊ administratione sua non d3 priuari aliquo iure sibi cōpetenti rõne officij vel admini strationis sue.xviij.q.iij.nonne.de elec.quorundā.⁊ de iurepa.cō sultationibus.de cā pos.⁊ proprie.cū olim.cum suis concordan tijs. Cū ergo iste nõ sit priuatus officio ⁊ bñficio, nõ pōt ab actu eligēdi repelli, ꝙ ꝯpetit sibi rõne bñficij vt idē ipse no. de consti.

14 cū dilectus.preterea † canonicus siue monachus in eligēdo vtiť iure publico hoc est ꝙ agit de cōteptu.de ele.illa preterea huius excep.s.infamie nõ opponiť ꝯ iudicē ordinariu3 q̄ꝫdiu in officio suo tolerať vt colligiť.iij.q.vij.in fi.⁊ no.ꝑ Host. Inn.⁊ Cōpost. de rescri.sciscitatus.ergo exceptio infamie nõ repellet canonicū siue monachū nondū officio vel beneficio priuatum, maxime cū maior idoneitas requiratur in iudice q̄ꝫ in canonico siue mo.vt p3.de offi.deleg. cū.xx.in ꝯrium vř ꝙ infamibus actus legitimi sint interdicti.de testi.l3 ex quadam. sed eligere est actus legiti mus.de sent.excō.solet.de ele.c.ij.⁊ hoc vř sentire glo. de ele.vt circa.lib.vj.sup verbo, eligentiū.ad idē qđ not.de testi. testimo

15 niū.circa mediū.preterea regulariter tradiť † ꝙ infamis repel liť ab actu ecclesiastico ⁊ spirituali.vij.q.j.c. viti.iiij.q.vj.c. pen. preterea ista oīa videnť iure vel ꝑ sniam q̄ꝫtū ad effectū infamie. iij.q.vij.§.porro.si actus inest, ꝙ si aliqs esset dānatus de aliquo crimine, ⁊ sic priuatus officio ⁊ bñficio, talis nõ haberet vocem in capitulo, sed extra cōsortium aliorū monachorum deberet si bi ꝓuideri de necessarijs vite ꝰm notata ꝑ Inn. in.c. dilectus.ij. de simo. ꝑterea nõ refert ꝰm canones an aliqs sit dānatus ꝑ sen tentiā an per exceptionē conuinci possit de testi.c. super eo. ⁊.c. testimonium. preterea iudex delegatus exceptione infamie re pellitur a iudicando.de rescri.sciscitatus.sic ⁊ in casu nostro.

In quarta questione arguitur

primo ꝙ ipse habeat vltimam vocē q: hodierna die incipit esse vt monachus, deberet hře vocē in capitulo ac si hodie receptus esset, ⁊ sic oēs preferuntur sibi.xvij.dis.c.vlt. de maio. ⁊ obe.c.j. cū suis concordantijs. Ad idē de renū.ex transmissa.de simo.ex

insinuatione. de rescri. q̃uis. li. vj. nã ex quo abbatia caret in nul
16 lo sibi videret̃ deferendũ. hinc est ꝙ † seruus in odium dñi sui qui culpa sua desierit esse dñs torqueri põt. ff. de questi. l. j. §. merito. sed vr̃ ꝙ debeat habere primũ locum post abbatẽ substitutuȝ in monasterio in reuerẽtiã ⁊ memoriã pristine dignitatis. ff. de questi. l. seruus. hinc est ꝙ aliqua priuilegia conceduntur illi qui desierũt esse milites. ff. de priui. l. veterano ⁊ patres. Item filius in reuerentiam patris priuilegiatur. de questi. l. duo. ff. de sena. l. emancipatum. cum si. ad idem de albo scriben. l. j. sed vide ꝙ debeat considerari tp̃s quo fuit translatus ad 2m monasterium vt si tũc erant decem monachi in monasterio, ⁊ isto durante abbate creati sunt duo. iste dȝ esse nonus ⁊ non. xij. nam ex quo presupponimus istum habere ius monachatus post renuntiationem abbatis, opȝ inferre ꝙ quando fuit consecutus abbatiam fuit et̃ consecutus iura monachatus non quando translatus est de primo monasterio ad 2m fuit translatus cũ omni iure, ⁊ sic cum esset in primo monasterio ⁊ in secundo. xxj. q. ij. si quis iam translatus. Et dato qđ prelationem assumat in eodem monasterio, nihilominus retinet epatum, vt in. c. ad supplicationem. de renun. quã
17 uis eo tẽpore non posset actu exercere vtrũq; officium, qꝛ † prelatus durante prelatura non põt esse subiectus sibipsi. ad hoc. de preben. in ecclesia. lib. vj. preterea ex quo presupponimus istũ habere iura monachatus, aut hȝ illa iure professiõis, aut hȝ illa ratione prelationis. ratione professionis non, qꝛ illam non fecit nec primo, nec postea ratione prelationis non, qꝛ per se sicut iura abbatialia ⁊ per se iura monachatus. de relig. do. c. si. Ergo opȝ concludi ꝙ illa iura habeat ratione receptionis ⁊ translationis de eo plene facta ad 2m monasterium, nam quando incepit sibi competere ius in secundo monasterio nõ erat abbas sed monachus, ⁊ sic cũ iure monachatus promotus est ad abbatiam.

Ad primam questionem dicendum videtur ꝙ nõ sit necesse facere professionem in secũdo monasterio per iura superius inducta, non obstant cõtraria.
18 nam in professione † quam facit in primo monasterio ipso iure intelligitur vel erat cõfirmatus moribus monasterij secundi quo ad substantiam, vt dictum est. §. quantum ad illa que sunt extra substantiam regule confirmabit se illa de facto obseruando, nec est necesse qđ verbo, restringatur vel obligetur cum ipso facto se abstringat suscipiendo prelaturam ipsius monasterij. nam cum ipse sit vnum corpus cum suis monasterijs cuius corporis ipse est caput. de his que fiunt a prela. nouit. ⁊ c. quanto. satis ipso facto intelligitur promisisse ea que obseruari debent in ipso monasterio per abbatem. ad hoc faciunt iura allegata. ⁊ d. c. de ap. ad idem. de maio. ⁊ obe. legebatur. Preterea si iste erat alterius habitus cõformabit se ad habitũ alterius monasterij secũdi. ad hoc ꝙ legitur, ⁊ no. xvj. q. vij. c. in noua. Ad primum membrum secunde questionis qđ non possit recipere iura monachatus in primo monasterio per iura pro hac parte inducta. ⁊ facit quod no. Archi. xvj. q. j. ne pro cuiuslibet. vbi no. qđ episcopus nõ potest dispensare vt monachus qui renuntiat redeat ad primũ monasterium ad quod alias poterat. de renun. transmissa. xvj. q. vl. c. si. non obstant iura in contrarium allegata, qꝛ loquũtur in his que habent executionem proprie voluntatis, non sic monachi q aliter sunt subiecti sub abbatibus q̃ȝ clerici sub episcopis vt col
19 ligitur. xij. q. j. nolo. ⁊ c. nõ dicatis. xx. q. iij. c. ij. ⁊ † pinguius ius habent clerici in suis beneficijs q̃ȝ monachi quod pȝ ex faciliori remotione. de dona. per tuas. de accu. qualiter. ¶ Ad secunduȝ membrum secunde questionis posset dici ꝙ non remanet secũdi monasterij p iura pro hac parte inducta. ad iura in primo argu. posita põt addi. iste modus qñ ipse renuntiat prelature.

Ad iura in secundo argumẽto inducta põt responderi multipliciter. primo qđ loquantur de abbatibus qui fecerant professionem in eisdem monasterijs ⁊ delictum commiserunt. l. di. si episcopus. xcj. dist. dictum. nam si posset fieri dȝ trudi in arctiori monasterio. de simo. quoniam. ⁊ c. veniens. ⁊ per ipsuȝ. c. quoniã dȝ probare ꝙ remaneat monachus in eodem monasterio dispensatiue non de iure cõi. non obstat. c. vlti. eo. tit. de simo. nam loquitur de illo qui, fecerat professionem in eodem loco, vt qꝛ non canonice factus fuerat abbas ⁊ sic non perdidit iura monachatus, ⁊ qꝛ istud fuerat de mẽte scribentis, vt ibi no. Archi. Item non de sig. vocabuli, sed per extensionem comprehenditur ibi abbas ⁊ est simile quod no. de reg. constitutionem lib. vj. non ob. c. officij, qꝛ ille fuerat monachus eiusdem loci, ⁊ qꝛ promotio fuit nulla nõ fuit absolutus a iure monachali. si volumus retinere quod maneat monachus pro illa parte al legata possumus respondere ad iura in contrarium adducta. ⁊
20 sic dum dicis non remanet monachus † qꝛ professionem non fecit respondeo ꝙ eo ipso quod translatus fuit ad 2m monasteriũ fuit translatus cum omni suo iure, vnde transiuit vt monachus ⁊ officio prelationis, vnde non agit interdicto vt monachus, sed vt quilibet de corpore, vt no. de rescriptis edoceri. in verbo, instanter. ⁊ dum dicit quod renuntiat iura monachatus, nego. vnde est sciendum quod monachatus non est honor, non dignitas, non officium, non ministerium, vnde excommunicati, irregulares, infames, ⁊ coniugati, ⁊ alias inhabiles ad beneficia sunt habiles ad monachatum, ad hoc quod legitur ⁊ no. xxiij. dis. statiȝ. de sen. excom. cum illorum. cum similibus. sed est monachatus quedam oblatio, quoddam votum. de voto. c. vno lib. vj. ⁊ c. cũ ad monasterium. vnde cum iste monachus sit abbas nihilominus remanet obligatus ⁊ votum permanet, lȝ absoluatur a quibusdam vinculis dum est in officio prelationis. ad hoc de albo scri. l. j vbi est de decuriõibus. decurio nihilominus deposita dignitate remanet decurio. diceres in hoc sequeret̃ ꝙ canonicus
21 † factus prelatus vel episcopus renuntians plebi vel ecclesie cathedrali non remanet episcopus. respondeo diuersitas professionis ⁊ vite hoc impedit. ⁊ si dices saltem ibi dȝ manere propter alimenta ne vagaretur.

In tertia questione videtur posse dicere quod nec repellatur pretextu infamie per iura pro hac parte inducta not. ꝙ de infamibus actus legitimi ⁊c. dȝ subaudiri nõ omnes, sed aliqui, vt testificari, vt in. c. lȝ. de testi. iudicare postulare 2m ius sicut consequi, ⁊ eligere non prohibentur. hinc est ꝙ infamis põt arbitrari, vt. l. pedius. de arbi. põt testari. C. de testi. in integ. l. j. põt procurare. hinc est quod põt postulare pro se. iij. q. vij. §. iusiurandum. insti. de excus. §. vlti. vendere contrahere ⁊ alios actus legales exercere. ⁊ qđ isti sint actus legales pȝ per no. ff. de reg. iu. actus. l. actus. ⁊ in regula, actus lib. vj. ⁊ idem per Hy. Ad idem quod no. in. c. vt circa in ver. eligere. de
22 elec. lib. vj. vbi dicitur ꝙ † ipsa electio est actus legitimus nõ autem ipsa potestas. non ob. iij. q. ix. c. fi. iiij. q. vj. c. pen. qꝛ non loquuntur quando sua negotia spiritualia exercere volunt. ⁊ dum subiungitur ꝙ ista sunt paria, fateor. sed dum infert quod actus est ⁊c. dic ꝙ non ratione infamie sed ratione, qꝛ remotus est a beneficio ⁊ officio ratione quorũ poterat eligere ⁊ non est amplius toleratus in officio. Non ob. c. super eo. ⁊ c. testimonium. qꝛ in testimonio loquitur a quo repelluntur criminosi. non ob. c. sciscitatus. Nam iudex vtitur officio publico, sed canonicus prosequitur ius proprium. hinc est quod agitur de contemptu. facit quod no. Archi. §. de elec. quoniam. in vlti. gl. circa mediũ. lib. vj. Item
23 maior † idoneitas requiritur in iudice q̃ȝ in canonico, vt colligitur ex notatis de offi. deleg. cum. xx. ⁊ c. ex eo de electi. li. vj. Item qꝛ facilius impediuntur iudicialia q̃ȝ extraiudicialia. de sen. excom. solet. ⁊ facit quod no. de elec. illa. circa princ. Sed si volumus tenere aliam partem possumus respondere ad iura in contrarium allegata. sic. c. nonne. ⁊ c. volumus. xvj. q. vlti. ⁊ c. vlti. ⁊ ꝙ no. iij. q. vij. in summa. loquuntur in his que ratione publici officij aliquid faciunt. vnde q̃diu habent officium debent habere executam officij quousq; suspendantur vel remoueantur, sed canonicus non eligitur ratione publici officij. vnde si potest probari quod fuerint suspensi vel excommunicati quãuis non fuerint nominati vel pronuntiati non vȝ eorum electio, secus est in iudi
24 ce cuius † sententia tȝ si occulte fuerit suspensus vel excommunicatus. de hoc per Inno. de consue. cum dilectus. ⁊ per Archid. ix. q. vlti. prima plus placet ⁊ ad iura que dicũt ꝙ criminosi ⁊c. respondeo quod admittuntur preterquam in spiritualibus. ad hoc. iij. q. ix. c. vj. sed glo. ibi posita tenet contrarium.

In quarta questione videtur dicendum quod obtinebit primum locum post Abbateȝ per iura pro hac parte allegata, ⁊ hoc ratione dignitatis qua functus fuit, iura per contrariam partem ducta intelliguntur de simplici monacho. ad hoc lex predicta de albo scri. de maio. ⁊ obe. per tuas. de priuile. apostolice. lib. vj.

Clarissimi. V. I. docto. D. Petri de Perusio finit Tracta. de mutatione status personarum ecclesiasticarum.



Tractatus visitationum Reverendi patris domini Joannisfrancisci de pauinis, Juris vtriusq; et sacre theologie doctoris, et causarum sacri palatij apostolici dignissimi auditoris.

PROEMIVM.



Quoniam Joannis. xxij. Romanus pontifex sciētia atq; idustria magnus, ac mundus, simoniam fugans, et in cultu iustitie magnanimus, plenus quoq; spiritu sancto. Attendens naturam humanam deseruire sensualitati, et ab adolescentia procliuem ad malum semper declinare, et morum subuersionē frequenter in clero et populo continue pullulare, necessariamq; fore visitantiū superiorum auctoritatem, et suffragium vt per eos tanquā per cultoris prouidi sarculos extirpentur vitia, virtutes inserantur. corrigantur excessus, moresq; reformentur, per apostolica scripta mandauit sacri vienen. concilij canones sub Clemente quinto eius predecessore celebrati vniuersaliter suscipi, et alacri studio cognitos etiam in iudicijs obseruari. Quoniam etiam idem sacrum iussit conciliū omnibus ad quos spectat, vt ad cuncta que ad diuinorum celebrationē, diuinumq; cultum, et morum reformationē pertinent ecclesiarūue et cimiteriorum respiciunt honestatem, et ad sacrorum statuta canonū scienda, et irrefragabiliter obseruanda diligens adhibeat studium, vt ex prohemio Clementinarum. et cle. j. de cele. missa. p3. Quoniā etiā qui decreta non habent Ro. pon. de neglectu atq; incuria sunt arguendi. qui vero habent, et non obseruant, de temeritate corripiendi, et increpandi sunt. c. si decreta. xx. dist. vel etiā q2 vt no. Jo. an. in. d. cle. j. de cele. mis. non est facile iura omnia, etiam que ad solum visitationis officiū pertinent, colligere adeq; scire. Jdcirco expediens mihi visum est, opusculū hoc ad omnium visitantium doctrinam et visitandorum profectum salutarem componere, vt sit lucerna quedam pedibus eorum, baculus consolationis, lumen in tenebris lucens, et colūna ignis peregrinantibus qd baculū pastorale precipue appellandū duxi visitantiū quasi seniorum baculus pastorum idest superiorum dominorum. vt no. in. c. j. de censi. et non mercenariorū dimittentium oues, vt lupus comedat illas. ac vt cecis suffragetur, ne cecis alijs ducatum prestantes simul cadant in foueā in. c. cū sit ars. de eta. et qua. Et vt operetur effectus qui in his versibus cōcluduntur. COLLIGE PER PRIMVM. scilicet oues errātes ac ex centum vnam tantum deperditam recuperes. MEDIO REGE Cognoscens vultū pecoris tui, et vt vocē tuā audiant. PVNGE PER IMVM. Vt qui aliquādo fuerunt oues errātes fiant lux in dño. ATTRAHE. Non vt lupus rapax. SVSTENTA. Nō manduces aut deuores. STIMVLA VAGA. Etiā percutiens vbi oportet. MORBIDA. Cures, ne totum corrumpatur ouile. LENTA. Adiuua vt gradatim assuefiant ad aspera tollerāda. vt no. in. c. j. in fi. de sa. vnc. Et vt cū hoc baculo petri nauicula prospere nauiget. Jnuocato prius nomine Jesu Christi, qui nos gratia sue visitationis illustret. c. ois Christianus de con. di. j. cū reuerentia et genuflexione humili. c. decet. de immu. ec. lib. sexto. Queso suppliciter vos omnes visitātes et visitandi, vt si sermo meus inuenerit in cordibus vrīs aliquā scintillam gratuiti amoris dei ad illā augēdā studete, exuflate, et nutrite in vobis, vt cū creuerit, ac flammā dignissimā fecerit, omniū cupiditatū ligna ɔsumat. c. si sermo. de peni. dist. ij. Et hunc lambentes libellū melioribus corroborate ratiōibus, reprehendētibus vero et detrahētibus nō resisto, paratus ab aniculo doceri. xxiij. q. iij. c. j. Sedis apostolice tamen correctioni omnino me subijcio, profiteorq; me tenere, qd approbat, et nō tenere, qd reprobat. xxiij. q. j. hec est fides. de sum. tri. c. damnamus in fi. Demū queso pariter vt antequā ɔtra libelli huius notulas cōmoueamini perlegatis iura in eo allegata, studeatisq; in eis diligenter. et anteq; iudicetis, consideretis mentem iurium vos, qui simillam et mella fastidicis. qm̄ subcinericiū hūc panē gustasse placebit ex granis textuū et magistraliū precipuarū glosarum arte nō modica etiā ad memoriā ordinandam positiue ɔfectum. vt ait Host. in summa. de offi. archi. ad finem.

Diuidit tractatus iste in duas partes principales. Jn prima principaliter agit de ɔcernentibus theoricā officij omniū visitātium. in scda vero pncipalr agit de ɔcernentibus practicā. Que libet aūt dictarū partium subdiuidit in. x. partes fm q quelibet earum ɔtinet. x. questiones principales, que ex ordine patebūt.

DECEM QVÆSTIONES prime partis huius tractatus.

DECEM QVÆSTIONES secunde partis eiusdem.

SVMMARIVM

71 tio poſſidentis † tamen nulla antiqua dierum poſſeſſio iuuat ali
quem male fidei poſſeſſoꝛem.c.vigilāti,⁊.c.ad aures,de pꝛeſcri.
nec laici poſſunt pꝛeſcribere decimas , quas poſſidere non poſ-
ſunt.c.cauſam eo.tit.nec a capite licet membꝛa recedere,ſed ꝙ
omnibus imminet ab omnibus,debet compoꝛtari.c.cum nō li-
72 ceat,⁊.c.accedentes eo.titu.† Nulla ergo abſqꝫ bona fide pꝛe-
ſcriptionum tam canonica q̄ꝫ ciuilis,cuꝫ generaliter ſit omni cō
ſtitutioni,atqꝫ conſuetudini derogādum que abſqꝫ moꝛtali pec
cato non poteſt obſeruari ⁊ ideo opoꝛtet ꝙ pꝛeſcribens in nulla
tempoꝛis parte conſcientiam habeat rei aliene.c.fina.eod.titu.
73 † Item ꝙ ſententia contra leges canonicas pꝛolata eſt nulla.c.
j.⁊ ꝙ equitati conuenit ⁊ rigoꝛi iurgantium controuerſias cele-
ri ſententia terminari.c.j.⁊.ij.de re iudic.⁊ ꝙ cum aliquibus eſt
adiudicata poſſeſſio non ſufficit eis dare pignoꝛa niſi coꝛpoꝛali
poſſeſſione letētur.c.cum aliquibus eo.titu. ⁊ licet conſuetudi-
nis minima nō ſit auctoꝛitas.c.cum cauſa,nō tamē eſt receden-
dum a ſentētia per iudicium eccleſie rationabiliter pꝛomulgata
c.cōſanguinei,niſi iniquitatem contineat manifeſtam , quia nec
tunc vallet appellationis remotio.c.inter cetera,quando tamen
trāſit in rem iudicatam pꝛeſumūtur omnia rite celebꝛata capi-
74 cum inter,de re iudi.⁊ in.c.in pꝛeſentia,de renun.† quia iudicis
animus nō ſemper ad vnam pꝛobationis ſpeciem inclinatur.c.
cauſam que eo.titu.nec moꝛis eſt ꝙ omnia que iudicem mouēt
in pꝛolatione ſentētiarum expꝛimātur.c.ſicut nobis. Ideo pꝛo-
pter auctoꝛitatem iudicis pꝛeſumūtur oīa legittime pꝛoceſſiſſe
vt ibi,⁊ ne lites de nouo reſtaurētur pꝛetextu nouoꝛum inſtrumē
75 toꝛum ſentētia nō debet retractari.c.inter monaſteriū† duobus
aūt iudicibus diuerſas ſentētias pꝛoferētibus oꝛdinarijs tenet
pꝛo reo ſentētia nō ꝓ actoꝛe,niſi in cauſa fauoꝛabili,puta matri
monio,libertate,dote,aut teſtamēto,ſi aūt ſunt delegati tunc pē
det ſentētia ex arbitrio delegātis,ſi vero ſunt arbitri eſt nulla.c.
76 ſi.eo.titu.† Item appellationis remedium nō eſt inuētum,vt ali
cui in ſua nequicia debeat patrocinium exhibere.c.ad noſtram,
de ap.nec ad defenſionem iniquitatis,ſed ad pꝛeſidium innocē-
tie capitu.cum ſpeciali,nec ab executoꝛibus appellari poteſt ca
pitu.nouit,nec fraus aut dolus alicui patrocinari debet capitu.
77 ex inſinuatione,† tamen plus eſt facto pꝛouocare q̄ꝫ verbo capi
tu.dilecti.cōtraria tamen petens non eſt audiendus capitu.ſoli
citudinem.debitus etiam honoꝛ iudicibus eſt deferendus,quo-
rum iudicium de vultu dei pꝛocedit ⁊ litigatoꝛibus eſt cōſulen-
dum etiam ſuper laboꝛibus ⁊ expenſ.capitu.vt debitus , ⁊.c.vt
78 noſtrū. Tertio ēt appellari nō pōt.c.ſua nobis,eo.ti.† Et adde
ꝙ cū veniētes ad ap̄licā ſedē debeāt eē ſub ſua ꝓtectione ſecuri,
quicquid

quicquid post iter arreptum subtractū est 03 restitui.ca.j.de per
79 egri.rc.† Item φ ne ius ecclesie remaneat indefensuz,quādo pi
culum testiuz formidatur,ne veritas occultetur,τ probādi copia
fortuitis casibus subtrahaē etiā lite nō ɔte.testes valitudinarij,τ
alij de quibus ex aliqua rationabili causa timeē sunt examinādi,
τ eadem equitate instrumēta,τ priuilegia quasi iam nimia vetu
state cōsumpta,τ etiam in papiro cōscripta sunt innouāda.c.cū
80 dilecta.de cōfir.vti.vel inuti.† Et demum adde φ sua iura vni
cuiq; sunt seruāda,alias nihil aliud esset φ ordinē ecclesiasticuz
cōfundere.c.peruenit.xj.q.j.τ ideo dicit papa nec honorem meuz
deputato,in quo fratres meos honorem suum pdere cognosco.
xxix.dist.ecclesie,τ in.c.fi.de cōfir.vti.vel inuti.multa alia essent
attēdēda,sed omnium habere memoriam,τ in nullo errare,po
tius est diuinitatis,φ humanitatis.l.ij.§.si quis autem.C.de ve
81 teri iure enuclean.τ no.in.c.porrecta.eo.ti.¶ † Quero etiā quo
modo debeāt τ possunt se exercere visitātes circa reparationes
ecclesiarum,τ hospitalium,τ bonorū temporalium earūdem τ
distribuēdorum in pios vsus,τ maxime executiones testamēto
82 rum,rc.Respōdeo circa premissa attēdēdum,† primo φ quicū
φ ecclesiasticum beneficium habent omnino adiuuare debent
ad tecta ecclesie restaurāda,vel ipsas ecclesias emendādas.c.j.
de ec.edif.nam vbi est emolumentum ibi debet esse τ onus,τ nō
est ferēdus is,qui lucrum amplectiē,onus aūt recusat.C.de ca
du.tol.l.j.§.pro secūdo,in fi.τ.§.ne aūt.sicut ad quē spectat peri
culū τ emolumētum.C.de fur.l.manifestissimi.§.pe.in fin.nam τ
fructuarius teneē ad sarta tecta.C.de vsufru.l.eum ad quem.ff.
eo.l.vsufruc.leg.Primo respōso.qō intelligit glo.quādo quar
ta ad hoc deputata non sufficit alias secus de quo habetur.x.q.
83 iiij.vnio † debent ergo cogi q habēt parochiales ecclesias ad re
parationē τ instructionem earum cuz opus fuerit de bonis,que
sunt ipsius ecclesie,τ que eis supersunt offerre,vt eorū exemplo
ceteri inuitenē.c.de his.eo.ti.etiam si partē fabrice nō recipiant
84 vt ibi no.ar.xij.q.ij.pōtifices † qui nāq; alium inuitat ad faciē
dum in se debet habere quod predicat.xxvj.di.vna tātum.xxv.
di.primum.ff.de neg ge.l.si pupilli.§.fin.ff.de fideius.l.tutor.ff.si
seruitus ven.altius.lxj.di.miramur.lij.di.§.j.xlviij.di.§.necesse.
cū in officijs caritatis primo loco illis teneamur obnoxij a qui
bus beneficium nos cognoscimus recipisse ideo penes ecclesias
bona clericorum inde acquisita debent ramanere.c.cum in offi
cijs,cū fi.de testa.obligatur enim ad antidora sicut donatarius.
85 l.sed si lege.§.cōsuluit.ff.de peti.he.viij.q.j.illud,† et ideo si pre
latus cum capitulo sup hoc duxerit aliquid ɔtribuēdum p cano
nicos,vel clericos ecclesie ad fabricā eiusdē,τ aliqui duxerint re
sistēdum,obtinebit sentētia plurimoꝝ maioris.s.τ sanioris par
tis capituli,vt in.c.fi.de his q̄ fi.a ma.par.cap.xvj.q.j.si mona
chus,in subsidiū aūt parochiani laici sunt inuitādi,ar.c.j.de sta.
86 regu.li.vj.τ ēt cōpellēdi iuxta ea que habētur in dicto.c.j.de ec.
edi.† Quid aūt faciēdū sit qñ ecclesia secularis erigiē in regula
rē tradiē in.c.ad audiētiā.ij.eo.tit.τ quomodo nō obstāte iura
mēto de reb.ec.nō alie.populo indigēti sit salubriter puidēdum
87 tradiē in.c.fi.τ in.c.ad audiētiā eo.ti.τ idē de hospitali.c.cū di
cat eo.ti.† τ an ecclesie teneanē cōtribuere fabrice plebis paupe
ris,vide p frede.in cōsil.ccxxiij.τ adde φ de his que in ornamē
tis,seu fabrica,vel luminarijs ecclesiaꝝ,τ alijs ob ppetuum cul
tum diuinuz legātur ecclesie vel reliquis pijs locis canonica por
tio dūmodo in fraudē episcopi nō fiat vel parochialis eccle.de
88 duci nō debet.c.fi.de testa.† Secūdo est attēdēdū φ si heredes
iussa testatorum nō impleuerint ab episcopo loci illius ois res,q̄
eis relicta est,canonice interdicēda est,cum fructibus,τ ceteris
emolumētis,vt volūtas defuncti impleatur.c.si heredes,de te
89 sta.quod intellige infra annum.C.de fideicō.auctē.hoc amplius
† pertinet enim ad episcopum testamenti defensio τ executio.ff.
de peti.her.l.hereditas.§.si defuncto.precipue in his q̄ ad pias
causas relinquuntur.c.tua.de testa.per diocesanum nāq; episco
pum cogi debent executores testatorum explere voluntatē post
mandatum susceptum,τ tam circa satisfactionem creditoris,φ
circa relicta venerabilibus,τ pijs locis.vt in.c.ioannes,de testa
mentis,in omnibus enim pijs volūtatibus est per locorum epi
scopos prouidendum,vt secūdum defuncti volūtatem vniuersa
procedant,τ vt executores testamētorum tam religiosi φ cleri
ci seculares τ laici pecuniam,τ alia bona que per eorum manus
ex testamentis decedentium in vsus pios expendi debent,alijs
vsibus nō applicent,sed fideliter,τ plenarie in vsus pdictos ex
pendant monitione preuia,licet etiam a testatoribus id cōtinge
ret interdici.c.tua.de testa.pro inde commonere etiam debet he
redes φ infra annum monasterium quod iussum est a testatore

debeat heres ordinare τ cūcta scdm volūtatem defuncti sine al
teratione cōstruere,τ si iuxta predictum tempus siue in loco in
quo cōstitutum fuerat,seu si ibi nō potest,τ alibi placet ordina
re,per episcopū edificari debet τ omnia ipsi loco sine diminutio
ne qualibet assignari,sic enim secundum pijssimas leges dilatas
defunctorum pias volūtates episcopali decens est studio adim
pleri.c.nos quidē,de testa.τ.l.nulli.de episcopis,τ cle.τ in auc.
90 de ec.titu.§.si quis edificatione,colla.ix.¶ † Et attēde φ si reli
giosus deputatur executor a testatore nō potest exequi,nisi peti
ta,τ obtēta a suo superiore licētia,cum nō habeat velle nec nol
le,siue etiā sit canonicus regularis siue mēdicans.c.fi.τ ibi not.
91 de testa.lib.vj.† minor etiam.xxv.annis τ mulier possunt depu
tari executores de ɔsuetudine,τ vno ex pluribus deputatis mor
tuo,vel in remotis agente,ēt nō citato alius poterit officiū exer
cere,qz nō transit ad heredem,nisi testator aliud expresserit vt
92 ibi,qz industria τ amicitia videē electa.† Exigere etiam rationē
debet ordinarius loci a religiosis etiam exemptis de testamento
rum executionibus,quas gesserunt,τ si circa id delinquisse repe
riantur,illos puniat vt cle.j.de testa.licet secus sit in alijs exem
ptis non religiosis.Etiā si testator eos liberasset ab onere ratio
nis reddende,vt ibi no.τ in.c.ioannes,pzeallegato,τ de mō ra
tionis reddēde no.spe.in titu.de instru.edi.§.nunc aliqua.versi.
sed nunquid,qō si ordinarius nō petat rationem reddi,illi nihi
lominus debent offerre,nec sufficit licētia tacita superiorꝰz,τ di
93 cta licētia,quādo φ potest per superiorem reuocari,† hodie ta
mē frater minor inhabilis est ad hoc,vt in cle.exiui,vt no.in di
cta cle.j.de testa.τ de materia executionis plene vide reliqua p
Jo.an.in d.c.ioannes,τ per spec.in.d.§.nunc aliqua,τ p archi.
lxxxviij.d.c.episcopus,τ legistas in.d.l.nulli,τ Jo.an.in adi.in
94 dicto.§.nunc aliqua.¶ † Et quoniam hospitalia reformari de
bent p collatores ipsorum,τ cogi debent rectores eorum ad cō
seruationem locorum,τ suorum iurium,τ ad hospitalitatem te
nendam,iniunctum est ordinarijs locorum vt suppleant defectū
95 τ negligētiam collatorum etiam circa exempta,† τ prohibētur
hospitalia in beneficium concedi,nisi in duobus casibus,subla
ta omni contraria consuetudine,τ tenentur hospitalarij iurare,τ
ad instar tutoris,τ curatoris conficere inuentaria de bonis ho
spitalium,τ annis singulis reddere rationem alias eorū deputa
tio annullaē,exceptis tamē hospitalibus ordinum militariū,sal
uis etiam antiquis cōsuetudinibus locorū circa diuina officia τ
sacramēta,de quo plene in cle.qz ɔtingit,de reli.do.heu heu.do
leo,timeo.ne per dictam cle.multitudo damnetur prelatorum,
christū pauperem negligētium.Adde cle.j.in fi.de priui.τ.c.de
96 xenodochijs,de reli.do.¶ † Insup attēdēdum circa decimaruz
alienationē,φ laici decimas cū animarum suarū periculo deti
nētes,illas prohibētur in alios laicos aliquo modo trāsferre,et
si quis eas receperit,τ ecclesie nō reddiderit christiana sepultu
ra priuatur p cōcilium lateran.de quo in.c.prohibemus,de deci
mis,qō cōcilium fuit celebratum de anno millesimo cētesimo se
ptuagesimonono,vt referūt doctores post hosti.in.c.cū aposto
97 lica,de his q̄ fiunt a pla.sub alexā.iij.q fuit senēsis,† τ refert cro
nica martiana,φ cremonēses,placētini,τ mediolanē.tunc ɔstru
xerunt alexādriā ɔtra papiā,quā ab ipso alexandro sic vocaue
rint,possessas vero añ cōciliū retinere pñt,τ presumiē titulus añ
cōciliū habitus,si allegaē ex possessione immemorabile subsecu
ta,p ea que habētur in.d.ca.cū apostolica,in dotē etiā dari pñt
ad tēpus de quo in.c.nup.de dona.inter viꝝ,τ in.c.cū bertbol
98 dus,de re iudi.† Et adde φ si prelatus viderit expedire potest
feudū alijs cōcedere decedēte feudatario nō obstāte iuramento
de nō infeudādo de nouo incōsulto ro.pon.Itē vasallo alienāte
feudū pōt dominus feudi de illo inuestire filiū cōsanguineum τ
cōsortem domini alienātis.Item feudum alienatū qō pro se fa
cile recuperare non potest,alteri potest concedere,p quē ecclesia
valeat ipsum rehabere.c.ex parte,de feud.ecclesia autem recu
perans feudum fructus suos facit,τ feudatarius a seruitio libe
99 ratur interim.c.j.eod.titu.† Adde etiā φ de singulis fructibus
sunt soluende decime,videlicet de singulis decem vnus,τ nō mi
nus capitu.cum homines,de deci.non obstante consuetudine,
aut prescriptione capi.in aliquibus eodem titu.τ de prouenti
bus molendinorum,piscariarum,feno,lana,lacte,caseo,anima
libus,rc.capit.peruenit eodem titu.τ non deductis expen.que
100 fiunt pro recipiendis fructibus capi.pastoralis eo.titu.† τ quo
modo debeant portari ad domum habentis eas recipere,vide
omnino in spec.de deci.ad finem qui allegat.xvj.q.j.reuertimi
ni,ppe principium,τ.q.vij.ca.j.vbi etiā dicit φ potest interdici
ñ fundi ne fructus colligat,vel exportet nisi eo dño vl eiꝰ nūtio

presentes ne forte in decimã defraudetur de quo per Jo.an.in.
c.ex parte.ij.de decis.per.l.ij.C.quando ⁊ quibus quarta pars
debetur ibi sub aspectu curialium,cõcludit tamẽ spec.attenden-
dam cõsuetudinem approbatam per principem.l.si publicanus
in fi.de vectigalibus,⁊ cõ.nisi vbi consuetudo prestaret occasio
nem subripiendi per.§.quia vero.in auct.vt nulli iudi.⁊ dat simi
lem solutionem ad questionem qua queritur si mihi dudum sol-
uisti decimam in domo mea ⁊ volo ꝙ prestes in area secundum
101 vbertum,facit qđ habet̃ in.c.in aliquibus,de deci.⁊c.† ¶ Attẽ
dere etiam debet visitator,⁊ inhibere,ꝙ nullus presbiter presu-
mat calicem,vel patenã,vel vestimentum aliud sacerdotale,aut
librum ecclesiasticũ tabernario,aut negotiatori,aut cuilibet lai-
co,vel femine in pignus dare,nisi iustissima necessitate vrgente.
c.j.de pigno.quia ex quo fuerunt in sacro vsu ad manus laicoꝝ
102 peruenire non debent,de cõ.di.j.ligna.⁊c.† Item ꝙ nullus cleri
cus fideiussionibus inseruiat alias abijciat̃ a clero.c.j.de fideiu.
⁊ presertim religiosus.c.qđ quibusdã.eo.ti. Et adde ꝙ fructus
decimarum possunt ad tempus locari laicis , non obstante statu
to contrario episcopi.c.vestra,de locato.probatur in.c.fi.ne pre
103 lati vices suas,de quo plenius no.in.c.q̃uis,de deci. ¶ † Attẽ
dẽdum est etiam circa precarias que de quinquẽnio in quinquẽ
nium secũdum cõsuetudinem,⁊c.renouantur,vt in.c.j.de preb.
ꝙ si irrationabiliter a rectoribus ecclesiaꝝ facte fuerit se suosq̃
successores pena graui obligantibus,ne facta ipsorũ possent dis
soluẽre,successor antecessoris pena non obligatur,sed sue proui
dentie concessum est,vt si antecessor res ecclesie irrationabiliter
distribuit,ab eo ad ius eiusdem ecclesie reuocentur.c.ij.eo.ti.se-
cus si facte fuerint rationabiliter,quia tunc ante finem tempo-
ris non possent reuocari,vt in.c.fi.eo.ti.⁊ soluuntur obitu cõce-
dentis,⁊ alienatione ⁊ alias prout in dicto.c.fi.in princi. Et ad-
de ꝙ q̃q̃ sit scriptum,ꝙ nobilitas hanc sibi quodammodo le-
gem ponit,vt debere se qđ sponte tribuit,extimet,⁊ nisi in benefi
cijs suis creuerit nihil se prestitisse putet,vt in.c.j.de donationi-
bus,vñ dominus dixit beatius est dare q̃ accipere.xvj.q.j.pre-
dicator,de cele.mis.cũ matthe.vnde martialis coquus reprehẽ
dit quẽdam,qui quottidie discurrebat per hospicia aliorum,di-
cens sceuola tu comedis apud omnes nullus apud te,tu semper
alterius siccas pocula,nemo tuum.aut tu redde vicem,vel desi
104 ne velle vocari,Dedecus est semper sumere,nilq̃ dare , † tamẽ
cum quilibet prelatus ecclesiasticarum rerum procurator sit, nõ
dominus,cõditionem ecclesie meliorare potest,deteriorem vero
non debet facere,⁊ ideo donationes factas ꝑ episcopũ in detri-
mẽtum ecclesie incõsultis canonicis potest successor tam a cleri-
cis q̃ a laicis reuocare.c.ij.de dona.facit.xij.q.j.c.fi.⁊.q.ij.c.si-
ne exceptione,⁊.x.q.ij.c.casellas,⁊ de in integ. resti.c.j. modica
tamẽ ex cõsuetudine põt donare.c.cetéꝝ,de donatio.sine tamen
105 preiudicio tertij.c.cõsultationibus eo.ti.† Et q̃ ecclesia si iusta
donatione,sicut nec in alijs suis actibus fraudem debet aliquaʒ
adhibere,ideo tenetur donatorio reintegrare qđ postea diminu
tum reperit̃.c.per tuas eo.titu.⁊ clausula in fi.donationis appo
sita nõ refertur ad priora diuersa,quia in contractibus plena,in
testamẽtis plenior,in beneficijs vero plenissima est interpretatio
adhibẽda.c.cum dilectus.eo.ti.vt tamẽ donatio sit legitima est
106 cõsensus sui capituli inquirẽdus.† Et donãtes patronus ⁊ epi-
scopus ecclesias trãsferunt omne ius suum preter cathedraticũ,
vt in.c.pastoralis,de don.semper etiam intelligit̃ correctionem
sibi retinuisse.xvj.q.j.visis,⁊ procurationem,⁊ visitationem , de
107 cẽsi.cũ venerabilis † nec ad donationẽ infringẽdam potest q̃s
suã turpitudinẽ allegare,q̃ nõ deceptoribus , sed deceptis iura
subueniũt,quo ad alios tamẽ secus,q̃ res inter alios acta alijs
108 nõ preiudicat.c.inter dilectos.eo.titu.vbi concor.plurien.† De
bet etiam donans aduertere,vt tẽperamẽti equitas obseruetur,
qđ cui tribuit cõpetens subsidium cõferat,⁊ cui tollit,dãna gra-
uia nõ infligat q̃ ꝑ canones incaute largiri volẽtibus est ocur-
109 sum. † De superioris vero auctoritate potest in magna summa
inopie alterius prouideri per abũdãtem.c.ad apostolice.eo.tit.
⁊ propter eius ingratitudinem in quẽ liberalitas est collata do-
natoris persona eã de rigore iuris potest reuocare,puta si in do
nãtem impias manus iniecerit,aut atroces iniurias , aut graue
rerum suaꝝ dãnum,vel vite periculũ inferre presumpserit,qđ tñ
ad donatoris qui hoc tacuit nõ extẽditur successores.c.fi. eo.ti.
Et idẽ si cõditionẽ appositã nõ impleuit.l.fi.C.de reuocãdis do
na. Itẽ ꝑꝑ liberos susceptos post donationẽ.l.si vnq̃.C.de re-
110 uo.dona.simile.xvij.q.vl.c.fi.vbi de iure poli nõ fori,⁊c. † mu-
lier aũt donans filijs,⁊ trãsiens ad scđa vota ex tribus tãtũ cau
sis donationẽ põt reuocare,vt in auctẽ.hoc quoq̃.C.de reuocã.
dona,⁊ in auc.de nup.§.mater.alias aũt nõ fit reuocatio,vt in-
stitu.de dona. in.§.alie.de quibus oibus plenius hr̃ in.d.c.fi.de
111 dona.⁊ i.l.si totas.C.de inoffi.dona.† Adde ẽt ꝙ donatio per
fecta neq̃ ꝑ penitẽtiã põt reuocari neq̃ pretextu iperialis rescri
pti.l.possessionẽ,⁊.l.si donationibus.C.de reuocã.dona. ⁊.xxij.
q.ij.nõ enim.nec recipit postea ꝑfecta donatio ꝯditionẽ.l.perfe
112 cta.C.de dona.q̃ sub modo † ⁊ reuocat̃ nõ solũ donatio facta li
berto occasione obsequij nõ prestiti,sed ẽt res empta ex pecunia
donata.C.de reuoca.dona.l.j.lʒ libertas nõ.C.de liberali cã.l.
sola.ex alijs vero causis reuocat̃ ẽt libertus in seruitutẽ.xij.q.ij.
octaua discussio.⁊ i auc.vt liberti.de cetero.§.illud de quo in.c.
113 nullus,de seruis nõ ordi. ¶ † Demũ est summe aduertẽdum ad
alienationẽ reꝝ ⁊ bonoꝝ ecclesiasticoꝝ. Circa qđ attẽdat preci-
pue visitator ꝙ possessiones ad mẽsam ꝑlati vel capituli ꝑtinen
tes alienari nõ debent,sicut nec ecclesie,in q̃bus monachi mini-
strare ꝯsueuerunt,nõ pñt clericis vel laicis assignari.c. possessio
114 nes,de re.ec.nõ alienã.† Alienatiõis aũt v̾bũ ꝯtiet vẽditionẽ,
donationẽ,ꝯductionẽ,ꝑmutationẽ, ẽphiteosiʒ ꝑpetuũ ꝯtractũ,
nulli ergo lʒ alienare rẽ imobilẽ eccle.sue siue agrũ siue rusticũ
mãcipiũ neq̃ ẽt spãlis hipotece tit.obligare.c.nulli.eo.ti. Et q
res eccle.petũt a regibus ⁊ horrẽde cupiditatis impulsu egẽtiũ
115 substãtiã rapiũt,puniunt̃,vt in.c.ij.eo.ti.† nã ẽt epi q nihil ex ꝑ
prio eccle.xpi cõferunt famulos ecclesie liberare nõ pñt,q̃ ipiũ
est,vt q res suas ecclesie nõ attulerit,dãnũ inferat ei.c.epi.eo.ti.
Quinimo si quis clericoꝝ aut defensoꝝ alienat prediuʒ ecclesie
quo iratus deus animas ꝑcutit,gladio anathematis est ferien-
116 dus ⁊ prout in.c.si quis ꝑsbiteroꝝ.eo.ti.† Clericis vero q eccle
sie sue relinquunt,aut nihil habẽtes aliqua predia seu familias
ecclesijs acquirũt,licitũ est aliquos de familia eiusdẽ ecclesie ma
numittere iuxta rei collate modũ,ita vt cũ peculio ⁊ posteritate
117 sua sub patrocinio ecclesie maneant.c.ꝯsensus eo.tit. † licitũ est
ẽt cõmutare res ecclesie cũ ꝯsensu partiũ ⁊ episcopi.c.j.eo. titu.
Itẽ terras que de siluis sunt extirpate , ⁊ arabiles facte possunt
ecclesiastici sub ãnuo cẽsu hereditario iure cõcedere his,a q̃bus
suo vel parẽtuʒ labore fuerunt extirpate,nisi forsan tunc possint
alijs causa maioris ecclesie vtilitatis ⁊ eodẽ labore ⁊ honore cõ
ferri.c.ad aures eo.ti.⁊ est ratio ne pauperes habeãt miserabili
118 ter deplorare labores suos.l.fi.C.de aluuiõibus ⁊ palude. † Et
adde ꝙ in dubio cõsultius est rẽ possessaʒ ab ecclesia presumi de
mẽsa,⁊ nõ posse alienari ꝑꝑ iuramẽtũ fidelitatis,⁊c.c.vt sup eo.
ti.ꝙ si alienata reuocari de facto nõ pñt aliter q̃ restituto ꝑcio
alienationũ,auctores ad susceptã inde pecuniã ꝯductoribus re
fundere cõpellunt̃.c.ad audiẽtiam eo.titu.presertim qñ ꝑꝑ alie
nationẽ ecclesie incurrunt enorme dispẽdiũ,⁊ pecunia in ecclesie
vtilitatẽ fuit expẽsa cũ fructus ꝑ cõductorem recepti sufficere si
bi debeant ⁊ pro labore.c.ad nostram.eo.ti. Concludendum est
ergo ꝙ laicis q̃uis religiosis disponẽdi de rebus ecclesie nulla
est attributa facultas,quos obsequendi manet necessitas,nõ au
ctoritas imperandi,⁊ refrigescente charitate immunitateʒ eccle
siastice libertatis , quam ⁊ sancti patres, ⁊ principes seculares
multis priuilegijs muniuerunt suis cõstitutionibus impugnare,
119 ⁊ nõ indẽnitatibus cõsulere ecclesiarum,† ⁊ ideo vẽditiones seu
dorum ecclesiasticorum,seu aliorum bonorum,siue ecclesiarum,
⁊ personarum sine earuʒ assensu presumptas occasione laice po
testatis decernũtur nõ tenere.c.fi.eo.ti.facit.c.que in ecclesiaꝝ,
de cõstitutionibus,etiaʒ si solũ sint iura spiritualibus annexa.c.
120 quãto.de iudic. † Superioris tamẽ cõsensus bonorum ecclesie
vacãtis,⁊ legitimo defensore carẽtis,qui a superiore prius depu
tãdus est tractatu solenni , ⁊ diligẽti,qui in perpetuis alienatio
nibus rerum ecclesiasticarum exigitur non interueniente,aliena
tionem,ordinationem ⁊ conces.presertim cum euidens necessi-
tas,qua fieri debuerunt,non aderat,non validat alienationem.
121 c.j.de reb.ecc.nõ alienandis.lib.vj.† Contractus autem etiam
omnes iuramenti pene vel alterius cuiusuis firmitatis adiectio
ne vallati,qui de talibus alienationibus sine consensu capituli,⁊
apostolice sedis licentia celebrati,⁊ quicquid ex eis est subsecu-
tum viribus carent , nec ius aliquod tribuunt,nec prescribendi
causam.quinimmo puniuntur tam alienantes quam recipien-
tes,ac etiaʒ in casibus permissis laici vltra id quod ex natura ip
sorum contractuum permittitur aliquid vsurpare non possunt,
alias etiam pena loci interdicti puniri debent.c.ij. eo.titu.li.vj.
122 † Et hinc est,ꝙ monasteriorum iura redditus,aut possessiones
nullus religiosus alicui ad vitaʒ eius seu aliud certũ lõgũ tẽpus
videlicet.x. annoꝝ pecunia etiã inde recepta quouismõ ꝯcedet̃
põt,nisi necessitas,aut vtilitas eccle.exposcat,⁊ ꝯsensus cap.ac
cedat,⁊ in defectũ auctoritas suꝑioris,vt in cle.j.de re.ec.ñ ali.
123 † vna

123 †vna etiam ecclesia alteri, seu dignitati, vel prebende etiam reli
gioso loco vniri non potest, non vocato rectore, vel ea vacante
eius defensore, non tamen patrono, quinimmo etiam cum con⸗
sensu capituli mense sue per prelatuz non potest vniri cle. si vna.
eo. titu. de quo in. c. j. ne sede vacante, ⁊ c. sicut vnire, de excessi.
prela. etiam per legatum apostolice sedis. c. fin. de confir. vti. vel
124 inuti. †patronis autez ecclesie fundatoribus pro fundatione ho
nor profes. seruatur, ⁊ si ad inopiam vergant ab ecclesia illis
modeste succurrendum est, vt in. c. nobis, in fi. de iure patro. ha⸗
bito scilicet respectu ad facultates ecclesie, ⁊ qualitatem perso⸗
ne. x. q. iij. c. fi. ff. de vsufruc. l. sed ⁊ si quid. in. §. j. facit. xvj. q. vij.
125 quicunqꝫ. †Et adde ꝙ laicus potest donare ius patronatus ali
cui ecclesie etiam sine consensu episcopi, sine tamen episcopi pre
iudicio, ⁊ vbi est commune ius patronatus inter clericum ⁊ lai⸗
cum habebit vterqꝫ tempus semestre ad presentandum cap. j. de
126 iurepa. lib. vj. ⁊ non quadrimestre, † quia ecclesiasticum tanquã
magis dignum trahit ad se laicale tanqꝫ minus dignum, facit.
l. si communem quemadmodum seruitus amittatur ⁊. c. pen. de
127 conce. pre. † ⁊ plures heredes vnius patroni vnam tantum vo⸗
cem habent in presentando, ⁊ ꝙ plures patroni possunt conue⸗
nire ad alternis vicibus p̃sentando, ⁊ ꝙ possunt presentare plu⸗
res, vt vnus ab episcopo eligat̃. cle. plures, de iurepatronatus.

SVMMARIVM

1 Visitator quomodo se habere debeat circa ordinatos, ordinandos, ⁊ beneficiatos.
Batizans si non est ordinatus, reicitur ab ecclesia, ⁊ amplius non est ordinandus.
2 Babptizare in casu necessitatis cuilibet licitum est, etiam heretico in forma ecclesie.
3 Diaconus missam celebrans ante presbiteratum non promouebitur ad sacerdotium.
4 Promotus ante susceptum baptisma rebaptizandus est.
Idem si sit baptizatus non secundum ecclesie formam.
5 Idem si per saltum, subdiaconatu pretermisso, fuerit in presbiterum ordinatus.
6 Presbiter non baptizatus licet quo ad se sacramentum, nõ cõficiat aliјs tamẽ proficit q credunt eum baptizatum.
7 Dispensari potest cum recipiente furtiue diaconatum.
8 Promoueri quis nõ debet citra conscientiã sui episcopi, ⁊ sine eius examinatione.
Anathematis interminatio que dicatur.
9 Dispensari potest cum eo, qui minores ordines, ⁊ subdiaconatum temerario ausu recepit.
10 Diaconorum prior ab ordinatore interrogatus, si tali ordine est dignus, quomodo rñdere debeat, vt non peccet.
11 Dispensari potest cum clericis suscipiẽtibus ordines ab episcopo excommunicato.
12 Dare quis non potest, quod non habet.
Excommunicatus alium excommunicare non potest.
13 Ordinatus in diaconum, vel presbiterũ si quis sit sine manibus consecratorie ordinatis quid agendum.
14 Idem in ordinato in subdiaconum, si fuerit pretermissa manus benedictio.
15 Cadauera sepultorũ a scismaticis an exhumanda sint.
16 Litere clericorum peregrinoꝝ super ordinatione sigillis quinqꝫ episcoporum munite esse debent.
17 Ad literarum fidem sufficit sigillum vnius episcopi noti.
Clerici de alienis episcopatibus non debent in ecclesijs institui, cum de gremio ecclesie adsint idonei, ⁊ nu. seq.
19 Ecclesia infamatur, quando eis procuratores, ⁊ actores ordinãtur ante ratiocinia reddita.
20 Visitator diligẽter debet scrutari literas clericoꝝ peregrinoꝝ.
21 Corpore vitiati an ⁊ quando sint ordinandi.
Clericus quis fieri nõ potest, nisi ingenuus sit.
22 Exempla presentia nos in futurum precauere faciunt.
23 Casus omnes fortuitos preuidere difficile est.
Serui per episcopum ordinari prohibentur.
24 Ordo subdiaconatus sacer est.
25 Filij presbiterorum, nec alij ex fornicatione nati ad sacros ordines promouendi sunt.
26 Beneficij impetratio facta p̱ natum ex illicito coitu, hoc tacito, non valet
Hereditaria successio in beneficio detestabilis est.
27 Episcopus promouens natos ex coitu illicito eis ꝓuider̃ tenet̃.
18 Natalium defectus vbi est manifestus, tela iuditiaria opus non est.
29 Filiũ illegitimum in altari patris ministrare indecorum est.
Papa solus dispensat in successione filij in beneficio patris.
30 Bigami, nec penitentes, nec repudiatarum mariti sunt ad sacerdotium promouendi.
31 Dispensari non debet contra apostolum, ẽt super ordinibus susceptis.
Dispensari cum bigamis non potest.
32 Dispensari nõ licet cum subdiacono viduam in vxorem ducẽte.
33 Bigamus quare promoueri non possit.
34 Promoueri ad sacerdotium nõ potest qui duxit in vxorom ab alio ductam, sed nõ cognitam, ⁊ quare.
35 In matrimonio triplex designatur sacramentum.
36 Papa solus ad subdiaconatum, ⁊ ad alios sacros ordines ꝓmouet in alijs diebus, qꝫ in quatuor tẽporibus, aut sabbato sancto, aut ante dominicam de passione.
37 Ordines minores in diebus dominicis, ⁊ alijs festiuitatibus cõferri possunt.
38 Diaconatus, si in sabato conferatur, ordo sacerdotij in dominica sequenti conferri non potest.
39 Ordines duo sacri eodem tempore conferri non possunt.
40 Regnum dei in caritatis amplitudine acquiritur, ⁊ nõ in sublimitate gradus.
41 Ordines tres sacros eodem die suscipiens punitur.
In ordinãdis grecis quid attẽdatur.
Quid in cõsecratione presbiteri, ⁊ episcopi.
Quid in ordinatione occulti, vel notorij peccatoris.
42 Delictum notorium repellit a promotione, ⁊ nõ occultum.
43 Beneficia cõferẽtes non cõstitutis in etate puniuntur.
44 Sacerdotes bonos paucos hr̃e melius est, qꝫ multos malos.
45 Ellectus in episcopum repertu insufficiens, ⁊ sine literatura, amouetur.
46 Ad ordinem sacrũ ascẽdere volens qualis esse debeat.
47 Tõsura ab abbate cõferri potest. Subdiaconus in episcopum elligi potest.
48 Dispensationes ostendere per ordinarios habentes plures dignitates, ⁊ alia beneficia cum cura compelluntur.
49 Episcopi cum illegitime natis quando in minoribus ordinibus dispensant.
Dispensatus, ꝙ non obstante ꝙ sit illegitime natus, possit ad curatum beneficium promoueri, non poterit duo benefitia insimul tenere.
50 Dispẽsatio secunda non valet a papa ĩpetrata super pluralitate beneficiorũ, si in ea tacuit, qualiter fuerat in curato beneficio super defectu originis dispensatum.
51 Dispẽsare possunt episcopi cũ his, qui. xx. annũ cõpleuere, ꝙ dignitates, ⁊ p̃sonatus obtineant, si aliud canonicũ nõ obstet.
52 Bigamus omni priuilegio clericali nudatus est, ⁊ foro seculari est astrictus, nec tõsuram deferre potest.
53 Ordinare qñ possit episcopus italie vltramontanum.
54 Ordinans sciẽter clericum alienum quomodo puniatur.
55 Literas comẽdatitias ad ordines qui dare possint.
56 Ordinare qñ possint episcopi priores prioratuũ nõ exẽptorum.
Tõsuram clericalem nemo ordinans homini aliene diocesis sine sui superioris licẽtia potest cõferre.
57 Comẽdare potest episcopus beneficium curatum ad sex mẽses.
Et ecclesie vacãti economos cõstituere.

Questio sexta secunde partis.

SExto Quero principaliter, quomodo debeãt, ⁊ possint se exercere visitantes. Circa ordinatos, ⁊ ordinãdos, ⁊ beneficiatos, ac super dispẽ
1 sationibus, ⁊c. ac literis, ⁊ in titulis eorum ⁊c. † Re
spondeo primo, ꝙ si quis baptizauerit, aut aliqđ diuinũ officiuz
exercuerit nõ ordinatus propter temeritatem est abiciendus de
ecclesia, ⁊ nunqꝫ ordinãdus. c. j. de clerico nõ ordinato mini. qđ
intellige cum facit, ac si esset ordinatus ⁊ ei liceret ex offic. secus
2 si in necessitate, † quia tunc licitum est cuilibet baptizare. iij. q. j.
ad limina. xxiij. di. diacones, ⁊ hereticis. de cõs. di. iiij. a quodaz,
dũmodo in forma ecclesi. xxiiij. q. j. si q̃ forte, ⁊ de sum. tri. ca. j. §.
3 sacramẽtum. † Itez si quis diaconus ante ordinẽ presbiteratus
susceptuz missam celebrauerit, ad sacerdotis officiũ non poterit

promoueri, et suspēdet, nisi religionē ingrediatur ad penitētiā peragēdam, donec secum dispēsetur, licet possit ei de beneficio prouideri, ne sustētatione priuatus ad seculi negocia reuertat, vt. c. ex literis. de cle. no. ord. mi. nec cōfecisse dr sacramētū vt ibi no.
4 † Et idē si ante susceptū baptisma fuisset promotus, qr est rebaptizādus, vt in. c. j. de presbitero nō baptizato, et reordinādus ex integro, vt in. c. fi. eo. ti. et idē si fuisset baptizatus, sed nō sm formā ecclesie, vt ibi, qr nō intelligitur reiteratū qd ambigitur eē factum, et articulus necessitatis excludit religionis cōtemptū, vnde nec presumptio pro certitudine habet, qñ euidētissimis argumētis, ɔtrium probatur, et pro tali est in ecclesia orādū qr saluus est asserēdus et celestis patrie gaudiū adeptus, qr in sancte mris ecclesie fide et xpi nominis cōfessione pseuerauit. Unde augu. de ciuitate dei, baptismus inuisibiliter mōstratur, quem nō cōtemptus religionis, sz terminus necessitatis excludit, et ābrosius vētrem meuz doleo, qr quē regeneraturus erā perdidi, ille tñ gratiā quā poposcerat, nō amisit. c. iij. eo. ti.
5 † Idē si fuit promotus in psbiterū et ptermisso ordine diaconatus, et sic p saltū, iustā pretēdens ignorātiā, ex quo ita asserebat ab his, inter quos fuerat cōuersatus, et q infra annos discretionis inferiores ordines suscepit, cui tamen pro negligētia tali iniūgitur penitētia, et reiteratur ordo diaconatus, secūq potest dispēsari, vt ministret in ordine sacerdotali, vt in. c. vno. de clerico per saltum promoto.
6 † Attēde tamē q licet presbiter nō baptizatus ve nō cōfecerit sacramētum, tamē, quo ad se et eos qui credebant eū baptizatuz, proficit, vt no. in. d. c. ij. de presbitero nō baptizato.
7 † Dispēsari etiā potest cum eo qui furtiue ordinem diaconatus suscepit iniuncta penitētia diuersa maiori. s. quādo interminatio anathematis tēpore ordinationis per ordinantem facta fuit, vt in. c. j. de eo qui fur. or. susce. et idem si tūc ab aliquo archidiacono interminatio
8 facta fuit † nō enim debet quis citra cōscientiam sui episcopi et sine examinatione promoueri. liiij. dist. extra consciētiam. xxiij. di. qñ episcopo, et dicitur interminatio anathematis excommunicatio sub cōditione facta vt not. in. d. c. j. de eo qui furtiue, etc.
9 † Et idē in eo qui minores ordines et subdiaconatum temerario ausu suscepit in. c. ij. eo. ti. et idem in his qui nō a vero suo episco
10 po clādestine ordines susceperunt in. c. fi. eo. ti. † Et propterea quando ordinator aliquem in diaconum vel presbiteruz promouet, prior diaconorum, qui ei assistit, Dicit, postulat sancta mater ecclesia hunc diaconum, vel subdiaconum ad ordinem diaconatus assumi, vel presbiteratus, et ad interrogationem ordinantis si eum cognouerit esse dignum, idem respondet, q quātū humana fragilitas nosce finit, et scit, et testificat illum ad huiusmodi officium esse dignum. nec in hac responsione peccat, dummodo contra conscientiam nō loquatur, quia nō simpliciter asserit, sed quātum patitur humana fragilitas, et illum quem indignum esse nō nouit, dignum debet extimare, vbi aliter de indignitate non constat, alias intimetur metropolitano anteq ad scrutinium veniat, hec tamen interrogatio nō fit in ɔsecratione pōtificis vt in
11 c. j. de scrutinio. † Et scias, q cum clericis, qui ab excommunicato episcopo ordines susceperunt per suos episcopos poterit dispensari. c. fin. de ordi. ab episcopo qui renuntiauit episcopatui. Similiter poterit dispensari cum eo, qui sacros ordines suscepit ab episcopo, qui renuntiauerat prius loco et dignitati episcopali, dum tamen non scienter susceperit, vel in crassa et supina fue-
12 rit ignorantia. c. j. eo. ti. et est ratio † qr qd non habet, dare nō potest. j. q. vij. daibertum, et pro nō dato habetur, qd datur ab illo, qui dare non potest. c. qd autem, in fin. de iurepa. et licet excommunicatus possit ordinare non tamen potest alium excommunicare. xxiij. q. j. audiuimus, et not. in. d. c. fi. de ordi. ab episcopo, etc. et q presumptio nunq sumēda est ad periculuz anime, vt no. in. d. c. j. de scrutinio. per. c. inuenis, de sponsalibus, et. lxvij. dis.
13 presbiteri. † Et adde q si quisq in diaconum vel presbiteruz ordinatus fuerit absq manibus consecratorie ordinatis sacerdotum assistentium in positione super caput tengendo illud, iuxta ritum ab apostolis introductum, debet in tempore statuto ad ordines conferendos caute supplere, qd fuit per errorem pretermissum. manus vero huiusmodi alleuari debent cum sup caput ordinandi effunditur benedictio. c. fi. de sacramentis, non reite-
14 randis. † Similiter si in ordinatiōe subdiaconi fuerit pretermissa manus benedictio, vel si confirmatus fuerit oleo tātum, et nō chrismate per errorē delinitus. c. j. eo. ti. interim tamē debet ab-
15 stineri ab administratione ordinis illius, vt ibi not. † et non est reiteranda ordinatio in iniuriam sacramenti, de conse. dis. iiij. ostēditur, et. j. q. j. qd quidam. Circa cadauera vero sepulturū a scismaticis, nec circa indumēta sacerdotalia, nec altaria in quibus et cum quibus degradati episcopi celebrarunt, nō est aliqd supplēdum, vel iterādum, neq exhumādo, neq rebenedicēdo, vt in c. ij. eo. ti. Premissa aūt facto melius intelligūtur q verbo et sic fit sepe ecōtra. c. ad apostolice, de don. et. l. ratum. ff. de sol. et no.
16 in. d. c. fi. de sacramētis nō reiterādis. ¶ † Itez est plurimum attēdendum ad literas clericorum peregrinorum, et incognitorū, vt ad minus quinq episcoporum sigillis sint munite litere super ordinatione sua. et nihilominus aliquāto tempore in suspēsione ad probationez sunt tenēdi, vt plenior de actibus eorum habeatur instructio. Item et de inferioribus eorum ordinibus oportet inquiri, qr cōtingere posset q fuissent minus rite et per saltū promoti, et si digni tūc inuēti fuerunt, cum eis potest dispēsari, vt in. c. j. de cle. peregrinis. Et presertim si veniunt de trāsmarinis partibus sine comēdaticijs literis suor prelatorū, nisi saltem per testes fidē faciant de eor ordinatiōe canonica, licet substineri possint, vt secreto ex deuotione celebrēt. c. tue. eo. ti. iuramētū autez eor sine alijs idoneis argumētis nō sufficeret nō solū ad maiores ordines eis dādos sed nec ad tollerādos eos in minoribus
17 ministrare. † vnum tamē sigillum episcopi noti sufficeret ad fidē literarum. c. ij. eo. ti. et. j. no. per glo. et doc. post Inno. est eniz honestati cōtrarium et a sanctorū patrum institutionibus alienū, q sine dispēsatione et cōsciētia episcopi prelati sue iurisdictionis instituāt in ecclesijs suis clericos de alienis episcopatibus. c. fi. eo.
18 ti. † maxime cū adsunt de gremio ecclesie, et ciuitatis et dioc. clerici idonei, qui sunt extraneis pferēdi, vt ibi no. et in. c. cū inter ca
19 nonicos, de ele. ¶ † Infamat et ecclesia, qñ procuratores, actores, executores, seu curatores pupillor antequā prius deposita onera et reddita ratiocinia actus eor nō fuerint cōprobati, et ad libertatē negotior, et officior suor, ordinant vt in. c. j. de oblig. ad ratiocinia. circa qd distinguit, an teneat de dolo, vel nō, et an miserabili psone, vel nō, et an fuit lis mota, vel nō ante ordinē, et si creditor fuerit ꝓstatus, licet nō ppea deponat ordinatus, bona tñ eius traderent creditoribus insolutū, et si nō sufficiāt tenebit ordinās pro residuis creditori, et lis mota prius corā seculari ɔtinuabit et corā eo post ordinationē, vt de oibus his plenius
20 no. in. d. c. vno. et. lxxxviij. di. fornicare. † debet ergo visitator diligēter scrutari oēs literas huiusmodi, et si reperit epm i hijs errasse faciat secūduz q hr in. c. accepimus, de etate et qualitate.
21 ¶ † Attēdat ēt circa corpore viciatos, q aut in digito, vt in. c. j. et fi. de corpore viciatis, aut in mutilatione brachij, vt in. c. pen. eo. ti. aut in oculo. vt in. c. ij. aut in virilibus, vt in. c. ex parte, cuz duobus sequētibus defectū patiunt. p quor intelligētia distingue q aut sunt corpore viciati spōte, aut casu, si spōte, aut nulla iusta cā interueniēte, et tūc ordinādus repellit, et iā ordiatus deijcit. li. di. q partē, et. c. si quis a medicis, et. xxxij. di. maritū. aut iusta cā interueniēte, et tuuc nō prohibetur ab ordine, puta timore lepre, vel aliquo ɔsilij casu. c. ex parte. eo. ti. nisi generaret deformitatē, qr tūc omni casu repellitur. ar. lv. di. lator. et. c. si euāgelica, et. c. pe. eo. ti. Si casu in magnis mēbris siue corpulētia, siue dignitate repellit, et deicit, si deformitatē generet. lv. di. si euāgelica. in puis ve mēbris nō impedit, si deformitas pua sit, et sine culpa sua, vt in. c. fi. eo. ti. si vero culpa sua in talē modicā deformitatē incidit de misericordia tollerat. eo. ti. c. j. nisi precisus qd fuisset tēpore quo iudiciū animi nō habebat. c. ex parte. j. eo. ti. quādo scilicet etas nescit qd videat. l. j. C. de falsa moneta. et. iij. q. vij. §. tria. ¶ Precaueri etiam debet quod infirmari vel vituperari potest, et ideo fieri clericus non permittitur quis, nisi ingenuitatis dignitate potiatur, et si quilibet seruus fugiens dominum qualibet fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, deponitur, et domino restituitur. c. j. et secūdo de seruis nō ordi. vbi
22 not. q sunt futura precauenda. xxiij. dist. in nomine domini. † et exempla presentia cauere nos premonent in futurum. lxxij. di. plerics, in fi. et maior tristicia est de talibus, cum reuocatur, quā nascatur gratia de acquisitis, et sic ad cautelam fit aliquid summarium. xviij. di. de siracusane, et preuidere quis debet qd con-
23 tingenter fieri potest. l. si quis demum. ff. locati † licet alias difficile sit omnes fortuitos casus preuidere. c. fi. de homicidio. Quinimo prohibetur episcopo in ordinatione sua ne seruos dēat ordinare. c. cōsuluit. eo. ti. sicut nec spurios vt ibi, et lz olim seruus ignorāte domino promotus in subdiaconū reuocaret in seruitu-
24 tez, † quia dictus ordo subdiaconatus sacer est. c. miramur. eo. titu. partus etiam sequitur ventrem liberum in. c. fi. eo. titu. manumissi vero oblati ordini clericali ecclesie manumittenti, dum vixerint debent impendere famulatum in obsequijs diuinorum, et trāsferēdi se ad aliam ecclesiam est licētia denegāda, si eo tenore sunt manumissi, secus si absolute. c. eo liberius. eo. tit. nisi postea

stea in supbiā elati domino suo canonicas horas psalere noluerit, q̄r tunc accusati apud epm sunt degradandi.c.nullus.eo.ti. ecclesijs autē manumittentibus reseruat̄ post obitum manumissoꝝ quicquid illis extiterit debitū, aut quoquomodo collatum, nec vllo modo licebit in psonas extraneas transmittere, qbus sicut ceteris ecclesie libertis accusandi vel testandi aduersuꝫ patronos est preclusus aditus, alias libertatis ꝛ honoris gradu priuandi sunt quem non dignitate, sed necessitate tēporis mer
25 ueruut.c.de famulis.eo.ti.¶†Et sicut nec sui ita nec filij presbyteroꝝ, ꝛ ceteri ex fornicatione nati ad sacros ordines sunt ꝓmouendi, nisi monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes, nec prelationē habere possunt.c.j.ꝛ.c.Michael.de filijs pſby. q̄r ex hoc nimis ecclesie deformat̄ honestas c.fi.eo.ti.si is sine dispensatione sedis apostolice promoueatur.
26 †nec prodest impetratio beneficij tacito hoc defectu.c.ij.eo.tit. Itē si taceat̄, ꝙ pr̄ eius in eadem ecclesia ministrauit, vt in.c.presentium.ꝛ conquerente.ꝛ.c.ex transmissa.e.ti. q̄r detestabilis est hereditaria successio in beneficijs nisi vna pſona intermediauerit vt ibi.
27 †Eps tñ tales ꝓmouens illis prouidere tenet̄ vt in.c. veniens.e.ti.ꝛ idem si ordinat tales, vt in.c.proposuit. q̄r in ecclesijs ad quas presentantur tenetur illis dimidiam fructuū reseruare, tamen ꝓuiso, ꝙ ecclesie per alium deseruiatur, vt ibi, nō enim solus presbyter missas, vel alia diuina officia potest sine ministri suffragio celebrare. ꝙ si per potestatem laicaleꝫ eijceretur, esset restituendus, maxime vbi pater eius persona, vel vicarius in dica ecclesia non fuisset, licet in eadem nomine alterius,
28 q̄nq̄ ministrasset.c.constitutus.e.ti.†ꝛ vbi defectus natalium est manifestus non est opus tela iudiciaria.c.quoniam.e.ti. ꝛ h̄ siue sint geniti in sacerdotio, siue non.c.ad extirpandas nisi sint filij pontificuꝫ prius ex legitimo matrimonio ꝓcreati.c.ad hec. de vxore legitima, vel etiam solum cepti ante sacerdotium.c. literas q̄r a filijs paterna incontinentia modis omnibus est post
29 ponenda vt ibi, †ꝛ indecorum est vt in altaris officio filius illegitimus in publico patri ministret, vt in.c.cū decorem, ꝛ illegitimi tales sunt a suis beneficijs suspendendi.c.ad abolendaꝫ, nec prodest dispensatio archiepiscopi in succedendo in beneficio patris.c.dilectus, sed sola dispensatio pape vt in.c.ex parte.eo.ti. ꝛ non legati ēt de latere, vt no.in.d.c.dilectus, sicut non potest dispensare contra concilium Lateraneñ.in.c.dilectus.de pbē.
30 ¶†Similiter nec bigami, nec solēniter penitētes, nec repudiatarum mariti sunt ad sacerdotium promouendi.c.j.de bigamis etiam defunctis vxoribus cū h̄ sit a doctrina apostolica, ꝛ ab ecclesie constitutionibus alienū.c.j.de bigamis, eodem titul. nec
31 †debet contra apostolum dispensari etiam super suspectis ordinibus licet dispensari possit super suspensione ordinantis.c. sup eo.ꝛ licet alias veritas sit opinioni preferenda, tamen cum clericis qui q̄tum in eis fuit secundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt, tanq̄ cum bigamis non licet dispensari, lꝫ i veritate bigami non existant, non propter sacramenti defectum sed propter affectum intentionis, cum opere subsecuto.c.nuper
32 eo.titu.†propter quod cum subdiacono viduam in vxorem duceti non licet etiam dispensari.c.fi.eo.titu. dispensari vero alias licet, sicut cum simplici fornicatore, cum eo qui duas habuit cō
33 cubinas.c.quia circa.†Et q̄r propter sacramenti defectum inhibitū est, ne bigamus, aut maritus vidue presumat ad sacros ordines promoueri, quia nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius. Ideo vbi deficit commixtio corporum non est signaculū
34 sacramenti.†ꝛ qui mulierem ab alio viro ductam, sed non cognitam duxit vxorem, quia ille nec ipsa carnem suam diuiserūt in plures non impeditur, quin possit ad sacerdotiū promoueri, quia in matrimonio duo sunt videlicet consensus animorum, ꝛ communicatio corporum, quorum alterum significat caritateꝫ que consistit in spiritu inter deum ꝛ iustam animam, sicut dicit apostolus, qui adheret deo, vnus est spiritus cum eo, aliud designat conformitatem inter Christum ꝛ ecclesiam, sicut euangelista testatur. Uerbum caro factum est, ꝛc. quo ad hoc non pertinet coniugium carnali copula consumatuꝫ, per incarnationis vero Christi misterium consumatum, ideo apostolus exponens verba protoplausti hoc nōc os ex ossibus meis ꝛc. subdit hoc magnum dico sacramentum in Christo ꝛ ecclesia, vt in capitu.
35 debitum de bigamis, †vbi not. triplex sacramentum in matrimonio designari, scilicet vnio cuiusq̄ fidelis anime ad deum p virtutem, secundo vnio humane nature ad deum per incarnationem filij. tertio vnitas ecclesie ex omnibus gentibus collecta
36 vni viro Christo subiecta ꝛc.¶†Aduertendum est etiaꝫ ꝙ ad subdiachonatum, etiam alios ordines sacros nulli episcoporū preterq̄ Roma. pōtifici alijs diebus, q̄ in ieiunio quatuor tēporum, aut sabbato sancto, ꝛ sabbato ante dominicam de passione licitum est aliquem ordinare.c.de eo.de tempo. ordinan.
37 reprobata omni contraria consuetudine capi.sane.eo.titu.† lꝫ in omnibus diebus dominicis ꝛ alijs festiuitatibus liceat minores ordines cōferre, hostiarij.s. ꝛ lectores, exorciste, ꝛ accoliti ꝛ deo dicatas virgines benedicere, alijs vero diebus etiam in sabbato penthecostes ordinans debet a suo archiepiscopo corrigi ꝛ ordinati tamdiu a susceptis ordinibus reddi debent expertes, donec ab apostolica sede restitutionis gratiam consequantur. c.j.ꝛ.c.cum quidam.eo.titu.quod intellige iuxta ea que habētur in.c.consultationi.eo.tit. Sola ergo die sabbati debent cō
38 ferri sacri ordines, † adeo ꝙ si in sabbato conferatur ordo diaconatus, die dominica sequenti non potest ordo sacerdotij conferri.ꝛ q̄r duo sacri ordines eodem tempore conferri non pos
39 sunt, alias punitur conferens.c.literas eodem titu.† Soli etiaꝫ pape vel de eius mandato lꝫ ordinare subdiaconuꝫ apostolicū c.cum in distribuendis, nec possunt religiosos promouere ad superiores ordines contradicentibus eorum prelatis, cum tucius sit subiectis debitam obedientiam superioribus impendere de seruiendo in minori ministerio, q̄ cum scandalo superioreꝫ gra
40 dum appetere, ꝛ dignitateꝫ, †ꝛ quia non in sublimitate graduū sed in amplitudine caritatis acquiritur regnum dei.c.ad aures eodem titu. punitur etiam episcopus tanq̄ demens, vel ignarꝰ qui constitutum in.xiij.sue etatis anno in diaconum ordinauit
41 vt in.c.vel non est compos.eo.ti.†punitur etiam qui eodem die simul tres sacros ordines suscepit, ꝛ quia non debuit superior, contra canones obedire, ꝛ q̄r periurando variauit.c. dilectus.i eo.titu.super ordinandis vero grecis, debet seruari quod habetur in.c.cum secundum ꝛ.c.quod translationem.eo. titu. super consecratione vero archiepiscopi, ꝛ episcopi debet attendi qd̄ habetur in.c.sꝫ archiepiscopus ꝛ.c.seq.eo.titu. super ordinatione autem occulti, vel notorij peccatoris seruandū est, quod habetur in.c.ex tenore.ꝛ.c.fi.eo.titu. ꝛ in monacho albo qui se trā
42 stulit ad nigros dic vt in.c.ex parte.eo.tit.†ꝛ licet delictum notorium repellat quem a promotione vt in.c.fi.occultum tamen non, vt in.c.ex tenore.ꝛ.c.fi.de tempo.ord.¶Et q̄r indecoꝝ ē vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare se ipsos, cū ad ecclesiaꝝ regimē tales persone sint admittēde, que
43 discretione ꝑemineāt, ꝛ moꝝ fulgeāt honestate† puniūtur oēs beneficia conferentes non constitutis in etate legitima, nec habentibus scientiam requisitam.c.ex ratione, ꝛ.c.idecorum. cuꝫ seq. de eta. ꝛ qualita. ꝛ maxime ad beneficia curata hoc est inhi
44 bitum. Cum sit ars artium regimen animarum.†sanctius est.n. maxime in ordinatione sacerdotum paucos bonos, q̄ multos malos habere ministros, q̄r si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foueam dilabuntur.c.cum sit ars.eod.titu.¶†Adeo ꝙ
45 ēt electus in episcopum repertus insufficiens in literatura a pōtificalis officij executione ꝛ ecclesie administratione ammouet̄. c.fi.e.titu. Similiter ꝛ suspēsi pp suspensionem irregularitateꝫ incurrentes.c.ad aures.eo.titu.ꝛ idē in excōicato vt ibi not. ꝛ adde ꝙ erubescere debent impij, ꝛ intelligere iudicio sancti spiritus eos, qui in sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si caste non vixerint, excludendos ab om
46 ni graduum dignitate, † ꝛ nemo ad sacrum ordinem accedere permittit̄ nisi aut virgo, aut probate castitatis existat, ꝛ eps nullum dꝫ presumere facere subdiaconum, nisi qui caste se victuruꝫ promiserit, q̄r hodie subdiaconatus est sacer ordo, vt in.c.a mul
47 tis.eo.ti.†Est etiam tonsura que ꝯferri ēt potest ab abbatibus ordo clericalis.c.cum contingat.eo.ti. potest ergo subdiaconꝰ eligi in episcopuꝫ, vt ibi in ordinibus ēt minoribus constitutus potest ad parrochiales ecclesias promoueri, dum tñ tales sint ꝙ.j. breue tempus possint in presbyteros ordinari, vt in.c.preterea.eo.titu. q̄r paria sunt aliquid factum in pñti vel in breui fiēdum, vt ibi no. maxime qñ sperat̄ esse ecclesie valde vtiles ꝛc. vt in.c.queris.e.titu.¶Debent ergo ordinarij, ꝛ visitatores sup premissis omnibus indefessam adhibere diligentiam, ne ꝓ
48 pter negligentiam fiant in aliquo culpabiles.†, pinde statuit papa, ꝙ habētes plures dignitates, vel alia beneficia curā animarum habentia p ordinarios compellāt̄ ostendere.j.ipse competens supioris arbitrio statuendum dispensationes, quas si non ostenderint, pinde ꝓcedat̄, ac si nullas haberent, ꝛ si ostēderint ꝛ sufficientes nō amplius molestent̄, ꝓuiso ne in predictis beneficijs animaꝝ cura negligat̄, vbi aūt de iuribus dispensationis dubitat̄ ad sedē aposto. recurrat̄. ꝛ talibus plura talia bñficia obtinētibus aliud nō ꝯferat̄ bñficiū nisi ostēsa dispēsatiōe suf

ſcientia, ⁊ tūc ita demū ꝯferaꝝ, ſi ꝑ diſpenſationē illud cū alijs retinere pñt, vel ſi prioribus renūciauerint aliter collatio facta
65 hostiaꝝ ꝛ preparationem incensi.ꝛ curam baptisterij.xxv. dist. perlectis.ad fi.¶†Uisitantes scolasticos seu magistros scolariuʒ interrogent si vendunt docendi licentiam.c.q̄to.de magistris.item si dignis licentiam denegant.c.prohibeas.de magis. qui si accusentur directe a suo trono debent ammoueri.j.q.vij. scimus.item si cum idiote sint permittunt se ad offm̄ sublimari, de eta.ꝛ qua.ad aures.ff.ad.l.aquil.rō.xxxvij.di.qui de mensa. ꝛ.c.legant.lxj.di.miseꝝ.de elec.cum in magistrū.item si ꝯspirāt
66 ꝯ epos.c.ij.de calū.item si magisterium ambiunt.xxiij.di.quādo episcopus.†hij enim qui ambitiose promouentur a diabolo
67 puniunꝰ.vij.q.j.illud inferendum.j.q.j.non est putanda.¶†Uisitantes vero cantorem petāt si aliqḋ sciat de cantu, vel offō, ꝛ admittat indignos in choro,ꝛ dignos eijciat,ꝛ si tradat libram siue perceptiones quotidianas absentibus ab offō , ꝛ pñtibus subtrahat,ꝛ si statuta ꝛ ꝯsuetudines ecclesie ꝯtēnat,ꝛ violet.c.
68 j.de cle.egro.lib.vj.ꝛ de cle.non resi.per totum.¶ † Uisitans

aūt canonicos interroget,quare nolunt ad ordines pmoueri. lxxiij.di.si qui clerici.ꝛ.c.placuit.de eta.ꝛ q̄.q̄ris.item si p ambitionē pmittūt immo qñq3 pcurāt se intrudi in loco viuētis.c. j.de ꝯce.pb.vij.q.j.cū q.ꝛ.c.si furē.iij.q.ij.audiuimus.itē si ꝯiurationes faciūt.xj.q.j.ꝯiurationū.ꝛ.c.clerici.itē si sunt nimis ḋlicati,nec volūt eccl'iam frequētare.lxxxj.di.si quis.ꝛ.c.bis. de cle.nō resi.c.pe.ꝛ fi.itē si accumulāt pecuniā,de preb.nec volūt
69 aliquid pauperibus elargiri.xij.q.j.§.fi.†immo qḋ peius est ex inope diues factus ex ignobili gloriosus incipit negotiari ḋ bonis ecclesiasticis q̄ q̄si qdā pestis fugiēdus est.lxxxvj.di.negotiatorē.itē si male viuunt canonici luxurie deuacātes, vnde pōt dici ꝙ tota ciuitas capite deorsum pendet.xxxij.q.vi.c.fi. nam ꝛ totus ciuitatis status p tales ꝯturbaꝰ,maxime qñ nolūt epis
70 obedire.xvij.di.§.hinc ēt †studeant ergo circa opa charitatis, qꝛ dñt esse lumē boni ꝛ speculū ciuitatis.xj.q.iij.c.fi.item si discordant in capitulis,ꝛ ptes sibi faciunt maxime circa electiones,in qbus iam q̄si nihil de deo agiꝰ,sed sequunꝰ carnalitatis affectuʒ tam priuati q̄ prelati nō iudiciū rōnis.c.fi.de his q̄ fi. a ma.par.de ele.in causis.§.i.cū dilecti.ꝯgregato.auditis. ꝛ.c. ꝯsiderauimus,ꝛ de pbē.graue.ꝛ si de his excessibus aliqs se regnare aliqḋ senserit curet suo satisfacere creatori,q eū expectat ad penitētiā.xciij.di.diaconi.ad fi.item si cessant a diuinis , nisi
71 put in.c.ij.ꝛ.c.ꝗuis.de of.or.li.vi.†item si admitūt nō ꝯstitutos in sacris ad vocē capitularem,ꝯ cle.i.de eta. ꝛ q̄li.itē si faciunt statuta a iure reprobata in.c.fi.de Rescrip.in.vi.ꝛ ꝯstitutionē in fi.de ver.sig.eo.ti.itē si obseruēt ꝯsuetudines a iure re probatas,ꝛ nō obseruāt bona statuta ecclesie p eos iurata.c.f.
72 de ꝯsue.lib.vi.¶†Uisitātes demū presbyteros interrogēt,si p miserunt indignos ad ecclesiasticā militiā pmoueri.xxxiij.di.tales.ꝛ.c.his q̄ de eta.ꝛ q̄.cū sit ars . itē si fuerūt pmoti p simoniacā prauitatē,vnde celebrare nō dñt,de simo.tanta.ꝛ.c.tue.i. q.i.qsqs.ꝛ.c.repetunꝰ.item si nimis incōtinēter viuunt.xxviij. di.diaconus de coha.cle.ꝛ muli.per totū de cle.ꝯiug.c.iij.item si imiscent se spectaculis,ꝛ pōpis clieꝝ,ꝛ ꝯuiuijs publicis vite inhoneste vsuris, lucris turpibus , fraudibus, amori pecunie. secularibus officijs atq3 negotijs, munera recipiunt pro beneficijs medicine dei dolosi sunt,ꝯspiratores,sectātes odiuʒ emulationes,ꝯtrectiones,inuidias,si sunt vagi oculis , effreni lingua,petulātia ꝛ gestu,fluido laborātes,inuerecūdi,obsceni, virgines,ꝛ viduas,ꝛ alias mulieres frequētātes,inobediētes, sese iactātes,doctrinā,lectiōes,psalmos himnos,ꝛ cātica fugiētes,in qbus monenꝰ.xx.di.his igiꝰ.itē si libētius dant ioculatori,vel meretrici,q̄ pauperi,ꝛ plus diligūt venari,q̄ dño psallere.lxxxvi.di.q venationibus.ꝛ.c.dare.ꝛ.c.excus.item de oibus q̄ habenꝰ in.c.i.ꝛ p totū ne cle.vel mo.item si supioribus suis sunt infideles,ꝛ inuident ꝛ detrahūt ꝛ superiores eisdē. cū tñ potius deberēt esse ꝯnexi adinuicē vinculo charitatis. lxxxix. di.ad hec.xxiij.di.q̄q̄.xxiij.q.v.prod et.itē si vnus subtrahat alij parrochianos suos,ꝛ tam viuos q̄ mortuos de parroch.c. ij.ꝛ.ij.ix.q.ij.p totu m de peni.di.vj.placuit.de sepul.ex parte. cum se.ꝛ.c.in nostra.Iteʒ si multa vicia sub specie virtutis paliant,vt auari videanꝰ boni dispensatores crudeles videantur iusticie zelatores,ꝛ remissi videanꝰ subditis cōpaciētes.xlj.dis. sepe.ij.q.vij.§.his ita.vij.q.j.§.hoc tūc de here.sicut in vno. itē si se inuicem inuidentes ꝯsumūt raptorib us deteriores, ꝛ homicide,de peni.di.j.homicidioꝝ.vj.q.j.ex merito.ꝛ.c.deteriores.ꝛ.c.summa.Itē si fingunt se lōgius ire , vt reuelent,vel velent odia,si sunt doli fallaces,inconstantes,multa verba inhonesta,ꝛ illicita pferentes.xxij.q.ij.nec artificioso.c.omne genus. c.is autem.vij.q.vj.iuramētum,ꝛ.q.e.cauete.ꝛ.c.quotiēs. Itē si nō recte penitenti ferūt testimoniū,vl' recte penitētē accusant corrupti munere,inuidia,vel fauore,de simo.nemo. Item si cuʒ parrochiana ppria quā ad ꝯfessionē admittūt fornicanꝰ.xxx. q.j.non debet.ꝛ.c.si quis.ꝛ oēs.Item si hostiā fractā offerunt, vinuʒ sine aqua,vel cōtra vel ponunt plus de aqua q̄ de vino aut in priuatis domibus,aut his in die sine cā celebrātes,aut sine lumine,aut in ecclesia violata,aut sup altare moto, vel enormiter fracto,aut in altari in quo eadē die celebrauit ēps sine licentia,nō custodiunt chrisma,vel eucharistiam,sicut debent,nō mundant,seu lauant vasa ecclesiastica , vt decet,de cele.mis.c. j.ꝯsuluisti.ex pte sane.te referente.pernitiosus de ꝯsec.ecc.vel alta.c.j.cōsuluisti.ligneis.de custo.euca.c.ij.de ꝯse.di.j.c.j.sicut non alij sufficit nemo vestimenta vasa.de ꝯsec.di.ij.scriptura.in sacramēto.ꝛ.c.fi.Item si subuertunt populum, ꝛ in omni loco ponētes scādalum vertunꝰ in laqueum tortuosum. xxiij.quest. iij.transferunt.sup alijs pluribus essent interrogationes faciē

de de quibus sparsim patet ex prece. questionibus, que gratia
breuitatis ommitto, nam prudens inquisitor iuxta qualitatem
locorum, ⁊ personarum, ⁊ temporis arbitrabitur, super quibus
precipue magis habeat insistere, alia reseruans in subsequenti
bus visitationibus, ⁊ super omnia etiam faciat obseruari consti
73 tutiones prouinciales, ⁊ dioce. ¶ † Uisitans autem imperato-
rē, vel ipatricē interrogabit eos vel testes, an faciāt iustitiā, ne
alias veniant tempestates in populum, ⁊ flagella. xxiij. si quis
74 violentes. ⁊. q. v. regū. † de nullo enim magis placere deo po-
test, q̄ si iusticiam exerceat, compescendo eos qui in suā, ⁊ alio
rum perniciē debacantur. xxiij. q. v. quali nos. Item si querit
impugnare sanctam ecclesiam matrem suam, quā tenetur tue
ri pp qđ deponeret. c. venerabilem. §. obiectionē, ⁊. §. fi. de ele.
q₂ siue pacata siue turbata fuerit ecclesia tpe sui regiminis, dns
qui tuitionem ei cōmisit exiget rationē. xxiij. q. v. principes. in fi.
Item si distringunt clericos in foro suo placitare in personali-
bus actionibus. xj. q. iij. continua. ⁊. c. nullus. in olita. ⁊. c. pla-
cuit. Item si immiscent se electionibus prelatorū contra iura.
lxiij. di. sacrorū. ⁊. §. se. ⁊. c. adrianus. ⁊. c. ego lodouicus, de elec.
sacrosancta. ⁊. c. quisquis. nisi hoc habeat ex apostolico ꝑuile.
75 † ⁊ sic intellige de iure pa. c. nobis fuit. in. §. j. Item si aliquos ex
odio exheredat, ⁊ deijcit, ⁊ alios ex leui opinionis aura subli-
mat. xv. q. vij. vj. actione. Item si sine causa pedagia concedit,
vel pecuniam mutat. Item si relinquit vxorem suam ꝓpria te-
meritate, qui fi. sint legitimi. p venerabilem. §. videbat. Item si
labitur in heresim. xj. q. iij. iulianus. Item si non reuereт epos,
sed capit, ⁊ mutilat, ⁊ occidit, de ma. ⁊ obe. solite. de elec. venera
bilem. §. eos igitur, circa que adde dicta per Host. in summa. de
elec. §. quis eligi. sub. §. item secundum. ꝟ. ne dum in prelatis ⁊
seq. Item si electus in imperatorem ante confirmationē admi-
nistrauerit, ⁊ an virtute cōsuetudinis cum electo in discordia vo
luerit vincere in campo, ꝓut examinat Old. in cōsil. cxlij. quod
incipit an electus imperatorem. Item an si duobus electis im-
peratoribus i discordia vterq₃ dederit priuilegia ⁊ sńias ꝺ quo
per eundem in cōsi. lxiiij. qđ incipit an cū duo sunt electi in impe
76 ratores. ¶ † Uisitās vero reges dꝫ specialiter iterrogare, si tra
hunt clericos ad forū suum, vnde deponendi essent. xj. q. j. null⁹
nam qui celestem militē pulsat eius forum dꝫ seq. xj. q. j. xpian⁹
c. si clericus laicum, ⁊ si diligenti. ⁊. c. cum sit generale. de fo. cō
pe. Item si ab ecclesijs ⁊ personis ecclesiasticis pensiones, pro-
curationes, ⁊ banna extorqueant, contra iura, ⁊ ecclesiasticā li-
bertatē, quia incurrūt penā. xx. librarū auri. xxv. q. ij. quecunq₃
igitur, ⁊ iniuriarū teneaт de iniurijs. olim. xxiij. qō. viij. §. q̄uis.
77 † nam plus iuuat ecclesia regnū orationibus q̄ armiger armis
vt ibidē in. c. qcunq₃. Itē si ducūt secum ad exercitum ꝯ iura sa
cerdotes. xxiij. q. viij. quo ausu. ⁊. c. si quis epa. si nobis fratres.
⁊. c. reprehensibiles. xxx. di. si quis vult pontifex, vt. s. pugnent
personaliter, secus si ad dandū cōsilium in bello iusto, de voto ex
78 multa. §. pe. ⁊ fi. † Itē si non faciunt iustitiā, vnde sunt deponen
di. xv. q. vj. alicui⁹. Itē si talis ⁊ exactionib⁹ populū dei affligāt
indebite ⁊ pauperibus iniuriātur, de quibus teneнт deo redde-
re rónē. xiiij. q. v. nō sane. xxiij. q. iiij. qñ vult deus. ⁊. c. si eccł'ia,
79 in fi. † Itē si occupāt alienas terras ⁊ ñ sunt cōtēti ꝓprijs finib⁹.
xxiij. q. iiij. trāsferūt, ⁊ tales ñ saluanт, ēt si bñ admiиrēt, nisi res
alienas restituāt, ƀꝫ Aug. xiiij. q. v. neq₃. n. rō est in. c. miramur.
80 lxj. di. ⁊ ideo etiā possunt iuste impugnari. † Est enim iustū bel
lum ꝓ bonis nostris defendendis, vel repetendis. xxiij. q. ij. do-
minus. Item ꝯ sarracenos qui terras nostras per iniusticiam
detinēt occupatas. xxiij. q. vi. dispar. nimirū ⁊ intendūt occupa-
re si possent vt in capitulis ibi sequētibus, ⁊ ꝯ excōicatos. xxiij.
q. v. omnium vestrum. ⁊. c. excōicatorū. ⁊. q. viij. omni timore, si
nulla. ⁊. c. vt pridē. Itē si volūt plures habere ⁊ tenere, ⁊ cogno
scere mulieres, sicut equus emissarius ⁊ sicut mulus, quibus nō
81 est intellectus, in anime sue periculū, ⁊ scādalū plurimorū, † cū
tñ vnus rex vni mulieri vix sufficiat. quare excōicari, ⁊ deponi ꝺ
berent si incorrigibiles apparerent. xj. q. iij. precipue, cū nulli li
ceat habere plures. c. gaudemus, de diuor. ⁊. c. porro. ⁊ de spō
sa. c. j. Item si crimen sacrilegij lese maiestatis, ⁊ vsure cōmittāt
iudeis super xpianos sua officia concedendo. liiij. dis. nulla. vij.
82 q. iij. constituit. † ⁊ dic ꝙ capitulum ex speciali, de iudeis, debꝫ
intelligi de comparatiue permissis, ⁊ non vere. Item si soluunt
decimas, ⁊ primitias, ⁊ oblationes ecclesijs debitas de cōse. di.
i. omnis, ad quas soluendas tenentur. xvj. q. i. reuertimini. ⁊. c.
decime. xxiij. q. v. dicas aliquis, de cōse. di. v. quadragesima, vbi
etiam tenentur ad decimas dierum. Itē si sequuntur auguria,
⁊ in ipsis confidunt, ⁊ in sortibus, ⁊ superstitionibus a vera fide
deuiantes. xxvi. q. v. augurijs. ⁊. c. epi. ⁊ ideo sine luce sunt ta-
83 les. † q₂ nihil melius resplēdet in principe q̄ recta fides de sū-
ma tri. l. iter claras. xcv. dis. si imperator. nec debet degenerare
a bonis. vnđ ꝟsus Rex superes si tu superes ꝑceptor. honoris
84 Degener es si degeneres a laude prioris. ¶ † Uisitans autē
duces spāliter interroget an in talijs ⁊ exactionibus indebitis
excedāt, ⁊ an faciant constitutiones, quin potius destitutiones
cōtra ecclesiasticam libertatem, cōtra capł'ꝫ laicis de re ec. non
ali. ꝓpter qđ tā ipsi q̄ scriptores ⁊ obseruātes sunt excōicati
ipso iure ⁊ feudis que tenēt ab ecclesijs sunt priuandi, ꝺ sen. ex
cō. nouerint. c. grauē. ⁊ possunt feuda eorū alijs potentioribus
cōcedi qui illa pro eccł'ia recognoscant. c. ij. de feudis. Itē si vo
lunt habere capellas suas, ⁊ capellāos sine auctoritate epali, ⁊
ꝙ capellani habeant curam vxorū suarū, ⁊ familie, ⁊ ꝙ oblatio
nes eis factas vbicunq₃ etiam missas audiant, etiam inbursent
85 quod est iuri communi contrarium, † ⁊ soli duci burgundie cō-
cessa est in aliquibus priuilegiata capella vt in capitu. cum ca-
pella, de priuile. quod priuilegium ne videatur personale, debet
concedi in persona alicuius ecclesiastici in dignitate constituti,
iuxta nota. in capitu. accedentibus, de excessio. prelato. ad fin.
86 de prescriptio. cum olim. ¶ † Uisitantes etiam marchiones q
dicuntur spectabiles ⁊ comites qui dicuntur elatissimi. ij. ques.
sexta, anteriorum, precipue interroget an liberos homines su-
bijciant seruituti, ⁊ eis graues existant. xiiij. questio. v. non sane.
cum tamen nullus liber seruus fieri debeat. xxix. questio. secun-
da relatum. Et adde quod no. j. questio. iiij. versi. Item ꝙ pro
peccato ⁊ versicu. item dauid. Itē an in licitis ⁊ honestis su-
perioribus suis obedientes existant, ⁊ quando pauperiores sūt
ipsos despiciant, vnde peccatum ydolatrie incurrunt. xxxj. dist.
. §. verū. xxiij. questione prima quid culpatur secunda questio.
quinta cum miles. Itē an priuauerint filios legitimos, vt adul
terini succedant eis, quibus tenentur ad restitutionem. c. cū tu.
de vsu. de penit. officij. item si seruant iusticiam pauperi, qui nō
habet quod offerat, ⁊ ideo non auditur. xj. questio. tertia pau-
per. ⁊ an plerūq₃ eos suspendant pro modico, quandoq₃ sine iu
sticia, ⁊ si non timent iustum iudicem non credant eum pacificū
inuenire. xxiij. questione quinta regum. itē si episcopos ⁊ alios
clericos honorant, sicut debent. c. solite. de maioritate ⁊ obedi.
⁊ an eis iura sua subtrahant, ⁊ quandoq₃ subijciant seruituti,
contra capitu. iuspublicum. l. distinctio. vndecia questio. prima
continua. de iureiuran. peruenit. ⁊. c. nimis, cum sequen. de quo
in tremendo iudicio habebunt reddere rationem. item an pro
nihilo ⁊ de facili moueant guerras, quas etiam ex causa ꝓpa
auctoritate facere non debent. item si in causis proprijs dicunt
sibi ius contra titu. C. ne quis in sua causa. ⁊. l. damnam⁹. C. de
his qui ad ecclesias cōfugiunt. ⁊. l. nullus. C. de iudi. ⁊. l. prima.
87 quorum legatorum. † quia non interest an aliquid fiat nulla la-
ta sententia, vel vitiose lata. ff. de aucto. tuto. l. nulla. l. quotiēs.
ff. qui satisdare cogantur. item an differant iustitiam tantum af
fligendo partes laboribus, ⁊ expensis, ꝙ aut coguntur iuri suo
renuntiare, vel ipsum vendere, vel componere de rescrip. nōnul
li. vnde tenentur ad interesse ⁊ alias puniri debent, de rescrip.
capitu. fina. in fine. ⁊. c. ceterum. de iudi. l. sancimus. ⁊. l. prope
88 randum. §. illo. C. eo. titu. ¶ † Uisitantes autem barones ⁊ pro
ceres examinent super cōcussionibus rapinis, ⁊ talijs, ⁊ bellis
iniustis, ⁊ spolijs, ⁊ homicidijs, de iureiur. c. sicut de rap. c. j. de
penis. c. ij. xxiij. questione. viij. vt pridem. item an faciant filios
suos baptizari in domibus eorum priuatis, contra clemen. j. ꝺ
89 baptismo. ¶ † Uisitans vero milites petant, an sint contenti
suis stipendijs, ⁊ an cōcutiant hoies ꝯ euangeliū, vbi dr neminē
cōcutiatis, neq₃ calūniā faciatis, estote contenti stipendijs vr̄is.
xxiij. q. j. paratus. ⁊. c. militare. lxxxvj. di. ñ satis. itē an ipugnēt pa
triā, ⁊ dñm ꝓpriū, cui ex iurō fidelitatis seruire teneнт. ff. ꝺ reli.
⁊ sump. fune. l. minie. xxiij. q. v. qd culpaт. l. vt vi₃. ff. ꝺ iustitia ⁊
iure. xxij. q. v. ꝺ forma. itē an faueāt ⁊ ꝟuiāt dñis ēt i iniustis bel
lis, qñ potius dñt recognoscere iṗatorē celi. xj. q. iij. iulianus.
itē an exerceāt se in torneamētis, ꝯ ti. de torneamētis, vł i duel
lis q̄ tota die offerūt ⁊ acceptāt, ꝯ no. in titu. de purga. vulg. ⁊
pugnā. in duello. ac de oib⁹ alijs, de qb⁹ in alijs ꝑcedētib⁹ exa-
90 minib⁹. ¶ † Uisitātes insup docto. siue magr̄os petāt, si cū ido
ctos, ⁊ nimis insufficiētes se sentiūt, se faciūt ꝑ ꝑces, ⁊ munuscu
91 la i magr̄os ꝓmoueri, † nā vix erit bon⁹ magister, q ñ fuit bon⁹
discipul⁹ de electio. cū in magr̄m. lxj. di. qd ꝓderit, nec ꝑ nouis
sūt antiq ꝺserēdi. lxj. d. statuim⁹, nisi cū nouo a ꝺo aliqd magis
reuelaт. xcv. d. esto. itē si ꝺspiciūt subditos cathedrati, ⁊ pp vi-
ciū arogātie ea q̄ sciūt recte doceт ñ pñt. xlvj. dis. hꝫ h̄ ꝓprium,
⁊ hij

⁊ bi faciunt iniuriam cathedre.xl.distin.multi. Item si contem/
nunt simplices, qui magis volunt vitare vicia morum quaȝ ver
borum.xxxix.distin.sedulo. Item si conantur dicere.non vtilia,
sed subtilia, vt videantur ab hominibus ⁊c.⁊ sic confundant au
ditores.xliiij.distin.§.fin.xlix.distin.cap.primo. Item si docent
falsa in cathedra contra conscientiam, vt aliquibus placeant.
xxij.quest.secunda primum.⁊ cap.hij mali sunt.⁊ ideo eoruȝ do
ctrina mala.j.quest.viij.conuenientibus. Item si tacent verita/
tem ⁊ vicia quibus vincuntur, ne seipsos reprehendere videan
92 tur.ij.quest.j.vilissimus.iij.quest.ij.in grauibus.†Item super fal
sis consilijs, que dant pro pecunia, quamuis iustum vendere pos
sent.xj.quest.iij.non licet.not.in.c.cum ab omni.de vi.⁊ honest.
clerico. Et que male extorserunt debeant restituere, vel paupe/
ribus erogare.xiiij.quest.v.si habetis.⁊.§.multipliciter.⁊ capit.
non sane.alioquin cum diabolo perpetuis cruciatibus punien/
93 tur, de peni.distin.j.§.his auctoritatibus. ¶†Visitantes quoq;
aduocatos interrogabunt, si subdole foueant causas prodendo
proprium clientulum preuaricatores ⁊ infames.ij.quest.iij.§.no
tandum. Item si causas desperatas foueant contra conscientiā,
improbos defendentes.xi.q.iij.si quis vero. Item si dilationes
superfluas nituntur obtinere ad hoc tantum, vt fugiant, ⁊ nego
tium protrahant, cap.j.vt lite non contest.de dolo ⁊ contu.ꝑut
iij.q.viij.§.tria.ver.pretera.alias puniuntur.C.de iudi.properā
94 dum.§.illo.†Item si nimis magnum salarium recipiunt, ⁊ paci/
scuntur de quota lit.vnde officio essent amouēdi.iij.q.vij.§.tria.
Item si ignorantes iura, cum nesciant qd dicant, obprobrijs cer
tant.iij.q.viij.ver.si quis adeo. Itē si vt alijs lucrum subtrahant
vbi est copia peritorum paruissimo lucro tanquā viles ⁊ abiecti
sunt contenti.iij.q.vij.§.tria.ver.apud. Item si nimis magnum
salariuȝ recipiunt inspecta sua facundia, labore, ⁊ quātitate cāe,
⁊ fori consuetudine.ff.de var.⁊ extraor.cog.l.j.§.in honorarijs.
Item si faciunt positiones cauillosas, vt aduersas partes deci/
piant, ⁊ inducant clientulos ad deierandum ponendo, ⁊ respon
dendo, informant falsos testes, ⁊ querunt.xxij.quest.v.ille qui.
⁊ cap.si quis conuictus. Item si recepto salario current de cau/
sa nec student, nec vigilant circa eam, ⁊ patiuntur bonam cau/
sam perdi.cap.ad aures.de eta.⁊ qualita.l.sed ⁊ addes.§.illud
ff.locati. Item si sciant se non sufficientes, tamen recipiunt sala/
riuȝ, vt alijs sufficientibus vices suas committant.ff.de prescrip.
ver l.apud labeonem.§.fi.sine consensu clientuli.l.inter artifi/
ces.ff.de solu.iuncta.l.qui rē.ff.de fur.qui nisi veram satis fa/
ciendo fecerint penitentiam apud inferos perpetuo cruciabun/
tur de peni.disti.prima, id circo.nec habebunt in die iudicij de al
legationis nitore vel eloquentia subsidium.ix.quest.iij.aliorum.
Omitto ex sententia de iudicibus procuratoribus ⁊ notarijs de
quibus est specialis tractatus faciendus.
95 ¶†Visitantes aūt mercatores interrogent an reddāt decimas
personales.xxxij.di.presbiter hec.xvj.q.j.decime.c.pastoralis.⁊
c.tua nobis, de decimis. Item an sub specie liberalitatis, ⁊ pie/
tatis vsuraȝ palient, vendendo ad terminū vltra verū valorē, de
vsu.consuluit.⁊ in alijs contractibus veris peccant, de pe.dis.v.
qualitas lucri.xxiiij.q.iiij.quicūq;, vbi.s.vendit carius q̃ȝ emat.
Itē si vendunt carius transeuntibus ⁊ peregrinis q̃ȝ vicinis.c.
j.de empt.⁊ ven.vel in falsis ponderibus ⁊ mensuris.c.vt mēsu
re eo.t. Itē ꝺ mādatis, ⁊ piurijs infinitis.xxij.q.ij.primū.⁊.c.mi
96 hi aūt.⁊ oē.ij.q.v.iuramenti.†Itē an seruēt fidē datā, ⁊ iuramē
tū prestitū in societatibus, q² nec eis tunc est fides seruannda.c.
peruenit.de iureiur.⁊.c.sicut. Itē an soluant in termino iurato,
de pig.c.significante. Itē an in remotis nimiā morā trahāt, ⁊ cū
diuersis maritatis adulteriū cōmittēdo ⁊ suis cām adulterij pre
bendo, ꝯtra.c.in presentia.de spon.vnde ꝑueniunt multa mala.
97 ¶†Visitātes vero rusticos petāt, an reddāt decimas ꝑdiales,
⁊ personales, ⁊ an deducāt expēsas, ⁊ salaria de fructibus, ⁊ al's
fraudes adhibeant.cū homines.de deci.⁊.c.cū nō sit in homine
⁊.c.nō est. Itē an rustici diuites revereant dños pauperes eis in
98 vite necessitatibus ꝑuidendo, † q² tūc cuilibet fame morienti de
beret subueniret.lxxxvj.di.pasce.⁊.c.nō satis, ⁊.c.cū in officijs,
de test. Itē an iura dñoꝝ subtrahāt, cū eis placitādo, ⁊ vexando
laboribus, ⁊ expēsis, ⁊ aliquotiēs alijs potētioribus dādo illos
ꝯ veros dños ꝑtegētes.c.cam te.de iurein.de deci.tua nobis.⁊
C.de agri.⁊ censi.l.quēadmodū.cuȝ multis alijs legibus illius
ti.li.xj.⁊ in auc.de questore.col.vj.⁊ de cēsi.ois.⁊ an colāt festa,
mercata, ⁊ alia festa seruilia nō faciētes, ꝺ ferijs.c.j.⁊ fi.ꝺ ꝯse.di.
iij.c.j. Itē de homicidijs, piurijs, falsis testimōijs, fornicatiōib⁹,
⁊ alijs cōib⁹ vitijs, iniurijs, ⁊ dānis vicinis ꝑ ipsos datis. ꝺ iniu/
rijs.c.si rixati.⁊.c.si leserit.⁊.c.si egressus, ⁊.c.si culpa tua, ⁊ m u
99 tis alijs † quoruȝ tñ vita tutior est alijs.xxxv.dist.ecclesie. vnde
versus. diuitijs vti res est aduersa salutis, paucos crede bonis,
quos beat eris honos, molities vestis, coitus, gula, cura, qetis
100 possunt luxurie quatuor esse rote. ¶ † Visitans autem pueros
petat, an cōmiserint sacrilegium, contra.c.fi.de senten. excōmu.
Item an furtum, ⁊ periurium.c.j.de delic.pue. Item an reco/
gnoscant a Deo bona fortune, gratie, ⁊ nature, vitium ingrati/
tudinis talis incurrerit, institu. quibus modis tu.fi §.finitur au/
tem. Item an vicium calumnie.C.de episco. ⁊ cleri.l.omnes.§.
fina. Item an vitium luxurie aliquando anticipando tēpus eta
101 tis.c.impuberes.de illis.⁊.c.a nobis. de disponsa. impub. † q²
vt ait Gregor. in dialogo. in nono anno quidam impregnauit
matrem suam, ⁊ de salomone dicitur ꝙ in.xj.anno habuit filiuȝ
vt refert Hostien.in summa de penis.§.cui.versi.cui pueri. Ad
de quod habetur in.c.quod sedem.de frigi. ⁊ an sit doli capax
per exteriora bonus vir extimabit.c.ex studijs.de presum.xv.q.
prima.§.vt itaq;.

SVMMARIVM

1 Visitatores super quibus populum admonere debent ⁊ per to
tam hanc questi.
2 Parentes infantes secum ad dormiendum tenere non debent, sed in cunabulis.j.annum.
3 Mulieres christiane ob fidei scandali iudeoruȝ pueros non de bent lactare.
4 Mulieres filios ad hospitalia ꝯtra pietatē exponere nō debēt.
5 Et cauere debent ne abortum faciant.
6 Pueri apud quos post triennium educari debeant.
Ante vero triennium magis materno quam paterno indigent auxilio.
7 Matri puer ante partuȝ fuit onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus.
8 Matrimonium quare potius appellatur, q̃ȝ patrimonium.
9 Patres a quibus filios cauere debent.
10 Patres prouidere debent, ne filij in diebus festiuis saltationi/ bus, sed diuinis officijs vacent.
11 Ciues quos dies in villa non celebrent.
Patres non debet committere filios docendos a magistris, ⁊ doctoribus istrionibus.
12 Patres filiabus inhibere debent ne se fucare debeant.
13 Et eis inhibeant vestium pompam.
14 Patres debent custodire puellas a clericorum conuersationi/ bus maxime solas cum solis.
15 Visitatores populum docere debent ne a questoribus eleemosi narum decipiantur.
16 Questores damnant̄ per concilium vienense ⁊ puniuntur, ⁊ quo modo recipi debeant.
17 Populus monendus est ad integram decimarum solutionem primitiarum et oblationum.
18 Predicatores populum a solutione decimarum retrahere non debent.
19 Monasteriorum ingressus quibus non prohibitus.
20 Monachi ad moniales accedere non debent, nec econtra.
Monasteria aliqua duplicia esse non debent.
21 Meretrices debent compelli ad portandum habitum distinctū ab honestis mulieribus.
Molestare nemo debet romipetas, peregrinos, ⁊ mercatores.
Superstitiones sunt euitande.
Cum hereticis iudeis ⁊ paganis comedendum non est.
22 Patres corripere debent filios.
Alchimia fieri non debet.
23 Salomonis clauicula, libri mathematicoruȝ ⁊ nigromantie cō burendi sunt.
In festis diebus a quibus abstinendum sit.
24 Nuptiarum solēnitates temporibus interdictis fiēde nō sunt.
25 Religiosi falsi euitandi sunt, qui sermonibus suis detrahunt ec clesiarum prelatis faciendo ea de quibus hic.
26 Decimarum solutio per populum fienda est.
27 Vasa sacra ab alijs quam clericis contrectari non debent.
28 Iustus sepissime pro impio perit.
29 Vestimenta deputata ad diuina ministeria ad nuptiarum or/ natum, nec ad laruas faciendum commodari non debent.

30 Altaris palla, candelabrum, ⁊ velum si sunt consumpta vetustate comburuntur.
31 In vestimentis altaris mortuus inuolui non debet.
32 Laici in quibus festiuitatibus teneantur missas audire in ciuitatibus, ⁊ eorum parochijs.
33 Clerici quando missas prohibeantur celebrare in oratorijs.
34 Populus quomodo debeat stare in ecclesia quando diuina audit.
Similiter quando stat ad orationem.
35 Verba que dicenda sunt quando eleuatur corpus Christi.
36 Laici non debent se ponere secus altare dum sacra fiunt.
37 Mulieres etiam sacrate circa altare incensuz portare nō debēt.
38 Oblatio semper in missa fieri debet.
39 Aqua benedicta a sacerdote deuote suscipi debet.
Aqua benedicta quis effectus operetur.
40 Aqua non est prophana ob malam vitam sacerdotis eam benedicentis.
41 Nec ob eius imperitiam.
42 Aquam consecratam si quis in sabbato sancto, velit accipere, debet accipere antequam chrisma infundatur.
43 Crucis signo quare nos signare debeamus.
44 Confessionis forma que in missa dicitur, ⁊ dominicalis oratio adiscenda est.
45 Patrini plures q̄z vnus esse non debent ad baptizandum.
Abbati vel monacho cōmatres habere non licet.
Patrinus vnus fieri potest in cathecismo ⁊ confirmatione.
46 Cognatio spiritualis per solum cathecismum contrahitur, ⁊ matrimonium contrahendum impedit.
47 Cognatio spiritualis contrahitur si plures baptizatum leuauerint que dirimit matrimonium etiam contractū.
Idem in confirmatione, secus in alijs sacramentis.
48 Baptismus fieri non debet nisi in loco deputato.
Limita nisi filius regis vel principis foret baptizandus.
49 Baptizare mulier non potest, nec laici, nisi in casu necessitatis.
50 Baptizare quomodo potest sacerdos eos de quibus dubium est, an sint baptizati.
51 Heretici fauēdi, receptandi, aut defēdendi nō sunt sub excōmunicationis pena, ⁊ quas alias penas patiant͂ qui eis fauēt.
52 Saracenis arma nec ligna deferenda sunt.
53 Cum sarracenis habentibus bellum cum christianis commertium haberi non licet.
54 Matrimonium in gradibus affinitatis vel ꝯsanguinitatis vsq; ad quartum gradum contrahendum non est.
55 Vxore ducere nemo compellitur quam odio habet.
Matrimonium plena securitate gaudere debet.
56 Matrimonium si negat mulier in monasterio detinetur, donec causa terminetur.
Matrimonia libera esse debent a pena conuentionali.
57 Matrimonium non contrahitur cum sponsa fratris.
58 Impedimentum publice honestatis iustitie quando ⁊ quomodo oriatur.
59 Matrimonium non contrahatur ob absentiam alterius coniugati, nisi de morte certa notitia habeatur.
60 Vxor an teneatur maritum sequi etiaz in carcere vel sepultura.
61 Matrimonium contrahere cum aliqua de lupanari ad remissionem proficit peccatorum.
62 Ad matrimonium contrahendum solus consensus sufficit.
63 Marito dicenti ꝙ vxorem suaz cognouit ei creditur ea negāte.
Matrimonium inter impuberes ob perplexitatem contrahendum non est.
64 Matrimonia clandestina nullus contrahere debet.
65 Matrimonium cum alia non contrahat qui fidem consensus alteri prestitit.
In matrimonio conditiones contra substantiam matrimonij inseri non debēt.
Matrimonij bona sunt, fides, proles, ⁊ sacramentum.
66 Matrimonium contrahendum per votum simplex impeditur ⁊ per solenne dirimitur.
67 Matrimoniū nō dz cōtrahi cū ea quā qs per adulteriū polluit.
68 Matrimonium non est contrahendum cum coniunctis cognatione spirituali vt hic late declarat.
69 Idem in coniunctis coniunctione legali, donec durat adoptio.
70 Matrimonium non est contrahendum cum frigidis ⁊ maleficiatis, ⁊ si contrahatur, quid sit seruandum.
Matrimonium contra interdictuz ecclesie contrahendū nō est.
72 Diuortium fieri non debet.
Mulier propria auctoritate diuertēs dotē repetere nō poterit.
72 Matrimonium quid sit.
Matrimonia canonice contracta leuitate dissolui non debent.
73 Viduis contra iustitiā fauor ecclesiasticas concedendus nō est.
Nuptie secunde benedicende non sunt.
74 Coniugū altero mortuo alter in domino nubat sine metu pene.
75 Monitio generalis in ecclesia fieri debet ꝙ omnis christianus semel in anno confiteatur, ⁊ eucharistiam sumat.
76 Sacerdos alienus nec soluere, nec ligare potest.
77 Confessor qualis esse debeat, ⁊ nume. seq.
79 Penitentia quomodo iniungenda sit confitenti.
80 Penitentie arbitrarie sunt.
81 Peccata publica occulta purgatione purganda non sunt.
Penitentia ex causa commutari potest.
82 Mulieres confessionem audire non possunt.
Confessorem sibi eligere possunt episcopi ⁊ alij prelati superiores si periculum immineat in dilatione penitentie sine superioris licentia.
83 Confessorem eligendi licentiam concedere potest parochianus qui adhuc non est presbiter.
84 Diocesis est parochia.
85 Confessorem sibi eligere posse sine licentia superioris consuetudine aliqua induci non potest.
86 Excommunicati a quibus repellantur actibus.
87 Confitens debent habere intentionem a peccatis se abstinendi, ⁊ dolere se non posse doleri, ⁊ quod non est bene premeditatus dolere.
88 Visitator monitiones quas in vno anno facere nequiuit, in alio faciat.
89 Votum arbitratorium est, sed eius solutio est necessaria.
90 Voti trāsgressor nō est, q illō auc̄te sedis apl̄ice distulit adiplēr.
91 Votū nō frangit qui religionem ingreditur.
92 Votum quis per alium implere potest.
Votum mortui per superstitem soluitur.
93 Ieiunium vigilie, eleemosine ⁊ alia pietatis opera per alios possunt impleri.
Votum religionis faciens votum implere tenetur, etiam si episcopus fiat, quia episcopatui renuntiare tenetur.
94 Votuz Ierosolimitanum an possit perfici, conscientie vouentis relinquitur.
95 Dolus bonus circa spiritualia non vitiat.

¶ Questio octaua secunde partis.

1 Octauo † Quero p̄ncipaliter super quibus obseruādis populus a visitatoribus necessario sit monendus. respōdeo ꝙ super multis. Et
2 quidez scdm̄ qualitatem regionum ⁊ locorum. † Et primo ne parentes teneant infantulos secum ad dormienduz in lecto infra annum saltem. sed teneant in cunabulis propter periculum patricidij, de quo in. c. j. ⁊. ij. de patribus. qui filios occiderunt
3 † Item ꝙ mulieres christiane lac non prebeant infantulis iudeorum propter scādalum fidei. c. ⁊ si iudeos. de iudeis. ⁊ idez
4 econtra eadē ratione. † Tertio, vt non exponant eos ad hospitalia contra pietatem ⁊ caritatem, de quo in. c. j. de infantibus ex
5 positis. † Quarto, vt caueant ne faciant abortum propter culpā inexcusabilem, de quo in. c. si aliquis. de homicidio. ⁊. c. moises.
6 xxxij. q. ij. cum concord. † moneantur etiā vt pueri post trienniuz apud patrem non suspectum alantur, ⁊ cum eo non morentur, in cuius sunt potestate, ⁊ cuius sequuntur familiam, ⁊ ꝙ in etate tali quisquis apud illas nō remaneat personas de quibus possit esse suspicio, ꝙ saluti vel vite insidientur illoruz. c. fi. de ꝯuersi. infidelium. C. de patria potes. l. nec filiū. C. de infantibus expositis. l. ij. ⁊ extra. e. ti. c. j. ante triēniū vero magis materno indiget
7 solatio quam paterno † quoniaz ante partum sibi fuit onerosus, in partu dolorosus, ⁊ post partum laboriosus sibi extitit, vt ha
8 betur in dicto. c. fi. † ⁊ hec est ratio, que ꝯsueuit assignari a doctoribus quare mr̄imonium sic appelletur quam patrimoniuz, ⁊ q̄ vir nō hz potestatem sui corp̄is, sed mulier. c. quidam. de cōuer. cōiu. sunt enim vna caro. c. ad apostolicā. eo. tit. de spurio autez nefario ⁊ incestuoso dic vt plene habetur in. c. cū haberet. de eo q dux. in matri. quā poluit per adulteriū, vbi ēt vide de dote ⁊ pa
9 bar. in. l. cū pater. §. pr̄ nālis. ff. ð leg. ij. † Quinto vt moneāt pueros suos grādiusculos saltē doli capaces ⁊ corrigāt, vt caueant a furtis,

a furtis, mendatijs, ⁊ periurijs, quibus plena est puerilis etas,
⁊ malis ꝯuersatiõibus, ⁊ moribus, vt in.c.j.de delic.puero.⁊ ha
betur in glo.augusti.super.c.de con.di.iiij.paruuli.prouide.aut
etiam ne pueri seducantur ad ingrediendã religionẽ.c.ad nostrã
10 c.significatum.⁊.c.cũ simus.de reg.† Sexto vt moneãt paruu-
los iuuenes ⁊ puellas ne in solẽnitatibus sanctoꝝ, saltatiõibus
turpibus aut alijs cantilenis inuigilent, sed magis diuinis offi-
11 cijs vacent, de ꝯdi.di.j.c.irreligiosa. ¶ † Septimo ꝙ nulli ciuiũ
vnqꝫ pasce, natalis domini.vel quadrages.solennitates in villa
celebrent, nisi quos infirmitas tenuisse probaẽ.c.nulli.ea.distin.
¶ Septimo ꝙ non cõmittantur docendi magistris ⁊ doctori-
busbistrionibus, ⁊ magis qui pueroꝝ nõ erudiendoruꝫ sed per
dendorum causa id qđ male didicerunt ceteris quoqꝫ insinuant
12 c.pro dilectione.de con.di.ij. ¶ † Octauo inhibeant puellis ne-
se debeant fucare figmentis, vt rubicundiores, vel candidiores
appareant adulterina fallacia, qua non dubium est etiam ipsos
maritos se nolle decipi, quibus solis permittẽde sunt femine or-
13 nari secũdum veniam nõ secũdum imperium. † Inhibeãt etiam
vestium pompam, ⁊ sindale, ⁊ superfluitates ligaturarum, ⁊ or-
namenta auricularuꝫ. Item que magis ad seruitutem demonũ,
14 qꝫ placitũ adhibentur, cõtra.c.fucare.de cõse.dist.v. ¶ † Nono
iubeant puellas custodiri a conuersationibus clericorum ⁊ cõfa
bulationibus maxime solas cum solis.c.solus.lxxxj.dist.⁊ non
15 habere lauacra communia.c.non esset.ea.dist. ¶ † Decimo iu-
beant omnibus ne patiãtur se decipi a questoribus eleemosina-
ruꝫ, qui vt simplices decipiant falso predicant ad extorquenduꝫ
aurum subtili ⁊ fallaci ingenio se posse super natalibus dispensa
re a periurijs, homicidijs, ⁊ a peccatis alijs sibi confitentes ab-
soluere male ablata incerta data sibi aliqua pecunie quantitate
remittere, ac relaxare tertiam aut quartam partem de iniunctis
penitentijs animas tres vel plures parentum, vel amicorum il-
lorum, qui eis conferunt eleemosinas de purgatorio extrahere,
⁊ ad gaudia paradisi perducere, ⁊ benefactoribus locoruꝫ, quo
rum questores existunt remissionem plenariam indulgere, ⁊ ali-
16 qui ex ipsis eos a pena ⁊ a culpa absoluere. † Quorum questoꝝ
abusus damnat cõcilium vienense ⁊ mandat puniri, tanquam ce
dentes in animarum periculum, ⁊ scandalum plurimorum, ⁊ in
hibet eos recipi ⁊ admitti nisi apostolicas ⁊ diocesani literas
exhibuerint.sed solum tollerari cũ literis prefatis indulgentias
sibi concessas populo insinuare, ⁊ charitatiua postulare subsidia
absqꝫ predicatione, ⁊ alijs expositionibus.mandat etiam dioce
sanis vt apostolicas literas eorum nequid fraudis committi va
leat, antequam admittantur ad questuãduꝫ diligenter examinẽt
quarum literarum tenor habetur formalis in.c.cum ex eo.de pe
nit.⁊ remis.⁊ reuocãtur quo ad hoc omnia priuilegia contraria
etiam apostolica vt patet in clemen.abusionibus.eodem titu.de
17 peni.⁊ remissio. Adde cle.cupientes.§.j.de penis. † Item mo-
nendus ⁊ informandus est populus ad integram solutionem de
cimarum, ⁊ aliarum rerum ecclesijs debitarum, tam verbo quaꝫ
opere, vt ad id sint prompte volũtatis animo intenti, scilicet pri
mitiarum, ⁊ oblationum, ⁊ omnium eorum que debentur eccle-
18 sijs ex laudabili consuetudine, puta oleum lampadis, ⁊c. † ad qđ
etiam predicandum tenẽtur regulares predicatores, ⁊ minores,
quibus specialiter inhibeẽ, qđ tam in predicationis qꝫ cõfessio.
⁊ collationibus, ⁊ dispensationibus nõ retrahant aliquos a pre
missorum solutione vt in.c.primo de decimis.lib.vj.⁊ ibi plene
19 no. † Monendus est ⁊ populus, vt caueat ab ingressu monaste-
riorum.nam nulli etiam honeste persone nisi rationabilis ⁊ ma-
nifesta causa existat, sicut in medicis, barbitonsoribus, carpenta
rijs, sartoribus, ⁊ alijs similibus, sine speciali licẽtia illius ad quẽ
pertinet ingredi monasteria mulierum, nec econtra mulieribus
virorũ, vt sic a publicis, ⁊ mundanis conspectibus separate om
nino seruire deo valeant liberius, ⁊ lasciuiẽdi opportunitate sub
lata eidem corda sua, ⁊ corpora in omni scimonia diligentius cu
20 stodire.c.j.de sta.reg.lib.vj. † quinimmo nec monachi ad eas ac
cedere debent nec econtra.nec cum eis colloqui, nisi in presen-
tia abatisse ⁊ per modica vba.xxviij.q.ij.diffinimus.⁊ ideo nul-
21 la monasteria debent esse duplicia, vt ibi ⁊ in capitulis se. † Cõ-
pellent etiã meretrices ad portãdum habitum distinctũ ab alijs
honestis mulieribus, secũdum Bal.in.l.mime.C.de episcopali
audi. Item ꝙ nemo romipetas, ⁊ peregrinos, ⁊ mercatores mo
lestare presumat, inhibeant.c.si quis romipetas.xxiiij.q.iij.cum
duobus capitulis sequentibus. Itẽ ꝙ caueant a superstitiõibus
scꝫ de non iurando nõ comedendo caules cum lardo.xxij.q.j.
non est.xxx.dist.c.vltimo. Item ꝙ non comedant vel bibant
22 cuꝫ paganis iudeis vel hereticis.c.si quis inquit.j.q.j. † Iteꝫ ꝙ
parẽtes corripiãt filios.c.displicet.xxiij.q.iiij.⁊.C.de emẽda.ser
uorum ⁊ de emendatione propinquorum. Item ꝙ nõ fiat alchi-
23 mia, de qua per Bar.in vsibus feu.in tit.que sunt regalie. † Itẽ
clauicula Salomonis, ⁊ alij libri mathematicorum, ⁊ negromã
tie comburantur.l.mathematicos.C.de episcopali audien. Iteꝫ
monẽdus est, vt diebus festiuis caueat ab omni illicito opere, ⁊
abstineat, ne mercatum in eis faciat, nec placitum, nec ad mor-
tem, vel ad penam aliquis iudicetur, prout habetur in.c.j.⁊ fin.
de ferijs.nisi in casibus de quibus in.d.c.j.scilicet pro pace vel
24 necessitate.⁊c.⁊.c.licet.eod.tit. † Item ꝙ non faciant nuptiaruꝫ
solennitates temporibus interdictis ab ecclesia, vt scilicet carna
liter non coniungantur, prout traditur in cap.capellanus.de fe-
rijs.⁊.xxxiij.q.iiij.non oportet.⁊ capitu.non potest.de quo in.c.
25 ex literis, de matrimonio.contra interdictum ecclesie. † Item
ꝙ caueant etiam a nõnullis falsis religiosis, qui in sermonibus
suis detrahunt ecclesiarum prelatis ⁊ retrahunt laicos ab eccle
siarum suarum parochialium frequenti accessu, ⁊ indulgentias
pronuntiant indiscretas, ⁊ factionibus testamentorum interes-
sentes a restitutionibus debitis, aut legatis matricibus ecclesijs
faciendis retrahunt testatores, ac legata, vel debita, aut male
ablata nõ certa sibi aut alijs singularibus sui ordinis fratribus
⁊ cõuẽtibus in alioꝝ preiudiciũ fieri seu errogari ꝓcurãt, aut ẽt
in casibus sedi aplice, aut locoꝝ ordinarijs reseruatis plures ab
soluũt, ⁊ ꝑsonas ecclesiasticas ꝑsertiꝫ corã iudicibus aplicis de
legatis suã ꝯ eos iusticiã ꝓsequẽtes vexãt indebite, aut ad loca
plura, ⁊ per ꝑsertiꝫ multũ remota ꝯuenire ꝑsumunt, qm̃ tales pu
26 niri mandãt, vt in cle.j.§.quibus.đ priuil. † ac ẽt certis tẽporibꝰ
iniungiẽ illis, vt ꝩmonẽ faciãt populo suꝑ decimis integre soluẽ
dis ⁊c. vt ibi. Vñ est aduertẽdũ ad vba ⁊ formã suaꝝ ꝯseruato
riaꝝ an.s.⁊ quõ derrogẽt.c.j.⁊ fi.đ of.dele.⁊ ꝙ nõ extẽdanẽ alr
27 qꝫ no.Io.an.in.c.cũ in alijs, circa fi.i nouella de ꝑb.li.vj. † Ca-
ueãt ẽt vt sacra vasa ab alijs, qꝫ a cleri.nõ ꝯctenẽ, ne ꝓ talibꝰ pre
sumptiõibus iratus dñs plagã iponat pplo suo, ⁊ hij ẽt q nõ pec
28 cauerũt pcãt, † qꝛ perit iustus sepissime ꝓ impio.c.in sctã.đ ꝯse.
di.j.silr nec vestimẽta ecclie, qbus dño ministraẽ, qꝛ sacrata de-
bẽt eẽ, ⁊ honesta, ⁊ quibus in alijs vsibus nõ dꝫ frui qꝫ ecclesia-
sticis officijs, nec ab alijs debent ꝯtingi, nisi a clericis, ne vltio, q̃
Balthasar regem percussit, super transgredientes veniat, ⁊ cor
29 ruere eos faciat ad ima.c.vestimẽta.ea.di. † nõ prestentur ẽt ad
nuptiaruꝫ ornatũ ad ministeria diuina deputata, ne dum impro
bo tactu vel pompa secularis luxurie polluuntur, ad officium sa
cri ministerij videanẽ indigna.ergo minus ad laruas faciendas
cõtra.c.cum decorem.de vita ⁊ honesta.cle.vt in.c.ad nuptiaꝝ.
ea.dist.ligna.etiam ecclesie nõ debẽt ad aliud opus iũgi nisi ad
aliam ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum
in monasterio fratribus, in laicorum autem opera non debent
30 admitti.c.ligna.ea.dist. † sic ⁊ altaris palla, cathedra, candela-
brum ⁊ velũ, si fuerunt vetustate consumpta incendio debentur
quoniã non licet ea que in sacrario fuerint male tractari.cineres
quoqꝫ eorũ in baptisterio inferri debẽt, vbi nullus transitus ha
beatur, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne
31 introeuntiũ pedibus coiquinentur.c.altaris. † nec mortui ob
uoluantur vestimentis altaris.c.nemo.ea.di.vbi dicitur pallas
⁊ vela que in sanctuario sunt, si sordidata fuerit ad misteria, dia
coni cum ministis intra sanctuarium lauent non eijcientes foris
a sacrario, ⁊ velamina dñice mense ne forte puluis corporis do-
minici male decidat, sindonem vero nõ foris abluãt. idcirco in
tra sacrariũ ministris precipitur cum diligentia custodiri, si pel-
uis noua cõparatur hec nihil aliud tãgat, sed nec ipsa peluis vel
lis apponaẽ lauandis, nisi que ad dominici altaris cultum perti
nẽt, ⁊ palle in alia pelui lauentur, ⁊ in alia vella ianuaꝝ. debet ẽt
esse cura hostiarijs ex amonitione maiorum ne quis vella ianua
rum domus dñi negligens aut ignarus manibus incongrue tã-
32 gat tergendo.l.manus vt in.d.c.nemo. † Caueant etiaꝫ laici de
confratrijs ⁊ habentes oratoria pro cõmoditate familie, ꝙ in
festo pasce aut natalis dñi epiphanie, ascẽsionis pentecoste. na-
talis sci Ioan.baptiste.⁊ si qui dies maximi festiuitatis habenẽ
33 non nisi in ciuitatibus, aut parrochijs missas audiant † nã clerici
qui in his festiuitatibus in oratorijs, nisi iubente aut permitten
34 te epo, miss.celebrauerit puniunẽ.vt i.c.si qs.ea.di. † moneaẽ ẽt
populus ꝯuersari cũ deuotione in ecclesijs, ⁊ audire integrã mis
sam, ⁊ ꝙ dum euangelia legunẽ, nõ debeant sedere, sed stare ve-
nerabiliter in ꝯspectu euãgelij, ⁊ verba dñica intenta audire, ⁊ fi
deliter deũ adorare.c.aplica.e.dist.qñ stãt ad orationẽ debẽt vi
gilare, ⁊ incũbere ad ꝑces toto corde, ⁊ oĩs cogitatio carnalis,
⁊ secularis dꝫ discedere, nec quicqꝫ aio qꝫ id solũ cogitare, qđ

precantur. Ideo sacerdos ante orationem prefatione premissa
parat mentes eorūz dicēdo sursum corda. vbi dum respondens
plebs, habemus ad dominū, admonere nihil aliud se q̄ȝ dominū
cogitare debere. claudatur ergo cōtra aduersarium pectus, ⁊ so
li deo pateat, ⁊ claudantur oculi iuuenū, ne ad se hostem domi-
ni tempore orationis venire patiantur. c. quādo. ea. di. Item ꝙ
flectant genua, ⁊ se reuerēter inclinent, dū eleuatur corpus Chri
35 sti scilicet flexis genibus † ⁊ possunt dicere hec verba salue lux
mundi, verbum patris, hostia vera, viua caro, deitas integra,
verus homo. vel trāsubstantientur res iste corpus ⁊ sanguinem
tuum domine ad honorem ⁊ laudem nominis tui, ⁊ ad cōfusio-
nem peccatorum, ⁊ ad salutem animarū nostraruȝ. vel orationē
dominicam vt no. in. d. c. sane. de cele. mis. ⁊ in. c. nihil. de conse.
dist. ij. no. in. cle. ad nostram. ver. viij. de hereti. Itē quādo pulsa
tur aue maria in aurora, ⁊ in sero ad laudes virginis, vt no. glo.
in. clemen. j. de iudeis. ⁊ sarracenis super verbo ȝabulala. in fin.
36 † Iteȝ ꝙ nō ponant se laici secus altare dum sacra misteria cele
brantur ad standum vel sedēdum inter clericos, q꞉ ille locus so-
lis clericis psallentibus patere debet, ad orandum tamen ⁊ com
municandum, sicut mos est laicis ⁊ feminis patere debent san-
cta sanctorum. c. j. de vita ⁊ ho. cle. intrando, nō tamen stādo. c.
37 sacerdotuȝ. de cōd. di. ij. † incensum aūt circa altare portare mu
lieres etiam sacrate non debent. xxiij. di. sacratas, de con. dist. j.
in sancta. nec in missa presbytero ministrare. c. j. in. fi. de coha. cl.
38 ⁊ mulie. † Moneantur etiam vt in missa semper aliquid offerāt,
reducentes ad memoriam quod deus per moyses dixit, non ap
parebis in conspectu meo vacuus, ⁊ quod apparet in collectis
sanctorum patrum ad ipsum. n. prius confugiendum est, qui no-
stre possit curare anime passiones, ⁊ non peruerso ordine antea
sibi opem ab hominibus accersiri, vbi humana subsidia defece-
runt, ⁊ tunc opinari diuini postulandam fauoris gratiam. c. om-
39 nis christianus, de con. di. j. † Moneantur etiam ꝙ deuote susci
piant aquam benedictam a sacerdote sale benedicto aspersam,
vt per eam aspersi sanctificentur, ⁊ purificentur. nam si cinis vi-
tuli aspersus populū sanctificabat, multo magis aqua solet asp
sa diuinisque precibus sacrata populum sanctificat. ⁊ si sale
asperso per eliseum prophetam sterilitas aque sanata est, quan-
to magis diuinis precibus sacratas sterilitateȝ rerum aufert hu
manarum, ⁊ coninquinatos sanctificat, ⁊ purgat, bona multipli-
cat, ⁊ insidias diaboli auertit, ⁊ a phantasmatis versutijs homi-
40 nes defendit. c. aqua. de cond. dist. iij. † nec retrahat eos mala vi
ta sacerdotis benedicentis, q꞉ ꝑpea nō est aqua ꝓphana, ⁊ adul
tera, sup quam nomen dñi inuocatur, etiam si a ꝓphanis ⁊ adul
teris inuocet̃. q꞉ nec ipsa creatura nec ipsum nomen adulterum
41 est. c. non est. de con. di. iij. † Itē nec imperitia, q꞉ verba exorciȝa
tionis per impericiam prolata non impediunt sanctificationem
aque. c. si non sanctificatur. ea. di. ⁊ vide omnino circa hec verba
42 elegātia Cipriani, de quibus in. c. necquicq̄ȝ. e. di. † ⁊ adde ꝙ in
sabbato sctō pasche vel pēhecoste si quis velit aquā ↄsecratā in
domo sua ad aspersionē accipere añ crismatis infusionē recipiat
43 vt in. c. in sabbato. e. di. † Moneant̃ etiā vt sepe ↄsignēt se signo
crucis, vt apostata diabolus in vase suo pristino interemptio-
nis sue cognoscēs signū sibi iā deinceps illud sciat esse alienū. c.
postea. de con. di. iij. nam ⁊ oīa sacr̃a sacerdotalis ministerij cru-
cis signo ꝑficiunt̃, ⁊ baptismatis vnda, nisi cruce sanctificata pec
cata relaxat nec sine crucis signaculo qs sacerdotij gradus ascē
44 dit. c. nunq̄ȝ. e. di. † Itē vt addiscāt ↄfessiōis formā, q̄ dr̃ in missa.
Itē orōneȝ dñicā ⁊ simbolū, de quo in. c. deus qui. de pe. ⁊ re. ⁊ i
45 c. id semp. de cō. di. v. † Moneant̃ ēt, vt nō plures ad suscipien-
dū de baptismo infantē accedant, q̄ȝ vnus, siue vir siue mulier, ⁊
idē in ↄfirmatiōe chrismatis, dū tñ nō sit abbas, vel monachus,
quibus nō licet cōmatres, vel cōpatres habere. c. nō plures. cuȝ
se. ea. di. in cathecismo. n. ⁊ in baptismo, ⁊ in cōfirmatione vnus
patrinus fieri pōt, si necessitas cogit, vel de ↄsuetudine romana
46 singuli ad singulas debent suscipere. c. in cathecismo. e. di. † nā ⁊
per solū cathecismum cōtrahitur cognatio spiritualis, ⁊ impedi
tur matrimonium contrahendū vix, ⁊ ꝙ vix sit nō est dubiū fieri
47 c. per cathecismum, de cogna. spiri. lib. vj. † si tamen plures ac-
cesserint ad fontem ⁊ lauauerint baptiȝādū ↄhit̃ inter oēs spūa-
lis cognatio, etiā dirimens matrimoniū iam ↄtractuȝ, ⁊ idem in
confirmatione, licet secus sit in alijs sacramentis. c. fin. eo. tit. ⁊
48 lib. † Et adde ꝙ extra ecclesiam ⁊ alibi q̄ȝ in fronte deputato
debet baptismus prestari, nisi vbi subesset necessitas, aut filius
regis, vel principis foret baptiȝandus. De principe dico qui ma
ior est ducibus ⁊ marchionibus ⁊ comitibus vt in clementi. pri-
49 ma de baptis. ⁊ ibi no. † ⁊ caueat mulier ne presumat baptiȝare
c. mulier. de condi. dist. iiij. vbi mulier quantuncunqꝫ docta, ⁊ san
cta viros in cōuentu docere, vel aliquos baptiȝare prohibetur,
sic nec laici possunt baptiȝare, nisi necessitate cogente cap. con-
50 stat, ⁊ cap. in necessitate. ea. dist. † ⁊ tunc propter dubium an ba-
ptiȝati sint potest sacerdos illos solenniter baptiȝare premissis
his verbis, si batiȝatus es, non te rebaptiȝo, sed si nondum ba
ptiȝatus es, ego te baptiȝo cap. secundo de baptismo. in forma.
51 scilicet, de qua in cap. primo. eodem. titu. † Moneant etiam ne
credant, aut fateant hereticis, neqꝫ receptent eos, aut defen-
dant, alias sunt excommunicati, ⁊ nisi in annum ex tunc satisfe-
cerint, efficiuntur infames, nec ad publica officia, seu consilia,
nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium ad
mittuntur, ⁊ efficiuntur intestabiles, ⁊ non possunt libere testa-
ri, nec ad hereditatis successionem admitti, ⁊ nullus sibi super
quocunqꝫ negotio, sed ipse alijs respondere cogit̃, ⁊ si forte iu-
dex extiterit eius sententia annullatur, nec cause alique ad eius
audientiam perferri possunt. si fuerit aduocatus, priuatur of-
ficio patrocinij, si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nul
lius sunt momenti, ⁊ ideȝ de similibus sed cuȝ auctore suo dam
nati, vt in cap. excommunicamus. §. credentes, de hereticis, ⁊
52 capitu. si aduersus eodem titu. cum concor. ¶ † Moneantur
etiam, ne sarracenis arma, ferrum, aut lignamina deferant gal
learum, aut galleas, vel naues, eis vendant, aut in piraticis
eorum nauibus curam gubernationis exerceant, vel in machi-
nis, aut quibusuis alijs aliquod eis impēdant consilium, aut
auxilium in Christianorum dispendium, alias sunt excommu-
nicati, ⁊ est hec monitio sepius presertim in diebus festiuis om
nibus facienda per terras maritimas, vt in capitu. ad liberan-
53 dā, ⁊ in. c. ita quorundā. de iudeis, † quinimmo, durāte guerra
Christianoꝝ ↄtra eos, nō lȝ habere mercimoniū cū eis, vel p se,
vel p alios, nec nauib⁹, vl̃ q̊cūqꝫ alio igenio eis aliq̄ reꝝ sb̃sidia,
seu ↄsilia ipēder̃, vt i. c. qd̊ oliȝ. e. tit. vbi pȝ tales eē excōicatos.
54 † Moneāt ēt visitātes ꝑcipue oēs q diuino timore postposito in
suarum periculū animaꝝ scienter in gradibus cōsanguinitatis,
scȝ in quarto vel citeriori, vel affinitatis. s. primi ḡneris constitu-
tione diuina ac canoni. interdictis, de qbus in. c. ñ dȝ. de ↄsang.
⁊ aff. aut cū mōialib⁹ mr̃imōial̃r ↄ̄here nō veret̃, necnō religio-
sas, ⁊ mōiales, ac clericos in sacris ordinib⁹ ↄstitutos mr̃imōia
ↄ̄hentes ꝙ abstineāt, alias ipso facto sen. excōica. incurrēt. ⁊c.
55 cle. j. de ↄsan. ⁊ affi. † Itē ꝙ nullus cōpellat̃ ducere in vxorē, quā
odio hȝ, iuxta. c. ij. de spon. ⁊ ideo q꞉ mr̃imoniū qd̊ solo ↄsensu ↄ̄
hit̃ plena dȝ securitate gaudere ex parte eius, cuius est animus
indagādus, ne per timorē dicat sibi placere, qd̊ odit, ⁊ sequat̃ ef
fectus, qui de inuitis nuptijs solet ꝓuenire, nec locū habeat con
56 sensus vbi metus, vel coactio intercedit † mādat̃ ꝙ mulier negās
matrimoniū honeste detineat̃ in monasterio libera donec cā ter-
minet̃. c. cū locū. de spon. debēt ergo matrimonia esse libera ēt a
57 pena ↄuentionali. c. gēma. eo. tit. † Moneāt ēt oēs, ne sponsas
fratrū suoꝝ querāt sibi matrimonialiter copulare. c. ad audien-
tiā. eo. tit. quinimo ēt sponsaȝ alterius si est nubili etati ꝓximus
nullus cōsanguineoꝝ aliquando sibi potest matrimonialiter co
vero predictis meritis debita sunt perfecte beatitudines, scili-
cet regnare in celis,possidere terram viuẽtium,consolari,satu-
rari,superabundare,Deum videre,ꝛ filium Dei esse, cum ple-
nitudine misericordie,quam summam beatitudinem diminute
56 beati merẽtur,ꝛ sperant.†Tripliciter ergo beatificantur meri-
ta illa virtutum. Primo, presenti beatitudine virtutum. Se-
cundo summa,ꝛ perfecta beatitudine,eam.s.disponendo meri
torie.Tertio,eam sperando secure,ꝛ tamen diminute donec ve
niat,qđ perfectum est,ꝛ euacuetur,qđ ex parte est.Cõgruit au
tem ordo meritorum,qr initium,ꝛ fundamẽtum eorum est hu-
miliatio sui,ꝛ abdicatio suorum,ideo primum locum tenet pau
57 pertas spiritus.†Ex his sequitur mansuetudo,glo.non est mi-
tis,qui prius pauper non fuit.difficile est enim secundum gra-
dum ascendere,nisi primum ascenderis,quia inter diuitias, cu
ras,ꝛ odia,animus nõ est mitis, ꝛ qr inter seculi curas leuitas
58 animi sepe irritatur luctu,fit temperatio mansuetudinis.†Qui
autem pauper humilis mitis,ꝛ lugens est, accẽditur continuo
desiderio,vt perficiat Dei volũtatem,qui non sitiuit iustitiam,
iam nõ potest misericordie altiorem gradũ cõscendere,qr non
bene miseretur,qui nõ est iustus.his autem altior est munditia
cordis,sed demum pax,que superat omnem sensum cunctis su
pereminet.Congruit etiam ordo premiorum. nam primũ pre-
mium est,vt homo terrenus fiat celestis,immo ꝙ ipsis celis im
59 peret,†sed parum est dominari in celis,nisi se ipsum possideat,
ideo excellentior beatitudo est possidere terram, ꝛ seipsum,sed
hãc superat consolatio diuina omne gaudium continens. ma-
ius vero est saturari viris bonis,ꝙ̃ consolari.saturitatem vero
excedit superabũdantia misericordie,quam largitur misericor
dia diuina,sed excelsius est Deum videre presentialiter, a quo
proueniunt cõsolatio,saturitas,ꝛ superabundãtia vltimo cun-
ctorum eminẽtissimum est hereditario iure habere Deum, qđ
filijs eius datur.Que omnia beatitudinis premia vnicuiqꝫ me
rito virtutũ Deus largitur, sed per approbationẽ quedam que-
niũt singula singulis.Concludo ergo, ꝙ qui sic prospexerit in
lege pfecte libertatis, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor
operis hic beatus in facto suo erit,sicut ꝛ qui audit verbũ Dei
60 discernẽdo,ꝛ custodit illud obseruãdo,†declaratur autẽ vtrũ
quis vere sit paup, spiritu mãsuetus, vel mitis, lugẽs, esuriẽs,
ꝛ sitiens iustitiam,misericors,mũdus corde, ꝛ pacificus, dum
propter iustitiã persequutionem alacriter patitur, eius merces
copiosa est in celis,ꝛ qui hec sitiũt, ve beati sunt, si fecerint ea.
61 Jo.xiij.ꝛ beatificabũtur in gloria.¶†Nam, ꝛ econtra, infeli-
ces in hoc,ꝛ in futuro seculo sunt diuites,superbi, ꝛ auari, quo
niam ipsorum est seruitus idolorum,ꝛ infernales infelicis,ira-
cundi, ꝛ crudeles, quoniam ipsos possidebit ignis damnato-
62 rum.†infelices qui exultãt in terrenis felicitatibus,quoniã ipsi
cum maledictis cõtristabuntur,nam extrema gaudij luctus oc
cupat.infelices,qui incrassantur,ꝛ inebriãtur in iniustitijs,quo
niam ipsi a mẽte alienabuntur,ꝛ ab omni veritate,ꝛ bono.infe
63 lices,inuidi,quoniam ipsi omni misericordia priuabuntur, †est
enim impossibile crudelem bene finire.infelices corde polluto,
vano,ꝛ indurato,quoniam ipsi Dei visione priuabũtur,etenim
peccant in spiritum sanctũ irremissibiliter.infelices belli, ꝛ di-
scordiarum zelatores,quoniam filij diaboli vocabuntur, ꝛ he-
64 reditabunt eum. † Infelices insuper, qui exaltationes conse-

quuntur propter iniustitiã, quoniaʒ ipsoꝝ erit semper perpetua
seruitus inferorum absq; vlla redemptione. nam sedes ducum
65 superborum destruit dominus, ꝛ sedere facit mites pro eis. † ꝛ
qui custodit legem beatus est, ꝛ qui suffert tentationem, ꝛ qui
intelligit super egenum, ꝛ pauperem, ꝛ qui post aurum nõ abijt,
nec sperauit in pecunie thesauris, ꝛ qui timet dominum, ꝛ am-
bulat in vijs eius, ꝛ beatus post se relinquit filios, ꝛ super om-
nia bona sua constituet eum dominus, ꝛ precinget se, ac mini-
strabit ei. xxiij. questio. v. ad fidem. xxiij. questio. v. c. a recta. cuʒ
66 similibus, ꝛ. xxiij. questio. iiij. §. ex his. † Beatitudinibus vero
vltra congruentiam meritorum, de quibus supra, succedũt do
na spiritussancti quasi earundem. vij. virtutum delectationes, ꝛ
instinctus diuini, in quibus premeditatus animus mouetur ad
bonum, videlicet, sapientia, intellectus, consiliũ, fortitudo, scien
tia, pietas, ꝛ timor domini. Sapientia enim quasi Sol illumi-
nat, de spe, ꝛ certitudine eternorum contra stultitiam, ꝛ corre-
spondet virtuti charitatis, sapientia enim infusa que est donuʒ,
non est charitas, sed magis effectus intellectus, quasi venus il
lustrat intellectum stabilitate penetrandi audita contra ebetu-
dinem, ꝛ tarditatem ingenij. Et correspondẽt virtuti fidei. Isai.
xvij. nisi credideritis non intelligetis. Consilium quasi mercu-
rius illustrat mentem in agibilibus, quid, videlicet eligendum,
quidue fugiendum sit ꝯtra precipitium, ꝛ dirigitur a dono con
silij, quod est de melioribus bonis. Et correspondet virtuti pru
dentie, qꝛ circa ea que sunt agenda propter fineʒ, sicut ipsaʒ ad-
iuuans, ꝛ perficiens. Fortitudo quasi mars illustrat mentem ra
dio confidentie, ne aduersa timeat contra pusillanimitateʒ cor-
respondet virtuti fortitudinis, qđ dat fiduciam euitandi que-
cunq; pericula. Scientia quasi luna illustrat mentem de verita-
te creatorum contra ignorantiam infusa correspondet virtuti
fidei. Et est solum circa res creatas. Pietas quasi iupiter dif-
fundit corda miserationis ad proximum contra crudelitatem
correspondet virtuti iustitie. Timor dñi, quasi saturnus pon-
dere sue lucis premit mentem, ne de acceptis bonis superbiat,
sed eterna requirat. ꝛ hoc contra superbiam, ꝛ precipuus est fi-
lialis, per quem timemus ab auxilio diuino nos subtrahere, cu
ius obiectum est malum. ideo timor, ꝛ spes inuicem correspon-
dent, ꝛ perficiũt se, secundario autem correspondet virtuti tem
perantie ad fugiendum ea, que maxime alliciunt ad vitandam
Dei offensam. est ꝛ timor seruilis, ꝛ initialis, qui non sunt dona
67 spiritussancti. † Et vocatur timor seruilis, quia refrenat a teme
ritate formidine pene. lxij. distinctio. docendus. de electio. cum
in cunctis. C. de emenda. propinquorũ. l. prima. iuxta illud ode
runt peccare mali ꝛc. nec habet per se premium, nisi quia solet
inducere filialem. Timor autem seruilis, secundum Gregoriuʒ
est, in quo viuit peccandi voluntas. Et sequeretur opus, si spe-
raretur impunitas, ꝛ pertinet ad seruum. initialis autem respi-
cit amissionem premij, ꝛ pertinet ad mercenarium. Filialis au-
tem respicit offensam, ꝛ proprie ad filium pertinet, vt no. gl. in.
68 c. eum qui. ad fin. de preben. libro sexto. † Donum ergo sapien-
tie inflammat amorem intellectus, occulta manifestat, consiliuʒ
dirigit in via. fortitudo confortat timida, scientia delectat, pie-
69 tas seipsam extra multiplicat, timor fugat inimica, † quia in ti-
more domini declinat omnis a malo, numeri. xvj. Sũt ergo do
na spiritussancti quedam habituales anime delectationes, ꝛ di
spositiones, ac perfectiones potẽtiarum eiusdem, quibus redi-
mur bene prompti, ꝛ mobiles a spiritu sancto, sicut virtutibus
moralibus potentie appetitiue redduntur bene mobiles a ra-
tione, ꝛ sunt dona perfectiora virtutibus moralibus, ꝛ intelle-
ctualibus, in quibus mens humana habet se, vt mouens, ꝛ vt
mota. Et horum actus manent in patria, licet non actus virtu-
tum, ꝛ naturalem facultatem excellunt. ꝛ communia sunt omni
70 bus sanctis, ꝛ participantur a creaturis, ac sunt gratuita. † vn-
de Chrisostomus ait donum spiritussancti non datur inimicis.
Ideo oportuit nos prius reconciliari per mortem Christi glo-
rificati, ꝛ postea accipere spiritumsanctuʒ. Adde omnino tex.
71 de pe. distinctione secunda. c. querendum. ¶ † Alius autẽ prin
cipalis fructus est, quia in tantum possunt reformari visitati
quod possunt consequi duodecim fructus spiritussanti. Et sunt
hij, videlicet charitas, longanimitas, gaudium, pax, fides, bo-
nitas, benignitas, patientia, mansuetudo, modestia, continen-
tia, ꝛ castitas. Et sunt hij fructus similiter, delectationes de ac-
tibus virtutum. hoc est de beatudinibus. inquantum enim ho-
mo haber delectationem in suo actu dicitur assequi fructum, in
quantum vero est quid secundum operationem operans, dici-
tur habere rationem virtutis. Et in eo consequuntur ad beati-
tudines. Importãt enim delectationem quandam spiritualeʒ,
que consequitur perfectos actus virtutum. Et importãt quod
dam vltimum in operatione, non autem in cognitione tantuʒ.
Et sunt primus fluxus fructuosus pertinens ad gratiam gra-
tum facientem. ꝛ sunt quoddam precipuum quod nascitur ex
virtutibus, quibus spiritussanctus fecundat animam, quam ir
rigat, ꝛ in eis quasi fructibus animus pascitur, ꝛ delectatur. Et
eo irrigante producuntur ex arbore virtutum. sunt, ꝛ dona. vu-
de cum predicta sic fiunt in nobis, vt delectẽt in spiritu fructus
eius sunt, secundo ad Corinthios in suauitate, ꝛ spiritu sancto,
72 ecclesiastici vigesimotertio, spiritus meus sup mel dulcis. † cha
ritas ergo, ꝛ suauitas amoris, que nascitur ex arbore charita-
tis est, operante spiritu sancto, ad Roman. v. charitas Dei dif
73 fusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum. † Longani-
mitas est respectu boni absentis, que nascit ex arbore spei ope-
rante spiritusancto ad Ephesi. primo signati estis spiritu pro-
74 missionis. † Gaudium respectu boni presentis, ꝛ nascitur de bo
na conscientia per spiritumsanctum, Luce decimo. Exultant in
75 spiritusancto. † Pax est securitas respectu boni possessi tenen-
di, ꝛ nascitur ex arbore confidentie per spiritumsanctum, quia
omnem perturbationem remouet, vt secure bonum habitu pos
sideatur. Et sic intelligitur Esaie quarto, ibi, erit in securitateʒ,
76 ꝛ in absconsionem, a turbine, ꝛ a pluuia. † Fides respectu veri
transcendentis, que dicitur fructus, cum delectabiliter credi-
tur, ꝛ nascitur ex arbore intelligentie operante spiritusancto. sa
pientie nono. sensum tuum domine quis sciet, nisi dederis spi-
77 ritumsanctum tuum. † Bonitas respectu boni tribuendi qui-
buscunq; affectus, videlicet animi est omnibus se communican
di cum dilectione, qui fructus nascitur ex pietate per spiritum-
sanctum sapiẽtie duodecimo. O quam bonus, ꝛ suauis est spiri
78 tus tuus domine. † Benignitas respectu boni tribuendi etiam
mala inferentibus, benignus enim est, qui maliuolis bene facit,
ꝛ nascitur ex arbore charitatis operante spiritusancto, sapien-
tie primo. benignus est spiritus sapientie. Et propterea dicun-
79 tur hi duo fructus correspondere dono pietatis. † Pacientia
respectu mali affligentis est tollerare etiam cum delectatione,
nascens ex arbore fortitudinis per spiritumsanctum, sapientie
80 quinto. contra illos stabit spiritus virtutis. † Mansuetudo re-
spectu mali illati, ne vindicetur, nascitur ex arbore humilitatis,
cuius auctor est spiritussanctus, primo a d Corinthios. iiij. ve-
niam ad vos in spiritu mansuetudinis. Modestia est respectu
hominis ad seipsum, quantum ad compunctionem, ꝛ modum
debitum actuum suorum, nascens ex arbore prudentie, cuius
auctor est spiritussanctus, prouerbiorum decimo, ꝛ sapientie se-
81 ptimo. spiritussanctus modestus est, ꝛ suauis. † Continentia re
spectu omnis mali cauendi generaliter, cum quis a malo absti
net, qui prouocatur, nascens ex arbore rationis, cuius propriuʒ
est continere animum per spiritumsanctum, sapientie octauo.
82 Non possum esse continens, nisi Deus det. † Castitas respectu
concupiscentie fugiende, quãdo delectabiliter a voluptatibus
abstinetur, ꝛ nascitur ex arbore temperantie per spiritumsan-
ctum, Matthei duodecimo. In spiritu Dei eijciuntur demo-
nia, idest carnis concupiscentiam, ꝛ ad Galathas quinto. si spi
83 ritu ducimini, non estis sub lege, scilicet carnis. † Quod quia
non intellexerunt begini, ideo vt heretici damnantur in clemen
tina ad nostrum, versiculo tertio, de hereticis. Tunc ergo sunt
fructus, cum delectabiliter perficiuntur, vt satis patet ex pre-
missis. ꝛ vide vigesimaquarta questione prima audiuimus.
84 ¶ † Alius fructus principalis erit fructus resultans ex sacra-
mentis ecclesie. Et illorum exercitium, seu ministerium, videli-
cet ex baptismo, confirmatione, extrema vnctione, penitentia,
eucharistia, ordine, ꝛ matrimonio. ex quibus quidem septem sa
cramentis, quinq; sunt necessaria, scilicet prima, ꝛ duo volun-
taria, scilicet vltima. quattuor non reiterabilia, videlicet baptis
mus, chrisma, extrema vnctio, ꝛ ordo. Tria xo reliqua reitera
85 bilia. † Vltimum tamen, videlicet sacramentum matrimonij rei
teratum inducit bigamiam, de qua in capitulo debitum. de bi-
gamis. Et excluditur a benedictione sacerdotali, capitulo pri-
86 mo. de secundis nuptijs. cum concordantibus. † Et est baptis-
mus ianua omnium sacramentorum, de quo plene, de consecra
tione, distinctione quarta, per totum. Et extra de baptismo, et
87 eius effectu. In antiquis sexto, ꝛ clementinis. † Chrisma vero
est confirmatio soli episcopo competens, de quo in capitulo pri
mo. versu. de secunde. de sacra vnctione. Et conficitur chrisma
88 ex oleo, ꝛ balsamo, mystica ratione de qua ibi. † Nec valet ꝯsue
tudo, qꝫ minor episcopo ꝯferat huiusmodi sacramẽtuʒ. c. quan
to. de consuetu.

to.de ꝯsuetudi. Extrema vnctio que fit cum oleo infirmorū. de
89 qua in.d.c.j.versu,de prima.de sacra vnctio.† Penitentia vero
perficitur ex tribus ex cordis ꝯtritione oris ꝯfessione, ⁊ operis
satisfactione. Nam cum ex corde procedāt omnia mala, ⁊ ex lin
gua successiue multipliciter offendatur Deus ⁊ proximus, ⁊ ex
opere perficiatur omne peccatum,ita ex cordis cōtritione, oris
ꝯfessione,⁊ operis satisfactione omnis vera perficitur penitētia,
90 vt in.c.perfecta.de peni.distin.j.† Quācꝫ gratia preueniēs dici
possit remittere culpam,vt plene per glo.de peni. distin.j.in sum
ma. Absolutio vero sacerdotis dicitur ex potestate clauium pe
nam perpetuam cōmutare in temporalem iniungēdo arbitrariā
penitētiam ex arbitrio penitenti.c.pōderet.de peni.distin.v.cum
91 simi.⁊.c.omnis.de peni.⁊ remis.† Ad quod arctat vnumquēcꝫ
saltem semel in anno cum ad annos discretionis peruenerit sua
solum peccata proprio sacerdoti ꝯfiteri, ⁊ sibi iniunctam penitē
tiam peragere,⁊ sacerdotem arctat ad illum secretum tenēdum
92 sub pena depositionis ab ordine,⁊ beneficio.† Eucharistia etiā
semel in anno sumēda est,vt ibi habetur,de cuius excellentia sa
cramenti plenissime tractatur de ꝯsecra.distin.ij.per totū.† Or
93 do vero est sacramētum,ꝙ ministrantibus in ecclesia ꝯfertur,de
quo plene.xxv.distin.c.perlectis,vbi cōnumerantur omnes ordi
nes.xxj.distin.cleros.xxiij.distin.episcopus.⁊.c.sequē.⁊.c.ð eo.
de temporibus ordinandis.quorū tres maiores, videlicet sub
diaconatus, diaconatus, ⁊ presbyteratus sunt sacri. Reliqui
vero minores, videlicet, acolitatus, lectoratus, exorcistatus,
94 hostiariatus,† ⁊ psalmistatus, idest tonsura prima que est ordo
clericalis,vt in.c.cum ꝯtingat.de eta.⁊ qualita.⁊ plene nota.ibi
quare dicūtur minores,quia nō sacri. Tonsura vero licet priui
legium clericale inducat, nō tamen inter ordines enumerat per
95 theologos.† Episcopatus autem licet ſm theologos etiam nō
sit ordo,ſm canonistas dicitur esse ordo,vt plene ꝯcludit Jo. an
dre.in salutatione.vj.lib.in glo.super verbo episcopus, pro quo
optime facit tex.in.c.a qua.de ꝯsecra.eccle.vel alta.vbi hoc no
96 tat Abbas.† Matrimonium autem dicitur sacramētum cōmu
nius omnibus alijs, cuius bona precipue sunt tria.fides,proles,
⁊ sacramētum,⁊ perficitur per verba de presenti inter valētes lo
97 qui. Et bene dicitur,⁊ parit cognationem carnalem.† Per ver
ba vero de futuro non ꝯtrahuntur nisi sponsalia,inducentia iu
stitiam publice honestatis,⁊ ꝯcernentia istud sacramētum plenis
sime examinātur a.xxvij.causa vsqꝫ ad finem causarum in decre
tis,⁊ in.iiij.decretalium per totum ⁊.vj.⁊ cle. in titu. de spōsa. ⁊
ma.de quibus omnibus satis dictum est in questionibus prece
98 dētibus, quātum.s.attinet ad officium visitatorum. ¶ † Alius
principaliter fructus est fructus regulatiuus quinqꝫ sensuū cor
poris.s.visus,auditus,gustus,odoratus,⁊ tactus.⁊ adde affa
99 tus,⁊ incessus. Primus ergo sensus est visus oculorum, † vnde
oculus mētis purus erit.j.q.j.multi,⁊ oculus corporis pudicus.
xxxij.q.v.qui viderit,⁊ oculus administrationis erit prouidus.
xciij.distinctio.diaconi primo ⁊ secundo.vj.q̄stione prima. oues
⁊ de offic.archidiacono.ad hec not.glo.in.c.quorundam. de elect.
100 libr.vj.† Ceco tamen vero miserēdum est,vt in.c.licet. de censi.
c.quotiēs cordis oculus.⁊.xxxv.questione.v.nec solo. ⁊.c.seq.
Solum Deum etiam iudicantes pre oculis habebunt.c.quali
101 ter ⁊ quando.de accusa.† Auditus per verbū, vnde nō coacer
uabit sibi magistros prurientes auribus,vel adulatores quos iu
ra puniunt.c.sunt nōnulli.⁊.c.clericus.xlvj.distinctio.nec a veri
tate auditum auertant faciles aures prebētes calumniatoribus,
quos etiam iura puniunt,⁊ detractatores, ⁊ infamatores.c.ac
cusatores.xxv.distinctio.⁊.c.calumniam.de pen.nec ad fabulas
102 conuertent, † cum sit prohibitum christianis poetica figmenta
legere.xxxvij.distictio.ideo. Gustus quoqꝫ,vnde non vacabunt
ebrietatibus,quia ebrij regnum Dei non possidebunt.c.j.de reli
qui.⁊ vene.sancto.temperabunt se vino in quo est luxuria, ⁊ ne
103 minem ad bibendum excitabunt, † cum ebrietas mētis inducat
exilium,⁊ libidinis prouocet incentiuum,non vacabunt etiā cō
messationibus.c.cōmessationes. xliij. distinctio. ⁊.c.deniqꝫ.iiij.
distinctio.c.a crapula.de vita ⁊ hone.cleri.sed obseruabunt ieiu
nia,vt de obseruatio.ieiu.per totum. Odoratus,vnde non odo
rabunt fetorem vitiorum, sed odorem vnguentorum virtutum,
104 sicut ⁊ papa delectatur potius in odore bone opinionis episco
porum,ꝙ in eorū infamia.c.licet de accu. Item odorabunt odo
rem notitie Dei,⁊ pietatis designatum per tactum narium cum
saliua in baptismate.c.postea. cum sequē. de ꝯsecratione distin
ctioue quarta. Tactus etiam vnde non osculabūtur aliquos im
105 pudice.† Est enim osculum mulierū prohibitum monachis ex
presse.c.monachi.de ꝯsecratione distinctione quarta. Et quo
modo ac quādo oscula,amplexus,vel tactus maxime pudibun
dorum sit mortale peccatum,plene examinat glo.in clemē.ad no
106 strum.ver.septimo.de here.† Affatus lingue, vnde cauebunt a
peccatis lingue, que sunt ꝙplurima, ⁊ presertim maledicus ⁊c.
ne puniatur iuxta.c.clericus maledicus.xlv.distinctio. nec ver
ba etiam depressa,⁊ in infamiam pape proferat cōtra.c.primū.
107 de maledic.† Nec blasphemabit Deum,nec aliquem sanctorū,
⁊ maxime beatam Uirginem,ne indicatur sibi publica peniten
tia,de qua in.c.ij.de maledic. sic ⁊ clericum scurilem ⁊ verbis tur
pibus ioculatorem ab officio detrahendum mandat concilium
108 Cartaginense.c.clericum.xlvj.distinctio.† Hinc etiam excōmu
nicatur qui ad spectacula vadit de ꝯsecratio.distincti.j.qui. dicit
⁊.c.nō oportet.de ꝯsecratio.distinctio.v.incessus pedum. vnde
109 etiam non apostatabit.† Est autem triplex apostasia.⁊.perfidie,
quando quis recedit a fide.ij.q.vij. non potest, ⁊ inobedientie,
quando quis transgreditur preceptum, de maiorita. ⁊ obedien.
si quis venerit.⁊.c.illud. Et irregulart.quando quis recedit ab
ordine suo, siue sumpte relgionis quinquagesima distinc.c.fina.
110 ⁊.c.j.de aposta.† ⁊ dicitur apostata,idest retro stans.xxvj.q.vl
ti.non obseruet cui minus malum esset viam domini non agno
scere,ꝙ post agnitam retroire.c.quidā.de aposta.quia qui po
nit manum ad aratrum,⁊ respicit retro,non est aptus regno dei,
vt ibi nota.⁊.c.magne.de voto.simile.xij.q.j.scimus.in fi.de pe
ni.distinctio.iiij.si refugientes.versus finem dis.⁊ abscindet om
nem dissolutionis,⁊ euagationis materiam.c.quia in tantū. de
111 prebendis. ¶ † Alius fructus principalis est gratiarum actio,⁊
augmentatio cultus diuini,⁊ laudis,ac glorie diuine,⁊ hec consi
112 stunt principaliter in adoratione.† Cuius adorationis species
sunt tres. Latria prima que est seruitus,⁊ reuerentia Deo exhi
benda. Unde si creature exhibetur,quia est honor Deo debitus
est idolatria. Latria autem comprehendit quinqꝫ, scilicet fidem,
sapientiam,reuerentiam,sacrificium,⁊ orationem. Prima duo
sunt cordis. Alia duo sunt opis, vltimum est oris, dulia vero
debetur creature inquantum est imago Dei. Unde dulia est ho
113 nor, qui debetur sanctis.† De beata Uirgine vero est sciendum,
ꝙ illi debetur dulia,inquantum est persona sancta. Sed inquan
tum est mater Dei,debetur ei iperdulia. Si vero persona cui de
betur dulia est in prelatione constituta,debetur ei reuerētia, que
consistit in obedientia preceptorum, ⁊ in exhibitione honoris.
Iperdulia etiam debetur excellenti,sicut est cruci Christi vere,sci
licet in qua pependit Christus,quia fuit instrumentū nostre re
demptionis. Sed crucibus manu factis inquantum sunt ligna
114 siue res tales nihil debetur.† Crucibus autem factis in signum
Christi crucifixi debetur latria,imaginibus nāqꝫ eadē debetur
adoratio,que debetur ⁊ illis quorum sunt imagines, non inquā
tum res facte,sed illa quorū sunt imagines adoramus,adde.c.
aduersus.de immuni.ecclesia. Unde dicebat garsias versum la
tria sit domino debetur dulia seruo, de quo per Joan. andre.in
115 c.si canonici.in fi.de officio ordina.libro sexto. ¶ † Et attende,
ꝙ semper Deo ⁊ benefactoribus sunt agēde gratie, de bono.c.
placuit.x.q.j.xliij.distinctio.non liceat. Ad quod vide omnino
l.primam.in princ.C.de officio prefecti pretorio affrice.⁊.c.cum
apostolus.de censi.⁊ est semper gloriosus Deus in sanctis suis.
c.j.de reliqui.⁊ vene.sancto libro.vj.c.cauendum.x.q.iij.⁊.c.cū
apostolus.de censi.⁊ hoc vult clemen.attendentes. de censi. ibi
gratiose recipiant facit.xliiij.distinctio.non liceat.⁊ iubetur lau
dari in eisdem sanctis suis.cle.si dominum.eo.titu. Et hoc ideo
quia ab eo non omnes gratie procedunt gratum faciens ⁊ gra
116 tis data.† Gratis dare autem gratie fluxus sunt octo fluentes
extra ad aliorum vtilitatem per spiritum sanctum, que distin
guit apostolus.j. Corinthiorum duodecimo. videlicet sermo sa
pientie ad cognitionem diuinorum. Item sermo scientie, ad co
gnitionem eorum omnium, que facta sunt in tempore, siue crea
ta, siue mysteria Christi, siue humana. Item fides, idest facultas
credendi solum que informis est. Item gratia sanitatum corpo
ralium, que abundanter ab apostolis fluxerunt,⁊ frequenter ad
tumulos sanctorū emanant. Item operatio virtutū, idest miracu
lorum aliorum preter gratias sanitatum. Item ꝓphetia,⁊ discre
tio spirituum,idest cognitio futurorū occultorū,dum vel insidie
spirituum malignorū deteguntur. vel cogitata hominū ꝓpalant.
Item genera linguarum omnium, vcꝫ loqui linguis, ⁊ loquētes
intelligere. item interpretatio sermonū.i.expositio quis,vcꝫ,sit
sensus, ⁊ intellectus cuiuslibet tam literalis, ꝙ moralis, ⁊ tam
anagogicus, ꝙ tropologicus,fluit ergo extra in ꝑdicationibus,
cuꝫ idē sermo, aut historice,aut moralr, aut tropologice,aut ana
gogice exponitur,diuisiones aūt gratiarū ministrationū, ⁊ ope

rationum sunt idem autem spiritus ⁊ deus, qui operatur oia in
omnibus ad vtilitatem diuidens, ꝓut vult singulis, sicut multa
membra in vno corpore, ⁊ licet aliqñ in peccatoribus sint, nõ tñ
ad fructũ, ideo potius est optandũ esse iustum, prudentem, ca-
stum, ꝗ̃ mortuos suscitare, qꝛ nullus damnaꝰ, in quo manet fru
117 ctus eius, ⁊ virtus, sed peruenit ad gloriaꝫ celestem. ¶ † Alius
fructus erit fructus pacis ⁊ quietis cõmunis. Ad hoc.n. princi
paliter videtur fuisse necessaria visitatio, vt ꝓuincia, aut dioceſ,
pacata ꝯseruetur, ꝓpter hec enim sũmus pontifex voluntarios
labores appetit, vt quietem alijs prepararet ⁊ pacem. c. frequens.
de rest. spo. lib. vj. Ad ꝙ facit tex. in auc. vt iud. sine quoquo suf
fra. coll. ij. ⁊ in probe. eiusdem lib. vj. vbi ꝓpter hoc se dicit duce
re noctes insomnes facit glo. in auc. vt diuine iussiones ⁊c. in pn
ci. coll. ix. Et ꝓpter ꝙ idem sũmus pontifex ꝯsueuit insistere ad
pacem componendam priusꝗ̃ ꝓcedat saltem ad principuꝫ pri-
118 uationem, vt in. c. ad aplice versu, sed lꝫ de re iudi. lib. vj. † qꝛ nõ
esset heres Christi, qui pacem eius testõ relictam non hñret, de
quo Matthei. xxiij. q. j. nisi bella. Ad quam seruandam maxi-
me tenentur principes. xxiij. q. j. noli. de treu. ⁊ pace. per totuꝫ. in
119 auc. de pace tenen. in rubro ⁊ nigro col. x. † adeo ꝙ qui ꝯtra pa
cem ecclesie sunt, si dignitatẽ, aut cingulum hñt, illa dẽnt nudari.
xxiij. q. v. qui ꝯtra pacem. cause aũt ꝓpter quas non est pax in-
ter homines dñr esse sex. ¶ Prima qꝛ non puniunꝰ maleficia
ecclesiastici. iiij. qꝛ non ꝓfertur ꝯtra malos snia ⁊c. c. j. de offi. le.
li. vj. xxiij. q. ij. dñs. ¶ Scda abũdantia tpaliuꝫ. Geñ. xiij. facta
est questio inter pastores Abraam ⁊ Loth. ¶ Tertia, qꝛ nõ oc
cupamur in pugna ꝯtra demones, ad Ephesios. v. nõ est collu-
ctatio aduersus carnem ⁊c. ¶ Quarta, qꝛ non ꝯsideramus dam
120 na guerre, † in qua diuitias, corpus, ⁊ aiam perdimus Hiere.
lvj. fortis incidit in fortem ⁊c. ¶ Quinta, qꝛ nõ ꝯsideramus du-
bium euentum belli. Reg. xij. varius euẽtus belli. ⁊c. ¶ Sexta,
qꝛ nõ seruamus precepta Dei, nec decimas soluimus, Hiere. iij.
121 vtinam attendisses mãdata mea. xxvj. q. j. reuertimini. † hinc est
ꝙ nõ accipit Christus tollit fiscus. xvj. q. vij. maiores. de qbus
per glo. in. d. c. ad apostolice. versu, sed licet. de re iudi. lib. vj. Et
ideo in ꝯcilio affricano mãdatur, ꝙ pax seruetur. c. j. de pac. Itẽ
in ꝯcilio Lateraneñ. precepit Alexander. iij. vt epi ad solũ Deũ
⁊ ad salutem populi hñtes respectum omni trepidatione seposi-
ta ad pacem firmiter tenendam maturũ sibi ꝯsilium, vel auxiliũ
prebeãt. Neqꝫ hoc alicuius amore, vel odio pretermittãt, ꝙ si
quis in hoc opere tepidus inuẽtus fuerit damnum ꝓprie digni-
122 tis incurrat. c. j. in fi. de treu. ⁊ pace. † precepit etiam idem Ale-
xãder in. d. c. vno. in prin. treugas ab omnibus inuiolabiliter ob
seruari tpibus de quibus ibi, que qdem treuga est securitas pre
stita rebus ⁊ personis, discordia nõdum finita. Sed quia nõ fuit
moribus vtẽtium approbata hodie nõ seruatur. Cõuentionalis
123 aũt treuga semper est seruanda, † cum fides etiam hosti seruari
debeat. xxiij. q. j. noli extimare ⁊ not. glo. in. d. c. vno. Et adde ꝙ
discordes inter se tenẽtur ꝯcordare vicissim, ⁊ opem ferre alias
excõmunicãtur, vt in. c. perlatum. xc. dist. Adde ꝙ nõ nisi pacis
124 tẽpore bene colitur pacis auctor, † ⁊ discẽssiones, ⁊ scãdala pra-
uis actibus aditum preparãt rãcoreꝫ, ⁊ odia suscitãt illcitis mo-
125 ribus ausum prebẽt, cle. dudum. in princ. de sepul. ¶ † Alius ⁊
vltimus fructus est felicitatis, ac beatitudinis eterne patrie acq
sitio, ⁊ assecutio ad quam perducũtur corpora, ⁊ anime perfecto
rum cum assecutione septem dotium, vcꝫ, triuꝫ anime, ⁊ quatuor
corporum, et euasione penaꝝ infernaliuꝫ, ⁊ ignis eterni, qui pa-
ratus est diabolo ⁊ angelis eius, cum fletu, ⁊ stridore dentiũ ⁊c.
Et oibus damnatis quoꝝ vermis nõ extinguetur, ⁊ quoꝝ pars
126 calcis est sulfur, ⁊ spiritus ꝓcellarum. † Beati ergo in patriam
assequũtur quatuor dotes glorificãtes corpus, qm̃ primo efficiẽ
tur clari, idest facile receptibiles specierũ sensibilium. Item im-
passibiles, idest nõ receptibiles passionum ignobiliũ, ⁊ hec quã-
tum ad sensum. Item agiles, idest nõ resistẽtes motori per ꝯtra-
riam inclinationem. Iteꝫ subtiles, vt corpora, per que mouemur
nõ resistãt nobis, ⁊ hec quãtum ad motum per primum adequã
tur trãsparẽtie aque. per secũdum soliditati terre. per tertiũ sub-
127 tilitati ignis. p quartũ mobilitati aeris. † secũdum quatuor pro
prietates, que sunt in elemẽtis, de quibus in. c. in quadam. in fi.
de celebratio. missarum. Prima dos etiam est ꝯtra nigredineꝫ,
quam ꝯtraximus ab igne. Secũda, cõtra passibilitatem, quam
cõtraximus ab aere. Tertia ꝯtra frigiditatem, ⁊ tarditatẽ, quaꝫ
ꝯtraximus ab aqua. Quarta, ꝯtra grossitudinem, quam ꝯtraxi-
mus a terra. Et per primam mouetur corpus ab anima cuꝫ spi-
ritibus lucidis quãtum ad perfectionem compositionis corpo-
ris cum eis. Per secũdam autem ita adequãtur qualitates cõ-
trarie, vt nulla pugnet ꝯtra aliam, quãtum ad perfectam cõpo-
sitionem qualitatum ꝯtrariarum, per tertiam omnia organa si-
ne impedimẽto sunt mobilia ab anima quãtum ad perfectioneꝫ
corporis organici cum anima, per quartam tota materia vinci-
tur a forma, quãtum ad perfectam compositionem materie cuꝫ
forma. vnde Pau. primo ad corinthi. xv. seminatur in ignobili-
tate, surget in gloria, seminatur in corruptione, surget in incor-
ruptione, seminatur in infirmitate, surget in virtute, seminatur
corpus animale, surget corpus spirituale. Ex his patet sufficiẽ-
tia quatuor dotium corporis glorificati, qd̃ cum ꝯiuncta anima
habet esse perfectius tanꝗ̃ in suo toto ad ꝯsequẽdam lauream,
que est gaudium substãtialis premij, ⁊ quidam decor corporis,
128 qui est gloria redũdans in corpore. † ⁊ etiam aureolam que est
mẽtis spirituale gaudium veniẽs ex corpore precellẽti, ⁊ priuile-
giato, ⁊ est vna martirum. secũda virginum. tertia predicatorũ
actu, ⁊ nõ habitu tãtum, qꝛ nõ coronabitur nisi qui legitime cer-
129 tauerit. † Virginibus etiam datur fructus cẽtenarius, viduis se
xagenarius, ꝯiugatis autem tricenarius, ⁊ omnibus beatis gau
dium inexplicabile, ꝙ oculus nõ vidit, nec aures audiuit, nec in
cor hois ascẽdit meritis ꝓportionatũ, qꝛ in domo patris multe
130 mãsiones sunt, ⁊ stella differt a stella. † Assequuntur etiam tres
dotes anime que sunt visio, dilectio, fruitio. Ab aliquibus vero
dicitur dilectio, comprehẽsio, ⁊ fruitio dilectio. sed reducũtur in
idem, que qdem tres dotes correspõdẽt tribus virtutibus theo-
logicis. s. fidei visio, spei, comprehẽsio, vel fruitio ꝭm aliquos,
charitati vero dilectio, seu fruitio ꝭm alios. fruitio nãqꝫ perfe-
cta qualis in patria habetur includit in se dilectioneꝫ, ⁊ compre
hẽsionem, ⁊ ideo sic diuersimode accipitur. Correspõdent etiaꝫ
tribus anime viribus. s. rationali visio, cõcupiscibili dilectio, ira
scibili vero fruitio, inquãtuꝫ talis fruitio per quãdam victoriam
est adepta, quatenus sunt in ipsa mẽte, ⁊ nõ tãtum in parte sensi
tiua. visionis autem obiectum potest dici principaliter esse per-
sonam patris comprehẽsionis vero a persona filij ⁊ intellectus,
qꝛ est intelligẽtia patris per quẽdam dicẽdi moduꝫ, fruitionis ve
ro spũssancti persona, cui principaliter attribuitur charitas. ⁊ di
citur dos anime esse aliquod inherẽs, per qd̃ ordinatur ad ope-
rationem, in qua ꝯsistit beatitudo ꝭm theologos. Ex premissis
ergo patet, ꝙ fructus visitationis sunt illud sũmum bonum, ꝙ
assequi homo potest tam in vita. i. via. s. virtutum, que sunt ha-
bitus beatitudinum, que sunt actus earum ⁊ donoꝝ spũssancti,
que sunt delectationes earũdem, nec nõ premioꝝ earũdem, ⁊ do
noꝝ spiritussancti illis correspõdentium, ⁊ eiusdeꝫ spiritussancti
fructuum, ⁊ gratiaꝝ, ⁊ fuge oium vitioꝝ. Et successiue assecutio
quatuor dotium corporis, ⁊ trium anime in sũma felicitate eter
ne patrie, oiumqꝫ vitioꝝ, ⁊ miserabilium inferni penarum eua-
131 sio ⁊ fuga, ⁊ delictorum in spiritũ sanctum. † quoꝝ primũ est de-
speratio ꝯtra misericordiam. secũdum vero est presumptio ꝯtra
iustitiam. Item obstinatio ꝯtra dolorem cõmissi criminis, ⁊ fina
lis impenitẽtia ꝯtra ꝓpositum de nõ cõmittẽdo. Item impugna
tio agnite veritatis ꝯtra cognitionem veri inuidẽtia falsa gratie
ꝯtra amorem boni, ⁊ ꝙ dicitur de finali impenitẽtia inquãtum
firmatur ꝓpositum nõ penitẽdi de peccato, in quo quis scienter
decedit, nõ autem ꝓut simpliciter perseueraꝰ in ꝯtinuatione pec
cati, ⁊ ꝓcedit ex improba volũtate liberi arbitrij directe oppu-
gnat gratiam spũssancti per malitiam, nõ aũt oppugnat patrem
132 per impotẽtiaꝫ, nec filium per ignorãtiam. † Unde tanꝗ̃ vitiuꝫ
oium grauissimuꝫ visitatione purgaꝰ salutari, ⁊ acqruntꝰ inenar
rabilia, ⁊ infinita paradisi, ⁊ vite eterne gaudia cum angelis bea
tis in eternũ, ⁊ in seculum seculi duratura in celestibus eterne pa
trie sedibus. Adde de peni. dist. ij. illa aia cũ se. ⁊. c. intelleximus.
in fi. de eta. ⁊ q̃li. Proinde visitati cuꝫ beato ⁊ patiẽtissimo Job
dicere cõpellenꝰ visitatori querẽti que sunt Jesu christi, visitatio
tua custodiuit spũm meum. Et cũ plebe Naym maximam dare
gloriã Deo cũ gratiarũ actione pro ipsoꝝ resurrectione, ⁊ dice-
re magnificãdo Deũ, qꝛ ꝓpheta magnus surrexit in nobis, ⁊ qꝛ
Deus visitauit plebẽ suaꝫ, ⁊ cũ Zacharia ꝓpheta laudare Deũ
in iubilo, ⁊ cãtare bñdictus dñs Deus israel, qꝛ visitauit, ⁊ fecit
redẽptioneꝫ plebis sue, vt sine timore de manibus inimicoꝝ libe
rati. s. carnis, mundi, ⁊ diaboli seruiamus illi, in sanctitate ⁊ iu-
stitia coram ipso omnibus diebus nostris, ⁊ quia illuminauit
eos, qui in vmbra mortis sedebant ad dirigendos pedes coruꝫ
in viam pacis.

FINIS

Tractatus de censura eccle-siastica, compositus per dñm Joannem de ligna no, de Mediolano doctorem vtriusq3 iuris excellentissimum Incipit.

SVMMARIVM

1 Censura ecclesiastica quid sit. 2.
3 Censura infligitur propter contumaciam.
Contumax quis non constituitur nisi precesserit monitio.
4 Censure finis quis sit.
5 Capitalium quot genera.
Jus canonicum non infligit penam mortis.
6 Pena damnationis ad carceres infligitur solum pro grauissi-mis criminibus.
7 Infamis iure ciuili, an sit infamis iure canonum.
8 Seueritas in quo consistat.
Animaduersio ecclesiastica consistit circa degradationem, ⁊ traditionem curie seculari.
9 Censura ecclesiastica vnde dicatur.
10 Censura ⁊ deputatio quandoq3 idem sunt.
11 Species censure ecclesiastice quot sint.

¶ Diuisio Tractatus.



IN tractatu de
censura ecclesiastica. Primo descri
bo censurã ecclesiasticã. Scđo que-
ram vnde dicat. Tertio quot sũt spe
cies ipsius. Quarto psequar vnam
quãq3 spẽz ordie suo. ¶ Circa pmũ
1 dico, † q cẽsura ecclesiastica est spiri
tualis pena, q̃ ecclesia ppter inobe
dientiã infligit locis ⁊ vniuersitati-
bus sacramẽtalia singularibus per-
sonis cõmunionem, ⁊ actus spirituales interdicendo. Aduerte
tamen qr vt dicit Phs. ij. topi. Complexi nõ est diffinitio, ergo
cum censura ecclesiastica sit quid complexum, sicut homo albus,
non potest diffiniri, sed describitur eo modo quo patet.

Dixi prio q est pena spiritua-
lis, hmõi tñ non est predicatio formalis, sed casualis, sicut cũ di-
co, odor est fumalis euaporatio, sicut ẽt dicit Jo. Prescriptio est
2 exceptio. i. exceptionis pductio. xvj. q. iij. in sum. Silr in pposi-
to cẽsura ecclesiastica est pena. i. inflictoria pene. † Nã censura est
statutũ vel iudicatio, vt. l. cẽsura. ff. de ver. sig. Et statim tangã in
seq. membro. Et hoc statutũ est pene spũalis inflictoriũ. Et dixi
quã ecclesia, in hoc tangit causa efficiens huius censure, ⁊ in hoc
differt a censura senatus secularis, de qua. ff. de her. peti. l. itẽ ve
niũt. §. cum aũt. in fi. ⁊ differt ab actu censendi, de quo loquimur
in. l. ergo. §. alluuio. ff. de acqui. re. do. ⁊ differt a censito q est vnũ
genus colonorũ de quo. C. in qui. cau. col. censi. do. ac. pos. l. ij. li.
xj. Et statim hic tãgã in. ij. mẽbro. Dixi pp inobedientiã, hic tan
git cã nãlis explicite, ⁊ formalis implicite. Nam pp 9tumaciã
3 infligit tanq pp cãm imediatã, vt in canone. † xj. q. iij. nemo. cũ
infligit ab hoie, a cano. aũt pp delictũ. reducit aũt ad inobedien
tiam canonis de qua. s. in genere implicite tangit aliqd de causa
formali. Nam non 9stituit quis 9tumax nisi pcesserit monitio.
⁊ hec de forma fulminandi de censura ab hoie. xxiiij. q. iij. de illi-
cita. de sen. excõ. sacro. ⁊ eo. ti. c. j. lib. vj. lz certa hodie forma sit
seruãda. de qua in. c. j. de sen. excõ. lib. vj. Dixi locis ⁊c. Hic tãgi
tur materia circa quam exercetur censura. Dixi sacralia. hic tan
4 git finis imediatus cẽsure ecclesiastice, vt tãgã in pcessu specierũ
singularium, censure † finis tñ pncipalis est punitio inobedientie
hois, vel canonis qui implicatur cum dixi pp inobedientiam.

Aduertendum qr dixi descri-
bendo censurã, q erat spũalis pena. nã sicut legis ciuilis lator di
uersa penarũ gña infligit, sic ⁊ legis canonice lator eodẽ ordine.
iure. n. ciuili septẽ sunt gña penarum, sex sunt capitales, vna adimit
vitã que multis modis realr tollit. ff. de pe. l. aut dãnum. §. vita.
⁊. l. supplicij. ⁊. l. capitaliũ. §, idem princeps. ⁊. §. famosos. Scđa
est morti pxima. s. metalli pena. verum est tñ q qdã dãnant in me-
tallũ, ⁊ hi grauioribus penis subijciunt, qdam in opus metalli
⁊ hi leuioribus penis subijciunt. Oẽs tñ perdunt libertatem ⁊ ci
uitatem. Alij dãnant in ministeriũ metallorum. s. vt seruiant dãna-
tis in metallũ, ⁊ hi si dãnant ad tps, nõ perdunt libertatem, sed
ciuitatẽ. Si aũt ppetuo tunc vtrũq3 pdunt, vt hec hñr. ff. de pen.
l. aut dãna. §. qsqe. est pena capitalis q̃ est deportatio, ⁊ in ope, ⁊
in opus publicũ dãnatio, sed nõ in metallũ, ⁊ hi ciuitatẽ pdunt,
5 ⁊ non libertatem. ff. de pe. l. qdam. † nam capitaliũ quatuor sunt
gña. Prima est relegatio ad tps, vel ad ppetuũ, ⁊ hi bona non
pdunt. Scđa est infamia. Tertia est dignitatis amissio, vel ad di
gnitatẽ, vel offm̃ interdicta aspiratio. Quarta est verberũ, vt ha
betur. ff. de pe. l. si quis forte. §. pe. ⁊. l. aut dãna. ff. de interdic.

Verum est q penam mortis
non infligit ius canonicũ. Et fm ordinem pdictũ legis canonice
lator infligit penas, nõ tñ penã mortis. ne cle. vel mona. c. sniam.
ij. dist. c. j. ⁊. ij. de rap. in archiepatu. Sed huic pene succedit tra-
ditio curie seculari. de cri. fal. c. ad falsariorum. de iu. cũ nõ ab hoie
xj. q. j. illum. Scđa pena. s. dãnationis in metallũ nõ reperit his
6 verbis expssa a canone, sed huic succedit pena † dãnatiõis ad car
ceres que infligit pro grauissimis criminibus. de here. c. pe. vel vt
in seruitutẽ redigat. xxxij. dist. eos. Vel q tradat curie seruitu-
rus. xv. q. j. statuimus. vel q vendat. lxxxj. dist. qdam clerici. ⁊ di
cta de scđa intelligant de tertia. De nõ capitalibus aũt relega-
tio nõ est verbis expressis tradita, sed huic succedit detrusio in mo
nasteriũ. de qua. l. dist. eps aũt. lxxxj. dist. romanus. Alia hñt lo
cum fm canones, vt degradatio. xj. q. iij. epi aũt. de accu. qualr.
ij. de pe. degradatio. lib. vj. interdicit ne aspiret ad superiores. ⁊
remaneat in susceptis. de fil. presby. c. fi. de elec. super eo. Pena
aũt infamie hz locũ fm canones, adeo vt qlibet infamis iure ci-
7 uili sit infamis iure † canonum. fallit in casibus specialibus vt in
muliere que nubit intra tpa luctus. de secũ. nup. c. pe. ⁊ vlti. ij. q.
iij. §. hinc colligit. vj. q. j. infames. fm canones aũt aliq sunt infa
mes infamia canonica. de testi. testimoniũ. Alia pena. s. verberũ
habet locũ iure canonum. xxxv. dist. c. vlti. xlv. dist. cum beatus.
Iste sunt oẽs pene que principalr cõcernunt corpus vel corpori
adherentia, ⁊ hoc attẽto potius corpales, q̃ spũales nũcupant,
lz sint pene ecclesie. Preter has sunt pene mere spũales q̃ 9cer-
nunt aiam, ⁊ actus mere spũales tollũt, vt censura, de qua. s. Est
tñ sciẽdum q censura est pprie spũalis pena, vt in. c. querenti. de
8 verbo. signi. † Seueritas 9sistit circa cohertionẽ corpalem, vt in. c.
in qbusdam. de pe. Ecclesiastica animaduersio 9sistit circa degra
dationem, ⁊ traditionem curie seculari, vt in. c. nouimus. de verb.
signi. ⁊ pptera dixi spiritualis describendo, ⁊ pter hoc expli-
candum aliqualr digressus fui. ista aũt genera penarum explica
uit Inn. in. c. qualiter. ij. de accu. Host. in sum. de pe. §. quot sunt.
⁊. §. in qbus. ⁊. §. qũo, ⁊ sic patet descriptio cẽsure ecclesiastice eo
modo quo complexum describi potest.

Secundo queritur vnde di-
9 cat censura ecclesiastica. † Solue sicut. s. dictum est, sicut comple
xum pprie non describit sic nec pprie ethimologizat. Tamẽ eo
modo quo potest dicit censura a censeo censes, q idem est, q sta
tuo, vel iudico, ⁊ ecclesiastica, qr peccant statuitur, vel iudicat im
plicando prelatum noie ecclesie, ⁊ canonis, vbi sciendum q cen-
sura, aliquando sumitur pro statuto generaliter, vt. l. censeri. ff. de
verbo. signi. Ibi censeri est statuere ⁊ pcipere. Hinc dicit. l. sena-
tus censuit. ff. de here. peti. l. item veniunt. §. cum aũt. in fi. Aliqñ
lex dicit q flumina censentur loco censitorum. vt. l. ergo. §. aliquan
do. ff. de acquirẽ. re. do. qr per alluuionem tollunt vni ⁊ tradunt
alij, sicut iudices censentes. Aliquando sumitur pro statuto spe
ciali facto circa census ⁊ tributa equanda. Hinc venit nomẽ cen
sura. ff. de origi. iur. l. ij. §. post. ⁊. §. deinde. ⁊ no. glo. in. l. censeri.
10 ff. de verb. sig. Aliqñ censura est idem † q deputatio, vt not. glos.
in. l. iiij. C. de agri. ⁊ cẽsi. lib. xj. vel vt ibi dicit glo. censitũ est vnũ
genus colonorum. C. in qui. cau. colo. cen. acqui. pos. l. ij. lib. xj.
hic aũt dr censura a censeo, q est iudicare, siue statuere, siue per-
cipere ecclesiastica sacra, qr per ecclesiam. Et de hac materia lo-
quitur tex. in. c. querenti. de verbo. signi. sic etiam canon defectus
nostri tpis quibus non solum merita, sed etiam tempora defece
runt discretione aliqua non patiat inanem censuram, vt scribit.
xxxiiij. distin. fraternitatis. hec de secũda ethimologia censure ec
clesiastice. fm Pol. autem censura est interdictio, rigor, seueri-
tas, potestas, sententia, ⁊ dicit a censeo censes, q est iudicare, iu
bere, statuere, deliberare mature, fm Papiam aũt cẽsura est ho
nor quidam a censendo, plus ponderaui effectum introductum,

scilicet penam diuinationis ante infligendi.

11 **Tertio queritur** † quot t sunt spēs cēsure ecclesiastice. Sol. rn̄de vt in decre. q̄renti. de v̄bo. sig. Et dic ꝙ sunt tres. s. interdicti, suspensionis, ⁊ excōicationis. Uel forte nota cēsure ecclesiastice est terminus analogus ⁊ predicatʳ ſm prius ⁊ posterius, vt ꝓbatur in c. querenti. vbi dr̄ ꝙ nō solum interdicti vel pro sed excōicatiōis snia, ⁊ .n. quare ꝓprius predicatur de interdicto, ⁊ sic ex ordine. Sed hec parū ingerit difficultatis i ꝓposito tractatu ex ordine.

SVMMARIVM

1 Excommunicatio quid sit.
2 Contumacia quid denotet.
3 Excommunicatio vnde dicatur.

§. Primus.

Circa quartū sc3 ponam ꝓsequutionē specierū censure, ⁊ incipiā tractare de excōicatione. Et hoc ordine p̄mo q̄rendo qd sit excōicatio, ⁊ vnde dicatʳ. Scd̄o quot sunt spēs excōicationis. Tertio a quibus feratur, ⁊ ↄtra quos. Quarto ꝑ q̄bus causis feratʳ. Quinto quis sit eius effectus. Sexto qui actus sint excōicato interdicti. Septimo que forma dēat seruari in ipsa ferenda. Octauo per que tolli possit. Nono qualiter tollatʳ. Decimo qua pena feriantʳ participantes excōicatis.
1 ¶ Circa primum dico, † ꝙ excōicatio est cēsura ecclesiastica ꝓpter ↄtumaciam, vel crimen in singulares ꝑsonas lata a cōione fratrū ⁊ sacroꝝ tm̄ exclusoria. Dixi primo ꝙ est censura ecclesiastica, per hoc tangitur genus vel superius annologium. vt. s. membro. iij. ⁊ per hoc differt ab alijs censuris de q̄bus. s. in mēbro. ij. Dixi scd̄o pp ↄtumaciam, vel crimen lata per hoc tangitʳ causa materialis excōicationis, ⁊ dixi ↄtumaciam vel crimen, vt implicem tam latam ab hoīe, que ↄfertʳ pp ↄtumaciam imediate, vt. xj. q. iij. nemo epoꝝ. ⁊. xxiiij. q. iij. de illicita, q̄ꝫ lata a canone que infertʳ pp crimen. xvij. q. iiij. si qs suadente, ⁊ in casibus quos enumerat glo. de sen. excom. c. eos. lib. vj. ⁊ in cle. pastoralis. eo. ti. ⁊ Hosti. in sum. ⁊. §. iij. in p̄n. per hoc
2 ꝙ dr̄ ↄtumacia † tāgitʳ implicite aliqd de forma, q2 monitio que requiritʳ inferenda ab hoīe. de sen. excom. c. sacro. ⁊. c. j. eo. ti. lib. vj. Dixi in singulares ꝑsonas, ⁊ per hoc tangitʳ materialis causa circa quam. Et per hoc apparet ꝙ nō appellatio ↄcernit vniuersitatem, vt. c. romana. §. vniuersitatem. de sen. excom. lib. vj. a cōmunione fratrū ⁊ sacroꝝ q̄ꝫ minorē, que sepat a participatione sacroꝝ, vt. c. si celebrat. de cle. excō. mi. Et per hoc tangitʳ effcūs ⁊ finis imediatus excōicationis. Et per hoc infertʳ vnde ⁊ quare
3 excōicatio dr̄, q2 dr̄ † a cōione exclusio tam sacroꝝ q̄ꝫ fratrū, vt congruat ethimologia etiā maiori excōmunicationi. Quod autē sic ethimologizetur ꝓbat tex. xvj. q. iij. nihil. ⁊. c. canonica. ij. q. iij. duas. xxxiij. q. iiij. tam sacerdos. ⁊. c. certū. ⁊ hāc exclusionē traxit ecclia p instructionē a Xp̄o ⁊ exēplū ab ap̄lo q Corinthiū sathane tradidit. xxiiij. q. iij. notādū. ⁊. c. ap̄lice. xj. q. iij. omnino.

SVMMARIVM

1 Excommunicationis quot sunt species.
2 Maior excōmunicatio que dicatur. Item ⁊ que minor. 3.
4 Excōicatio sicut varie infligitur, sic varie recōciliatio sequitur.
5 Maior excommunicatio quandoqꝫ vocatur anathema.
6 Excōmunicatus an sit quilibet pro quolibet peccato mortali.

§. Secundus.

1 **Circa scd̄m** quot sunt species excōicationis. † Et attendendū, ꝙ vt iura exprimunt, due sunt species excōicationis. s. excōicatio maior ⁊ excōicatio minor, maior sepat a cōione fratrum ⁊ soroꝝ, minor a cōione passiue sacroꝝ, vt. c. si celebrat. de cleri. excō. mini. Iura tn̄ varie loquuntʳ de excōicatione. Unde aliqn̄ sumitʳ pro exclusione a cōione fidelium ⁊ non sacroꝝ. Aliqn̄ ꝑaliter sic loquitur. v. q. iij. In sinodo, vbi trium dierum excōicatione feratur sic loquitʳ canon. v. q. ij. presenti. Item sancta ecclesia cōione ⁊c. Sed vt ibi nota. gl. intelligitʳ a cōione fratrum in choro ⁊ ecclesia, q2 cum fratribus non cōicabit. sic loquitur tex. xviij. dist. placuit. ⁊ ibi in glo. sic loquitʳ tex. xxxiij. dis. quorundā. lviij. dist. si quis de alterius. ⁊
2 ista appellatʳ † maior excōicatio. Non simpl'r, sed limitate, q2 simpliciter maior excōicatio separat a cōmunione fratru3 ⁊ sacroꝝ perpetuo. i. donec absoluat, sicut etiam de minori excōicatione que separat a sacris. Uarie loquuntʳ iura, nam aliqn̄ fertur ab hoīe, ⁊ de hac loquitur tex. v. q. j. per totum. ea. causa ⁊. q. per totum. ⁊ aliqn̄ fertur a canone, ꝓpter simplex participium, vt. c. nuper. de sen. excom. ⁊. c. si celebrat. de cleri. excō. mi. Et has duas species. s. maiorem excōicationem, ⁊ simpliciter includentē3 a cōmunione fratrum ⁊ sacroꝝ, ⁊ minorem latam a canone, pp simplex participium nunc ꝓsequar. vnum est ꝙ minor † excōicatio
3 large sumpta, vt separat a cōmunione sacroꝝ aliqn̄ infligitur a seipso cum penitet, ⁊ pp ↄscientiam abstinet a cōmunione passiua, vt de homi. sicut ex literaꝝ. Aliqn̄ a sacerdote penitentiā iniungēte. de pen. dist. ij. facilius. ⁊ hoc melius q̄ꝫ si ex auctoritate ꝓpria. de pen. dist. iij. accusatione. ⁊ hoc cu3 penitet. Sed in penitentia infligitur aliqn̄ a Deo. nam propter mortale Deus tradit hominem sathane. xj. q. iij. audi.

Aliquando ipsemet cum non vult penitere abstinet a sacris, ⁊ putat sibi sufficere ⁊ male. de peni. dist. j. sunt qui arbitrantur, sed si reputat se indignum, ⁊ abstinet bene facit. de ↄsecra. dist. ij. qui scelerate. Aliqn̄ a sacerdote loco penitentie. xj. q. iij. cum excōicato. lxxxj. dist. si qui sunt. ⁊ de
4 hoc intendo principaliter, vnum est, † ꝙ sicut varie infligitʳ sic varie recōciliatio sequitʳ. Nam si a se vel a Deo infligatʳ, agat penitentiam ⁊ reconciliatio sequitʳ. Si a sacerdote, per ipsum recōcilietur, que oīa ꝓsequere, vt no. glo. de sen. excom. si que3. xj. q. iij. si inimicus. ꝓsequendo ergo excōicationem maiorem simpl'r separantem a cōmunione fratrum, ⁊ sacroꝝ, ⁊ minorem lata3 a canone, pp simplex participium. Idem de his que dixi ponendo dr̄iam inter has species. vr̄ tex. ↄtrius. Nam dixi ꝙ minor separat a sacris tm̄, maior a cōmunione ⁊ sacris. Sed ↄtrius vr̄ tex. in canone engeltrudam. iij. q. iiij. vbi dicit tex. ꝙ engeltruda non solu3 fuit excōicata excōicatione minori, que separat a cōmunione fratrum, sed etiam maiori que separat a corpore Christi, ergo videtʳ ꝙ maior sepat a sacris, minor a cōmunione. Sol. illa verba sunt intelligenda sane vt intelligamus per fraternā societate3 illam quam ↄhibimus in sacris, per corpus Christi intelligamus etiam collocutionem fidelium. ⁊ sic ↄcordat, ⁊ in illo non ↄdicit.
5 Sunt ergo due species. s. maior ⁊ minor, maior aūt aliqn̄ † vocatur anathema vt in principio canon̄. engeltrudam. iij. q. iiij. ⁊. xj. q. iij. nemo epoꝝ. ⁊. c. euidenter. ea. causa ⁊. q. Et aliqn̄ excōicatio anathema sumitʳ large, vt est separatio a Deo, vt. xiij. q. iij. certum. ⁊. xij. q. iij. euidēter. caueat tn̄ in effectu non est dr̄ia excōicationis, vt si queratur que est ratio cum iura videantur in similibus casibus disponere ↄtriu3. de ↄsti. ex parte. ff. de leg. l. nūmis. ff. de reg. iur. l. in obscuris. ⁊. l. si preses. ff. de pen. ⁊ hoc ↄtriū format glos. xj. q. iij. dr̄t. ⁊ soluit standum verbis. Sed glo. non rn̄dit ad ipsum quare, ⁊ hic queritur quare hic scriptum sit. Dic
6 ergo ꝙ hec est ratio. † Nam pro quolibet peccato mortali quilibet est excōicatus minori quo ad Deum etiā sine alia snia hoīs, ergo si quis excōicetur ab homine, ꝓpter mortale, q2 aliter non fertur. xj. q. iij. nemo epoꝝ, verba debent aliquid operari. ff. de lega. j. l. si quo. Sic ergo cum prius foret excōicatus nunc est, maiori aliud addere non pōt, ⁊ illa fuit legislatoris intentio in. c. si que3. de sen. excom. lib. vj. Ad ↄtria rn̄detur ꝙ illa vendicant sibi locum in pena corporali, hic aute3 in spirituali que est medicina anime, vt in cano. multi. ij. q. j. ⁊. c. j. de sen. excom. lib. vj. He aūt due species differunt in nomine, differunt in effectu, vt. s. visum est, differunt in forma, differunt in reconciliatione, vt. j. patebit ex distinctione sequentium membrorum.

SVMMARIVM

1 Excommunicatio vnde ortum habuit.
2 Humor infectus per contactum alium inficit.
3 Eradicatio totalis humoris aliqn̄ fit a nā sine artis ministerio.
4 Christus rogauit pro ecclesia ne deficeret.
Excommunicatio maior ⁊ minor, an sint differentes specie.
5 Forma est que dat totum esse rei.
Maior excōicatio separat a cōmunione fidelium, ⁊ sacramentoꝝ, minor a communione sacramentorum tantum.
6 Dr̄ie due specifice non se compatiuntur in eodem subiecto.
7 Participare excōmunicato, an sit peccatum mortale.
8 Excommunicatio Christi non hominis est actio.
Maior excommunicatio quotuplex sit. Item minor. 11.
9 Casus sunt quidam q̄bus ipso iure quis incidit excōicationem.
10 Excommunicatio

10 Excommunicatio quedam fertur cum solennitate.
11 Excõicatio minor aliquando fertur ad homine per sententiam.

§. Tertius.

de decimis capitu.primo, ⁊ capitu.nonum genus, ⁊ capitu.j.de
censi. Quedam sunt munera prouenientia ex lucratiuo titulo rei
translate in ecclesiam a curiali que inscriptiones lucratiue ap-
pellãtur, nam inscriptio erat quarta ipsius rei quam aliquis da
bat venerabili loco. Exemplum. Si curialis dabat ecclesie.xvj.
ecclesia quartam partem illorum.xvj.debebat dare pro tributo
⁊ vocabatur inscriptio lucratiua, ⁊ ad tales iscriptiones vel mu
nera seu tributa nõ tenetur ecclesia.xxiij.q.viij.sancimus per ꝙ
puto ꝙ ad istas gabellas que soluuntur de cõtractibus illis do

nationibus lucratiuis nõ teneatur ecclesi.l.sancimus.C.de sa-
7 crosan.eccle. ¶ † Quero, quia dicitur in dicto capi. ꝙ imponen
tes collectas clericis nõ possunt absolui nec successores, nisi sa-
tisfecerint. Quero de quo habet talis rector satisfecere antequã
absoluat. Respondet An.de bu. ꝙ de emendatione cuiuscunqꝫ
dãni ecclesie propter hoc cõtingentis, si nullum consilium dedit
de collecta imponẽda. Sed si consilium dedit tenetur nedum ad
interesse sed ad ipsius collecte restitutionem. Si vero consilium
nõ dedisset, forte nõ teneret ad emendationem collecte, sed ad al
terius interesse, quod obuenit ecclesie ob ipsius regimen ⁊ forte
spiritualem vel pecuniariam oportebit eum subire, secũdum ꝙ
forsitan bonus iudex arbitrabitur. Hec autem locum habent,
quãdo quis succedit in regimine eius, qui est excommunicatus
ex predictis causis vel aliter qualitercũqꝫ propter libertatem ec
clesie violatam. Secus si ex alia causa esset potestas excommu-
nicatus vel cõsiliarij vel vniuersitas seu ciuitas interdicta, tunc
8 enim successor nõ esset excõmunicatus, secũdũ Inno. ¶ † Que-
ro quid si nouus successor operam dedit quãtuncũqꝫ potuit qȯ
hoc damnum collecte emẽdaretur, sed vniuersitate resistẽte non
potuit obtinere qȯ intẽdebat. Videtur ꝙ sit excommunicatus
ar.xxiij.q.iij.si heres. Tu dic cõtrarium scilicet ꝙ ex hoc tãtum
nõ sit excommunicatus, vbi relinquat regimẽ, nec stet propter ti
morem salarij amissionis, ꝙ nõ renũciet officio, qꝛ si ista de causa
renũciet officio cuꝫ vniuersitas in culpa sit, nihilominus tenetur
salariũ reddere ei cum per eum nõ stet quominus regat, ⁊ idem
est dicẽdum si cõtra expressam inhibitionem antiqui rectoris ex
cessit vniuersitas in p̄dictis, qꝛ nõ excusatur nisi officio renũciet.

SVMMARIVM

1 Prelati nõ debent ecclesias laicis submittere.
2 Bona ecclesiarum immobilia vendi nõ debent.
3 Iura incorporalia inter immobilia computãtur.
4 Prelati per quos modos prohibeantur suas ecclesias laicis submittere.
Tempus modicum quod dicatur.
5 Prelati bona immobilia laicis submittẽtes suspẽsi sunt.
6 Terra interdicto subici potest ob domini delictum.

¶ De his qui compellunt prelatos seu capitula ad summittẽdum laicis vel alienãdum bona immobilia. §. xxxvij.

Circa hãc excõmunicationem scilicet de his qui cõpel-
lunt p̄latos seu capitula ad summittẽdũ laicis vel
1 alienãdum bona immobilia. ¶ † Nota secũdum Io.Mo. ⁊ pe
trum de an. ꝙ prohibẽtur hic quidam modi alienationis vel da
tionis in rebus immobilibus. Nam ante istã cõstitutionem pre
lati oppressi cõtra opprimẽtes inuocabãt nobiles ad defensionẽ
suam ⁊ potẽtes faciẽdo eos aduocatos vel defensores locoꝝ, ⁊
propter hoc illi sibi vẽdicabant quoddam ius dominij vel aduo
cationis in ecclesijs vel locis defensis, ⁊ refert Guil. ⁊ Fran. se
vidisse multos prelatos faciles ad talia, ⁊ quãdoqꝫ nobiles sum
mittebant alios, vt opprimerent ad predictũ finẽ a quo vt absti-
neant viuentes prelati summissiones istas penitus interdictas
per istam cõstitutionẽ est prouisum. Primo ꝙ clerici nõ audeãt
summittere. Deinde ꝙ laici nõ faciant sibi eos summittere a cle
ricis per hãc viam indirectam vel directam summittẽdo mole-
statores, vt postea sub colore defensionis ⁊ patrocinij illarum re
rum sibi summissarum ecclesie defraudentur vẽdicando sibi ius
dominij, nam isti summittebãt molestatores, ⁊ postea dicebãt sa
cerdoti summitte mihi hãc rem, ⁊ iste nõ audebit me molestare,
vnde sacerdos fatebatur se habere ab illo talem rem, ⁊ postea
facta sumissione volebãt verum ius habere ⁊ dominium rei ven
2 dicare. ¶ † Nota ƀm glo. ⁊ Pe. ꝙ hec prohibitio solum locuꝫ
habet in rebus immobilibus ⁊ iuribus ecclesiarum, secus ergo
in rebus mobilibus in ipsis enim nõ potest dari certa regula, qꝛ
secũdum donum quod est paruum vel magnum tenet vel nõ te-
net ⁊ secũdum qualitatem donatarij scilicet vtrum sit bene meri
3 tus nec ne. extra de dona.c.j. ¶ † Item nota ꝙ iura incorpora-
lia inter immobilia iudicãtur, ⁊ idem ius statuitur in eorum alie
natione ꝙ in alienatione rerum immobilium, vnde annuus red
ditus inter immobilia computatur, vt in cle.exiui ꝺ paradiso.§.
cunqꝫ ver.signi. ⁊ l.iubemus.C.de sacrosan.eccle. Item nota ꝙ
licet omnis alienatio rei ecclesiastice regulariter sit vetita, nisi in
casibus a iure cõcessis, tamẽ summissio de qua loquitur hic spe-
cialiter prohibetur, nam secũdum Guil. si bene attẽdatur est que
dam alienatio quasi ad illos cõfiteatur dominium pertinere di-
rectum.ff.si ager vectigal.l.j.§.si.sicut cum me cõstituerem tuo
nomine possidere, in te trãsit possessio, ⁊ abdicatur a me, quia is
possidet cuius nomine possidetur, vt in.c.cum venisset de resti.
spolia. ⁊ ff.de acquirẽ.poss.l. ꝙ meo vnde per hoc dicit Io.an.
⁊ Guil. ꝙ si verus dominus cõstituat se alieno nomine rem suaꝫ
detinere per hoc trãsfert dominium ⁊ possessionem. Item nota
ꝙ dominium reruꝫ ecclesiasticarum est penes ecclesiam hoc mo
do secũdum Io.an. in nouella nam ecclesia.i.cõgregatio fideliũ
cuius christus est caput habet dominium sed pauperũ sunt quo
ad sustẽtationem, ⁊ clericorum quo ad gubernationem seu ad-
ministrationem. Item nota secũdum glo. ⁊ Pe. ꝙ in ista sum-
missione de qua in textu requiritur licẽtia specialis pape nõ suffi
4 ceret ergo generalis. ¶ † Item nota modos huius summissio-
nis prohibite hic in textu enarratos. Primo dicit, ꝙ prelati nõ
possunt summittere, seu supponere laicis ecclesias sibi commis-
sas bona immobilia seu iura ipsarum sine ꝯsensu capituli, ⁊ apo
stolice sedis licentia speciali, seu cõcedẽdo ipsa bona vel iura in
emphiteosiꝫ, nõ ꝙ hic prohibeatur emphiteosis ⁊ alie alienatio
nes ⁊ cõtractus a iure p̄missi forma ⁊ casibus, sed prohibet sum
missiones fieri, vt defendãtur ab his quibus summittũtur scd̃m
glos. Item alias alienando in forma ⁊ casibus a iure permissis
subaudi per summissionem. Item cõstituendo eum dominum.
Item recognoscẽdo seu profitendo ab istis ea tanquam a supe-
rioribus se tenere. Item aduocando idest tanquã ab aduocatis
recognoscendo vel ipsos patronos vel aduocatos ecclesiarum
seu bonorum ipsarum perpetuo aut ad tempus nõ modicum sta
tuendo vnde dicit glo. Ad modicum ergo tempus possunt vo-
cari in patronos ⁊ defensores, quia tunc in modico tempore nõ
est periculum. Potest autem dici modicum tempus infra.x.an
nos vel secundum Guil. ⁊ Gari. relinquitur iudicis arbitrio, ex
quo hic non determinat inspecto statu ecclesie, ⁊ imminenti peri
culo, ⁊ cõditione personarum, vnde si fieret locatio vni domino
vel potenti per .x.annos, vt tueretur eam nõ incideretur excõ-
5 municatio. ¶ † Item nota ꝙ prelati qui cõtra hanc prohibitio
nem summiserint bona immobilia vel iura ecclesiastica ipso fa-
cto sunt suspensi ab officio diuino ⁊ ab administratione. Clerici
vero qui sciunt hoc fieri a prelato ⁊ non denuncient superiori-
bus sunt suspensi per triẽnium a perceptione beneficiorũ. De
istis suspẽsionibus vide quod notatur in.c.cum dilectus de cõ-
suetudine, ⁊ in cle.cupiẽtes de penis, vbi est glo.magistra ⁊ de re
iudicata.c.cuꝫ eterni lib.vj. ⁊ qȯ ibi notatur super verbo officij.
6 ¶ † Item nota ꝙ propter delictum domini terra potest subici
interdicto, vt hic dicitur ꝙ legitime admoniti a tali vsurpatio-
ne nõ destiterint restituẽdo qui taliter vsurpauerint eo ipso sentẽ
tiam excommunicationis incurrant, ⁊ ex tunc ad supponẽdum
terram ipsorum ecclesiastico interdicto libere procedatur.

SVMMARIVM

1 Pedagium, ⁊ vectigal quid sint, ⁊ a quibus soluantur.
Tributum quid sit.
2 Clerici sunt immunes a pedagijs pro rebus quas deferunt non negotiationis causa.
3 Pedagia a clericis exigẽtes quibus satisfacere debeant.
4 Emptores redditũum clericorum an priuilegijs clericoꝝ vtant.
5 Negotiator quis proprie dicatur.
6 Statutum dicens ꝙ vẽditor dare teneatur duos denarios com muni, an clericos vendẽtes vina vel formentũ sue prebende comprehendat.

¶ De exigentibus pedagia ⁊ guidagia a personis ecclesiasticis. §. xxxviij.

Circa hanc excõmunicationẽ de exigẽtibus pedagia ⁊
1 guidagia a personis ecclesiasticis. ¶ † Nota se-
cũdum Petrum de an. varia noia scilicet vectigal.i.pedagium
tributũ cẽsus pẽsio. Pedagiũ ⁊ vectigal idem significant, ⁊ sol
uiẽ ab itinerãtibus de his que deferũt nõ sui vsus causa, ⁊ qñqꝫ
soluitur pro transitu personarum tantum vt Ferarie. Tributum
vero est quod prestatur fisco ⁊ idem importat ꝙ census vel pen
2 sio. ¶ † Nota ꝙ clerici sunt immunes a solutione pedagij p̄ re-
bus quas deferunt vel transmittunt non causa negotiandi, a cõ
trario ergo sensu si negociandi causa tenebuntur. Item nota ꝙ
in solutione pedagij a clericis nõ procedit cõsuetudo, qꝛ papa in
3 dicat eaꝫ corruptelam. ¶ † Quero qꝛ dicitur hic ꝙ tales exigẽ-
tes

tes satisfacere debent, cui debet satisfieri de illa trãsgressiõe. Videtur ꝙ prelato per notata. xvij. q. iiij. si quis cõtumax, ⁊ placet Archi. dictũ Lan. qui ibi hoc tenuit ⁊ dixit illud capitulum loqui cuius iniuria fit loco, si vero fiat psone locũ habet. c. parochia
4 no de sen. ex. ¶ † Quero qꝛ dicitur hic ꝙ ecclesiastice persone nõ tenẽtur de suis rebus soluere pedagia. Quid de emptoribus reddituum clericorũ vel rex, vtrũ iisdem priuilegiis possint vti. Jo. an. remittit ad specu. de imu. eccle. Archi. hic tenet ꝙ non, pro quo facit qd notatur de iure patro. c. j. pe. de an. dicit ꝙ aut est vectigal ordinarium ⁊ ex psona ecclesie siue fisci non trãsibit immunitas in emptorem. l. licitatio. §. mercatores. ff. de public. Aut est vectigal extraordinarium, qd nõ ponitur. l. vel senatus cõsulto vel ꝯstitutione principis. Jsta enim sunt extraordinaria. ff. de vaca. mu. l. in bonoribus. §. quid, ⁊ quo ad ista immunitas trãsit in emptorem ⁊ hoc notat Barto. in dicto. §. mercatores.
5 ¶ † Quero hic dicitur ꝙ persone ecclesiastice nõ tenẽtur soluere de rebus quas nõ negociãdi causa deferunt. Quero quis dicatur proprie negociator dicit Joã. an. post Archi. ꝙ ille qui rem emit ⁊ ipsam integram ⁊ immutatam vẽdẽdo lucratur. Jlle vero qui emit vt sit sibi materia aliquid inde operandi, ille nõ est negociator, vt dicit Criso. lxxxviij. dist. c. eiiciens. Et per hoc cõsuluit Federicus de senis in questione monasterij sancti Galgani diocesis vulturane, quod monasterium habet venam ferri in insula helbe, ⁊ facit illam fodi, ⁊ venam deferri per territorium senẽse, vt faciat inde ferrum, vt vẽdat postea, ⁊ lucretur. Exactores gabellarũ senẽsium petebãt pedagiũ. Abbas dicebat se nõ teneri Federicus cõsuluit pro eo. s. ꝙ nõ tenebatur. s. qꝛ ista non est negotiatio, sicut cũ faber emit ferrũ vt inde diuersas formas educat gladiorũ ⁊ clauorum, vnde dixit ꝙ etiã si fratres emerẽt venam ferri, vt facerẽt exinde ferrum nõ dicũtur ex hoc negociari, qꝛ vt dictum est negociari est rem emptam nõ immutatam vẽdere. Emere vero rudem materiam ⁊ illam per artificium ad aliquam formã redigere nõ est negociari, immo tales vocãtur potius artifices ꝙ̃ mercatores. Pe. de an. dicit ꝙ quãdo nõ in ꝓprio solo venam ferri fodere faciunt sed emunt, ⁊ ferrum postea inde redactum vẽdicant cõsultus respõdi, ꝙ negotiatio est mixta artificio si per magistros ⁊ alios faciunt hoc fieri, tunc enim nulla versatur industria clericorum ideo soluere tenẽtur, secus si ecclesia habet venam ⁊ per operarios fieri ⁊ fecit ⁊ postea vẽdit, sicut enim in simili de frumẽto ⁊ aliis redditibus collectis in proprio solo nõ tenẽtur soluere, ita neqꝫ de isto ferro vel de alia materia que appellatione fructuum cõtinetur. l. diuortio. §. si vir in
6 fundo. ff. so. matri. ¶ † Quid si fiat statutum, ꝙ si quis vẽdat teneatur dare duos denarios regi vel communi ciuitatis. An clerici teneantur vina vẽdẽdo, vel frumẽta que habẽt ex prebẽda. Rñdet Cinus ꝙ nõ in. l. omnis. C. de epi. ⁊ cle. Jdẽ Pe. per dictam. l. omnis, vbi dicitur, ꝙ melius est, ꝙ bona in paupes distribuant, ꝙ̃ in sordibus muneribus, vel alias illicite ꝯsumant, vbi dicit pe. ⁊ Bal. ꝙ clerici de bonis prebẽdarum suarum, que vendũt, vel vẽdi faciũt, nõ tenẽtur soluere gabellam, nec etiã ad portam, ⁊ idem ꝯsuluit Bar. secũdum ꝙ refert Bal. in. l. placet. C. de sacrosa. eccle. ꝙ nõ tenẽtur ad gabellas De hoc vide in spe. de cle. cõiugatis ⁊ c. vl. de vi. ⁊ ho. cle. Jdẽ Jo. de lign. dicẽs qd de gabellis ⁊ datiis que leuãtur in ciuitatibus lõbardie. Rñdet idem. xxiij. q. ij. putãt quidam, ⁊ c. plerique de priui. c. quãto. Et subdit secũdum hoc tota italia est interdicta, ⁊ irregulares omnes clerici nõ obseruãtes. Jdẽ Jo. an. in gl. Theologi tñ. s. dñs Bo. ⁊ Ri. in. ij. di. vlti. ar. vl. q. pe. exponẽtes illud Math. xvij. Quid tibi vr̃ petre reges terre a qbus accipiũt cẽsum a filiis an ab aliis ⁊ infra, ergo liberi sunt filij. dñt ꝙ ille textus intelligitur de Christo, qꝛ xp̃s nõ tenebaẽ reddere tributum, nec hi qui sunt imitatores eius pfecti, puta apostoli pro eo ꝙ naturaliter liberi erãt ⁊ omnia bona temporalia dimiserãt, ⁊ ideo cẽsum vel tributum ab eis reges terre accipere nõ debebãt. Jn aliis autẽ xp̃ianis vel qui sunt seruilis cõditionis, vel qui abũdant tẽporalibus bonis, illa auctoritas nõ habet intelligi, vnde tenẽtur soluere vectigalia, vnde pro eis bene facit textus. xxiij. q. viij. c. tributum, vbi dicitur Tributum in ore piscis piscãte Petro inuẽtum est, qꝛ de exterioribus suis que palam cũctis apparẽt tributum ecclesia reddit. Nõ autem piscem totum dare eis iussus est sed tãtum staterem qui in ore eius inuẽtus est, qꝛ nõ ecclesia imperatori dari, nõ põtificalis apex qui in ore piscis. i. xp̃i ecclesie pemi net subici regibus põt. Sꝫ sane vt diximus ꝙ in ore piscis. i. xp̃i inueniẽ ꝓ Petro ⁊ dño dare iubeẽ, qꝛ de exterioribus ecclesie qd ꝯstitutũ antiquus est ꝓ pace ⁊ qete qꝛ nos tueri ⁊ defensare debent impatoribus persoluẽdum est. Jtẽ Ambro. ij. q. j. Si tributũ petit iperator nõ ei negamus, agri ecclesie soluãt tributũ, vel si agros desiderat iperator nõ dono sed nõ nego. Jtem idẽ dicit vbi supra. c. seqũti. Magnũ quidem est ⁊ speciale documẽtum qñ viri xp̃iani sublimioribus potãtibus docenẽ dẽre esse subiectos, nec quis ꝯstitutionẽ terreni regis putet esse soluendã. Si. n. cẽsum filius Dei soluit, quis tu tantus es qui putas nõ esse soluẽdũ. Jtẽ Apo. Ro. tertiodecimo. Ois aia sublimioribus potestatibus subdita sit, nõ est ptãs nisi a deo. Que aũt sunt, a deo ordinata sunt. Jtaqꝫ qui resistit ptãti dei ordinationi resistit, q aũt resistit ipsi sibi dãnationẽ acqrit. ⁊ J. reddite ergo oibus debita, cui tributũ tributũ, cui vectigal vectigal. concludit ergo ꝙ theologi loquuntur de iure antiquo decretorum, sed hodie de iure sexti ⁊ clementinarum non tenentur.

SVMMARIVM

1 Represalias ꝯcedẽtes ꝯtra personas ecclesiasticas vel eorũ bona sunt excõmunicati, vniuersitas vero est interdicta.
2 Cap. ⁊ si pignorationes de iniur. ⁊ dam. da. non habet locum si clericus cuius occasione facte sunt represalie captus sit.
3 Represalie contra quas personas ecclesiasticas ꝯcedi nõ pñt.
4 Represalie concedi non possunt pro debito clerici vnius diocesis, contra clericos alterius diocesis.
5 Cap. ⁊ si pignorationes an corrigat cap. dominus deus noster vigesimatertia questione secunda.

¶ De his qui concedunt represalias contra ecclesiasticas personas. §. xxxix.

1 Circa hãc excõicationẽ scꝫ de his qui ꝯcedũt represalias ꝯ̃ ecclesiasticas personas. ¶ † Nota ꝙ ꝯcedẽtes represalias ꝯ̃ ecclesiasticas psonas tã ipsi ꝙ̃ illi qbus cõcesse sunt eas extẽdẽtes ꝯ̃ ecclesiasticas psonas, vel earum bona nisi. J. mẽsem. s. a tpe cõcessionis, vel extẽsionis, ipsas ꝯcessiones, vel extẽsiones reuocauerit, si persone singulares fuerint, sententiam excõmunicationis incurrunt, vniuersitates vero incurrunt sen-
2 tentiam interdicti, quacũqꝫ ꝯ̃ria ꝯsuetudine nõ obst. ¶ † Quid si clericus principalis debitor cuius occasione represalie sunt cõcesse captus est, an hec decretalis habeat locũ. rñdet gl. ꝙ qdam dicũt ꝙ nõ, tũ qꝛ hic idẽ grauaẽ ꝓ se ipso, ⁊ sic cessat rõ textus, vbi dꝛ represalias in quibus alius ꝓ alio ꝓgrauaẽ. tũ qꝛ ꝯstitu-
3 tio penalis est restringẽda, extra de elec. statutũ li. vj. ¶ † Quero que sunt psone ecclesiastice ꝯ̃ quas nõ dꝫ cõcedi. rñdet glo. vt sunt clerici tẽplarij, hospitalarij, ꝯuersi, ⁊ deo deuoti. xij. q. j. duo
4 sunt genera de sen. excõ. parochiano de elec. sciãt li. vj. ¶ † Quero vtrũ possint ꝯcedi ꝓ credito clerici vnius diocesis ꝯ̃ clericos
5 alterius diocesis rñdet gl. ꝙ nõ. ¶ † Quero an per istã decretalẽ corrigaẽ. c. dñs deus noster. xxiij. qõ. ij. vnde conceduntur represalie qñ ciuitas vindicare negligit qd a suis improbe factum est. rñdet glo. ꝙ nõ, sed solũ statuit ꝙ pro delicto vel credito alterius cõtra personas ecclesiasticas concedi vel extẽdi nõ possint sed si concedantur cõtra laicos cum modis a iure permissis licet, de quo hic plene per Petrum. ¶ Quid si. J. mensem processum fuerit ad actum. s. ꝙ fuerit persona ecclesiastica pro alio pignorata, nunquid hec pena habebit locum. J. mensem. respõdet gl. ꝙ in statum pristinum reuocandum erit. J. mensem. vel secundum Gar. reuocatio re integra fieri debet antequam procedatur ad actum alias non habet locum hec pena.

SVMMARIVM

1 Pena capitu. quoniam, de immunitate ecclesiarum libro sexto. locum habet etiam in priuata persona.
2 Cause que ad forum ecclesiasticum spectant que sint.

¶ De impedientibus officium cuiuscunqꝫ iudicis ecclesiastici §. xxxx.

Circa hanc excommunicationem de impedientibus officium cuiuscunqꝫ iudicis ecclesiastici, quia in principio dicit papa ꝙ intellexit ꝙ domini temporales faciebãt
1 ista. ¶ † Querit Joan. an. vtrum sit idem in priuata persona vt sit locus huic pene ⁊ quid, de clerico sic agente. respondet ꝙ sic nam licet sic narret in habente temporalem iurisdictionem, constitutio tamen est generalis, dum dicit statuimus ne quis, ⁊ in fi-
2 ne subdit si quis vero. ¶ † Quero hic dicitur ꝙ impediens offi-

cium iudicis in causa que de iure vel de cõsuetudine spectat ad forum ecclesiasticum est excõmunicatus quero que sunt ille. Respõdeo sunt multe ⁊ notãtur in.c.cum sit de foro competẽti. Primo cognoscit de sacrilegio, vt dicto.c.cum sit, Sunt ⁊ alia crimina, de quibus ecclesia punit tam clericos q̃z laicos, vt crimen periurij, vt de elec.c.venerabilis. Crimẽ simonie, vt de simonia p totũ. Item crimen heresis, vt de hereticis.c.ad abolẽdam. Crimẽ vsurarum, vt de vsuris.c.cum tu.⁊.c.qr in omnibus. Crimẽ adulterij, cum agitur ad thori separationem, vt de procu.c. tue. In his directe spectat iudiciũ ad ecclesiam. Indirecte vt si agatur per modum denũciationis ad penitẽtiam, vt in.c.nouit de iudicijs Et dicit Inno.dicto.c.cum sit, ꝙ raptores rerum ecclesie dicũtur sacrilegi.xvij.q.iiij.c.iij.⁊.c.sicut qui idcirco pertinet ad iudiciũ ecclesie.xij.q.ij.nulli liceat predia.⁊.c.de laicis. Immo etiam si dubium sit, puta quia neget rapinam tamẽ cognoscit ecclesia.xvj.q.j.in canonibus.xxiij.q.iij.si quis, vbi etiam dicitur, ꝙ nõ solum de rapina sed de qualibet etiam oppressione, ⁊ non solũ clericorum sed omnium pauperum cognoscet, immo si de fraude habita in contractu ecclesie agatur vel etiam sine fraude cõtractus nullus dicatur ecclesia cognoscit.xij.q.ij. apostolicos immo quocũq3 modo de re ecclesiastica agatur cognoscet ecclesia.xij.q.ij.quicunq3. Idem dicit in.c.nouit de iudicijs, vbi etiã addit ꝙ crimẽ pacis fracte pertinet ad iudicium ecclesie.

SVMMARIVM

1 Excommunicati nõ sunt detinẽtes laicum ad sedem apostolicã citatum.
2 Quid si alibi citatus est.
3 Citatus procurans se capi non incidit in penas cle. multorum de peni.
4 Detinentes mulieres regulares ne citate Romam eant, excommunicati sunt.
5 Captio sola sufficit ad incurrẽdam excommunicationem.
Pena suspẽsionis, ⁊ priuationis a beneficijs in tribus casibus locum nõ habet.
6 Priuãdus bñficijs obtẽtis venit etiam priuãdus de obtinẽdis.
7 Suspẽsiones in foro penitẽtiali etiam occultos ligant.

De compellẽtibus ressignare beneficia ⁊ detinentibus citatos romam ne vadant.§.xlj.

Circa hãc excommunicationem de compellẽtibus reassignare beneficia ⁊ detinẽtibus citatos romã ne va
1 dant. † Quero qd si qs laicum citatũ ad apostolicam sedem
detinet. Respõdet glo. ꝙ nõ habet locũ hec pena, quia dicit textus ecclesiasticos, sed appellatione ecclesiasticorum intelligũtur ẽt
2 deo deuoti.xij.q.j.duo. † Sed quid si essent alibi citati. Respondet glo. ꝙ nõ inciderent has penas licet quo ad excommunicationem ipsius detinẽtis esset locus huic constitutioni sed nõ
3 quo ad alias penas ipsius detenti. † Sed quid si citatus procurat se capi per prelatum ecclesiasticum. Respondet glo. ꝙ nõ est locus huic pene, sed si prelatus secularis hoc faciat incurrit excommunicationem etiam si clerico non intẽdit iniuriari. Manus enim seua ⁊ iniuriosa est quia fit iniuria sedi apostolice, ad
4 quam est citatus ⁊ toti ordini clericali. † Sed quid si detineantur mulieres regulares. Respõdet zenzellinus ꝙ licet nõ dicatur, incurritur excommunicatio propter manus in iectionẽ de
5 sentẽ.excommunicatio. veniẽs, ⁊.c.de monialibus. † Itẽ nota ꝙ ad penã excõmunicationis incurrẽdam sola captio sufficit de sentẽ.excommunica.nuper sed pena suspẽsionis ⁊ priuationis a beneficijs nõ habent locum in tribus casibus. Primo in capiẽte, vt captus beneficia reassignet, secundo in illo qui citatum ad sedem apostolicam impediuit. Tertio in illo qui sic hanc captio
6 nem sibi procurauit. † Quero quia hic dicitur ꝙ obtentis beneficijs sint priuati, quid de obtinẽdis, an erũt inhabiles ad obtinẽda. Respõdet Ste. ꝙ si priuãtur obtẽtis multo fortius obtinẽdis, magis enim fauẽt iura in retinẽdo q̃z in querẽdo.C.de codi.l.fi.supra de cõces.preb.c.fina.lib.vj.C.de bon. prescrip.l.de
7 portati. † Nota ꝙ iste suspẽsiões sunt sciẽde, qr etiam occultos ligant in foro penitẽtiali ⁊ est necessaria dispẽsatio, vt est glo.ordinaria in cle.j.in verbo curãt de hereticis.

SVMMARIVM

1 Conuersi ecclesiarum secularium, an priuilegio canonis si quis suadẽte diabolo gaudeant.
Conuersus quãdo in forum ecclesie trãslatus dicatur.
Cõuersus nõ dicitur qui proprium retinet.
2 Percutiens fratrem de tertio ordine an in excommunicationem incurrat.
3 Mãdans clericum occidi si ante reuocationem mãdati moriatur an sit mortuus excommunicatus quãdo nũcius mandatum exequitur.
4 Iniectio manuum enormis que dicatur.

De percutiẽte religiosum vel cõuersum.§.xlij.

1 Circa † hãc excommunicationẽ scilicet de percutiẽte religiosum vel conuersũ, Querit glo.in.d.c.nõ dubium de sentẽ.excommu. An conuersi ecclesiarum secularium gaudeãt priuilegio. Videtur ꝙ nõ, vt hic a contrario vbi loquitur de cõuersis ecclesiarum regularium, Respõdet ꝙ si traderẽt se ⁊ sua siue ecclesie seculari, siue regulari cẽsebũtur persone ecclesiastice ⁊ in totum trãslate, ⁊ sic habẽt immunitatem ecclesiasticam.xvij.q.iiij. quisquis, quia duo genera Christianorum. Unum ꝙ deo dedicatum est vt clerici ⁊ cõuersi. Aliud vt laici.xij.q.j.duo sunt genera, ⁊ hãc opinionem dicit glo.benigniorem, quia equum est, ꝙ eorũ gaudeant priuilegio, quorum vitam ⁊ religionem assumpserint de statu mo.recolentes licet Io.⁊ Vincen.teneant cõtrarium in.c. dilecta de maio.⁊ obediẽtia. Hosti.tenet ꝙ nõ gaudeãt quãdo cõuersus in domo sua manet, vt laicus, ar.de priuile.ca. iij.§.de cõfratribus. Sed si est conuersus, qui tradidit se ⁊ sua, ⁊ habitum mutauit, audit horas, viuit honeste, talis intelligitur in totum trãslatus in forum ecclesie, ⁊ gaudet immunitate ⁊ sic intelligit capit.quisquis decimaseptima questio.iiij.⁊ in libr.feudorum de priuile. sancto.l.vna ad hoc de priuil. vt priuileg.§.hoc autem. Et pro hoc facit ratio, quia conuersus nõ dicitur qui retinet propriũ, licet dicatur in ministerio cõuersionis qui facit se cõuersum secũdum tan.infra eo.parochianos. Vide Petrum
2 in.c.religiosus de senten.excom.lib.vj. † Quid si vnus percutit vnum de tertio ordine beati Francisci. Vide supra §.xxxvj.
3 † Quero an mãdans occidi clericum ⁊ moriens ante reuocationem mãdati, incurrat iam mortuus excommunicationem, qñ nũcius mãdatũ exequitur. Vide Ric.in.iiij.di.xviij.ar.v.q.iiij.
4 † Qualiter intelligat̃ enormis iniectio. vide ibidẽ ar.xiij.q.j.

SVMMARIVM

1 Monitio an precedere debeat impedimentum quod fit visitatoribus monialium.
2 Monitio generalis vel specialis an requiratur, ꝙ nullus visitatores impediat.

De impediẽtibus officia visitatorum monialium.§.xliij.

Circa hanc excommunicationem scilicet de impediẽtibus officium visitatorum monialium seu canoni
1 carum.i.earũ que viuũt sicut canonici seculares. † Quero an debeat precedere monitio impedimẽto, vel econtra, vt sit locus huic pene. Respondet glo. ꝙ prius requiritur ꝙ quis impediat officium deinde ꝙ fiat monitio qua facta nisi tales impedientes desistent incurrunt excõmunicationẽ, secus si monitio precedat
2 impedimentum. † Quero an sufficiat monitio general. scilicet ꝙ nullus impediat visitatores, an requiratur particularis ⁊ specialis noiatio.s.admonemus te talẽ ne impedias officiũ nr̃3, gl. nõ determinat zenzel.tenet ꝙ sufficit generalis monitio.

SVMMARIVM

1 Doctor non est excommunicatus si monachus stans in eius domo apud scolas audiat leges, ⁊ phisicam.
2 Monachus nolens exire scolas legum vi expelli nõ potest, sed doctor exire debet, ⁊ nume.sequen.

De doctoribus qui scienter docent illos qui dimiserunt habitum sue religionis.§.xliiij.

Circa

Circa hanc excommunicationem.s. de doctoribus qui scienter docent illos religiosos qui dimiserint habitum sue religionis. Idem dicit esse glo. & Pe. de ancb. Si doctor legat scholari qui nō dimisit habitum.s. ꝙ ipse doctor est excōicatus. q2 participat in crimine propter qđ scholaris est excōicatus vt in.c.nuper &.c. si concubine de sent. excō. Addit ipse Petrus pulchram distinctionem post Lap. q2 aut religiosus ingreditur studium causa audiendi leges vel phisicaz aut theologiam vel canones siue aliam scientiam nō probibitā. Primo casu si nō reuertatur.i. duos menses, sm Innocē. vel audiat semel tantum.i. duos menses sm Hosti.per.c.fi.§. verū.extra ne cle. vel mo. excōicatus est ipso facto tam ipse religiosus ꝙ ipse doctor scienter ei participans. Hoc verum ēt si habitu3 non dimittat. Et ideo subaudi ad textum dum dicit habitu suo dimisso maxime. & hoc quo ad leges & phisicam sm Archi. ēt si de licentia sui prelati ipsas audiat.s.eod.c. non magnopere &.c. sup Spec. In secundo casu dicas ꝙ si vadit de licentia sui prelati & portat habitum clarum ꝙ non incurrit aliquam penam. Si aūt vadit sine licentia vel ēt cum licentia & habitum non portet ipso facto incurrit excommunicationis sententiam vt hic. Similiter doctor qui ei scienter participat in crimine ex quo admittit eu3 scienter non gerentem habitum. Item nota sm glos. ꝙ officium
1 doctoris est scholarem expellere de scholis. ¶†Quid si monachus h3 domum iuxta scholas & stando in ea pōt audire lectionem, & doctor scit, & legit, an doctor sit excommunicatus. Respōdet glo. ꝙ non, q2 non posset probibere, quin in domo propria
2 moraretur. ¶†Quid si talis monachus non vult exire scholas an possit vi expelli. Respondet glo. ꝙ non. q2 ēt excommunicatus gaudet priuilegio, vt eum percutiens incidat excommunicationem sm ꝙ notat Jo. B. xvij.q.iiij. si quis deinceps & de sen-
3 tentia excom.c.contingit. ¶†Quid si non pōt expelli. Respondet glo. ꝙ doctor d3 exire scholas sicut dicimus quando excommunicatus intrat ecclesiam. vt notatur.ij.q.iij. sicut & de sententia excommunicationis nuper.

SUMMARIUM

1 Matrimonium contrahens cum maritata vel cum iudea, vel cum pagana non est excōicatus, l3 matrimonium non teneat.
2 Matrimonium contrahens in gradu probibito cum dispensatione pape excommunicatus non est.
3 Matrimonium ignoranter contrahens in gradu probibito excommunicatus non est.
4 Quid si ignorat ius nesciens vsq3 quottum gradum probibitio extendatur.
5 Matrimonium scienter contrahens in gradu probibito solus ligat & qui ignorans non.
6 Quid si a principio ignorans erat demum scientia superuenit.
7 Matrimoniū ꝯtrahens cū ea quā credebat cōsanguineam vel monialem que in veritate non erat sit excommunicatus.

¶De ꝯtrahētibus matrimoniū in gradu cōsanguinitatis.§.xlv.

Circa hanc excōicationem.s. de contrahentibus matrimonium in gradu consanguinitatis &
1 affinitatis probibitis. ¶†Querit glos. quid si contrahat quis cum habente maritum vel cum iudea vel cum pagana vel cum cognata spirituali vel legali vel contra impedimentum publice honestatis. Rñdet gl. ꝙ l3 non teneat matrimoniu3 tamen non incidit excommunicationem. q2 in istis casibus non est expressa.
2 ¶†Quid si contrahat infra gradus consanguinitatis vel affinitatis cum dispensatione pape. Rñdet glo. ꝙ non est locus huic pene, de qua dispēsatione notatur de resti.spo.c.literas in princ. & de statu mo.cum ad monasterium. & per Jo. and. de voto.c.j.
3 ¶†Item nota de eo ꝙ textus dicit scienter ꝙ si quis contraheret ignoranter.s.ignorantia facti probabili & non affectata. puta ꝙ nesciebat talem esse suam affinem vel consanguineā non est
4 excōicatus. ¶†Sed quid si ignorabant ius nescientes vsq3 ad quottum gradū consanguinitatis vel affinitatis extenderet probibitio iuris, tñ bene sciebant in quo gradu erant. Rñdet glo. ꝙ incidunt excōicationem, q2 ignorantia facti & non iuris excusat.
5 ¶†Sed quid si solus vnus ꝯtrahentium scienter contraxit sciens se esse in gradu probibito. Respondet glo. ꝙ ille solus ligatur.
6 ¶†Sed quid si ignoranter a principio ꝯxit. sed postea superuenit sibi scientia, & tñ cohabitauit cum consanguinea quam accepit. Rñdet glo. ꝙ non est excōicatus, q2 hec constitutio non punit cohabitationē vel incestū, sed solum ꝯtractum matrimonij, sicut dicimus in simili ꝙ qui ignoranter eligit indignū, l3 postea sciat, non incurrat penam consilij positam in.c.cum in cunctis de elec. cum in hoc ponderetur initium. vt in.c. dudum eo.tit. & probat hoc ex eo ꝙ sine iudicio ecclesie ab illa diuertere non posset de diuor.c.porro. Fateor tamen ꝙ peccat cognoscendo de sent.ex.
7 inquisitioni. ¶†Quid si ꝯxi cū ea quam credebā consanguineā affinem vel monialē sed in veritate non erat glo. remittit ad notata de sent.excom.c.si vero.&.c.in audientia.

SUMMARIUM

1 Excōicatus humiliter absolutionem petere debet.
2 Absolutionem vel reuocationem suspensionis extorquens excommunicatus est.
3 Excōicatio per metum extorta v3 sed exceptione eliditur.
4 Metum iudici inferens vt eum absoluat si non absoluit, non est excommunicatus metum inferens.
5 Quid si non excōicatus sed alius metum intulit.
6 Excōicatus si per alium metum intulit iterum est excōicatus.
7 Metum inferentes sunt excommunicati l3 absoluens per metū absolutionem ratificet.
8 Absōne impetrās ob metū amissionis bonorū est excōicatus.
9 Absolutionē impetrans per vanū metum excōicatus non est.
10 Metus iustus quis dicatur.
11 Metu publice potestatis factum quomodo cognoscatur.
12 Metus cōminate excōicationis an sit iustus metus.
13 Metus qualis requiratur vt absolutio metu dicatur facta.

¶De his qui per vim vel metum extorquent absolutionem ab excommunicatione.§.xlvj.

Circa hanc excommunicationem.s. de his qui per vim vel metum extorquent absolutionē
1 ab excōicatione. ¶†Querit glo. quid si iniusta erat excōicatio. Rñdet idem.s. ꝙ excōicatus est, q2 humiliter d3 petere absolutionem non per metum compellere. q2 sententia pastoris siue iu-
2 sta siue iniusta timenda est.ij.q.iij.c.j. ¶†Quero de qua suspensione hic loquitur. Rñdet gl. indistincte si quis compellat vel extorqueat absolutionem vel reuocatione3 suspensionis siue ab officio siue a beneficio siue ab ingressu ecclesie est excōmunicatus.
3 ¶†Quid si excōicatio est per metum extorta.i. ꝙ quis cōpulit iudicem vt aliquem excōicaret. Rñdet glo. ꝙ v3 excommunicatio.ij.q.iij.quatuor potest tñ per exceptionem elidi. vt ibi notat.
4 ar. de fur. interdum. ¶†Quid si quis intulit metu3 tamen iudex propter hoc absoluere noluit. Rñdet glos. ꝙ talis inferens non
5 est excōicatus. ¶†Quid si non excommunicatus intulit metu3, sed alius. Respondet glo. ꝙ inferens excommunicatus erit.
6 ¶†Sed nunquid in predicto casu ipse excommunicatus suspensus vel interdictus incurrit hanc penam si alius pro eo vel eius nomine metum intulit. Respondet glo. ꝙ sic si mādauit vel eius nomine factum ratum habuit de elec.c.sciant de sen.ex.cū quis.
7 ¶†Quid si absolutor qui per metum absoluerat postea ratum habuit id quod per metum fecerat. Respondet glo. ꝙ nihilominus sunt excommunicati metum inferentes q2 textus dicit ꝙ est
8 nulla. ¶†Sed quid si quis non inferat metum in corpore sed ꝑ penam amissionis rerum compellat absolui. Respondet glo. ꝙ
9 est excommunicatus. ¶†Sed quid si compulit per vanum metum de quo timere non debuit, nunquid habet locum hec pena. Respondet glo. quod non q2 talis metus non inducit restitutionem nec proprie appellatur metus.ff. quod metus causa.l. metum.&.l.sequen.&.l. nec timorem. Ille ergo metus qui putatur iustus ad reuocandum ea que per illud facit incurrere excommunicationem, alius vero non.
10 ¶†Sed quis dicit iustus metus. Respondet Pet. de ancha. quod metus mortis vel cruciatus corporis & talis qui possit cadere in constantem virum quod arbitrio iudicis relinquitur vt nota.C.quod metus causa.l.interpositas.& supra eo.c.cum dilectus vbi glo. Alijs modis considerat iustum metum ad recisionem actus. Addit idem Pet. distinguendo. Tu dic latius. na3 quandoq3 vult rescindere quod gestum est per metum ex edicto pretoris & tunc requiritur metus de quo predixi statim. Quandoq3 quis vult rescindere a sententia vel mente edicti, tunc sufficit si in personam filij vel coniuncti inferatur lege isti quidem.ff. ꝙ metus causa. Quandoque quis vult rescindere per officium iudicis, & tunc sufficit metus verecundie, licet ibi non sit

mortis periculum vel cruciatus corporis.l.fi.§.fi.ff.eo. Aliquã-do infertur metus alicui futuri euentus vt in medio qui cã extor quendi pecuniam morbum leuem aggrauat. ꝛ tunc rescindit᷑ offi cio iudicis.l.medicus de varijs ꝛ extraor.cogni. Quãdoqꝫ infer tur metus cã maioritatis ꝛ obedientie. ꝛ hoc dupliciter, nã que-dam est maioritas absqꝫ publica ptãte vt maioritas que habet᷑ a marito in vxorem. ꝛ tunc rescinditur officio iudicis.l.j.§.bono rande.ff.quarum rerum actio non datur ꝛ.l.fi.ff.de furtis. Que-dam est maioritas cum publica ptãte cuius timore aliquid geri tur, ꝛ tunc rescinditur conditione ex lege. vt.C. eodẽ; libro si per
11 impressionem. ¶ †Quero quõ cognoscetur vtrum metu publice ptãtis aliquid geritur. Dic hoc iudicis arbitrio relinquendum est ponderatis circũstantijs an consueuit esse terribilis, ꝛ similia vt notat Bar.in.l.de pupillo.§. si quis ipsi pretori de oper. no.
12 nuntia. ¶ †Quero an metus cõminate excommunicationis sit censendus iustus. Dic vt notat Joã.and. dicto.c.cum dilectus.
13 ¶ †Item nota ſm Petrum ꝙ sicut requiritur metus qui possit cadere in constantem viruꝫ ad recessionem actus, ita requiritur dolus qui potuerit cadere in prudentissimum. Si quis ergo in-ducitur fatuitate ad actum gerendum ex hoc non potest preten-dere se deceptum dolo, qꝛ fatuitas que est similis late culpe cum dolo alterius compensatur.

SVMMARIVM

1 Episcopi vel alij ecclesiarum prelati sunt excommunicati qui cõ pellunt in loco interdicto celebrari.
2 Clericus an teneatur seruare interdictum, quod, scilicet non sit publicatum, si est occultum ꝙ locus sit interdictus.
3 Prohibentes excommunicatos exire non a missa sed ab alijs di uinis excommunicati non sunt.
4 Excõicati ꝛ interdicti noiatiꝫ debẽt moneri vt de ecclesia exeãt.
5 Interdicti tempore facientes in suis oratorijs celebrare excom-municati non sunt.
6 Interdicti tempore campane pulsari possunt ob predicationem vel gratia capituli congregandi.
7 Excõicati publice ꝛ interdicti si moniti non exeunt ecclesiam dũ diuina celebrantur iterum excommunicantur.
8 Sententijs pluribus ligatus an possit vna absolutione absolui.

¶ De compellentibus celebrari in loco interdicto.§.xlvij.

1 Circa hanc excõicationem.s. de compellentibus celebrari in loco interdicto. ¶ †Que ro, qꝛ textus dicit, ꝙ grauis querela ad papam peruenit, ꝙ dñi tẽporales cogunt celebrare in loco interdicto. Quid ergo si sunt epĩ vel ecclesiarum prelati. Respondet glo.idem.s. ꝙ sunt excõ municati. ¶ Quero hic dicit᷑ ꝙ cogunt celebrari in loco interdi cto de quo interdicto hic loquitur. Rñdet ꝙ de interdicto a iu-
2 re vel ab homine. ¶ †Quid si est occultum ꝙ locus sit interdi-ctus, tamen clericus scit, an teneatur seruare lꝫ non sit publica-tum. Respondet glo. ꝙ sic. ꝛ idem tꝫ Archi. de sentẽ.excom.is qui lib.vj. quod verum intelligit Uincen. vbi factum propter qđ esset interdictus locus esset occultum, secus vbi factum esset pu blicum, lꝫ nesciretur ꝙ esset locus interdictus. vnde glos. dicit ꝙ esset necesse, ꝙ fieret vna constitutio pro salute animarum, qua prouideretur ꝙ clerici non tenerentur ad obseruationem interdi cti lati a iure nisi prius fieret illorum declaratio seu publicatio.
3 ¶ †Quero quid si prohibeant excõicatos exire non a missa, sed ab alijs diuinis officijs. Rñdet glo. ꝙ non est locus huic pene.
4 ¶ †Quero qꝛ excommunicat illos qui prohibent ne excommu nicati moniti exeant de qua monitione loquitur, an generali vel speciali. Respondet glo.quod sufficit generalis monitio. vt post quã facta est prohibentes sint excõicati, sed quo ad excõicatos vel interdictos non exeuntes requiritur qđ nominatim sint mo-niti vt exeant, qui si postea remanent sunt excommunicati.
5 ¶ †Quero qꝛ hic dicit textus, quod ad papam grauis querela deuenit ꝙ quidam cogunt celebrari tempore interdicti, nedum in locorum suoruꝫ capellis, sed in collegiatis ecclesijs. quero qđ si faciunt celebrari in suis oratorijs quibus ex speciali licentia ta les potentes causa inanis glorie potius q̃ deuotionis faciũt in aliquo domus sue angulo celebrari, an sit locus huic pene. Re-
6 spondet Lan. ꝙ nõ. ¶ †Quero an tempore interdicti possint cã pane pulsari propter predicationem vel gratia capituli congre-gandi. Respondet Lan. ꝙ sic, dummodo non fiat in fraudem.
7 ¶ †Item nota hic ꝙ publice excommunicati ꝛ interdicti si mo-niti non exeunt cum diuina celebrantur incidunt aliam excom-municationem, ꝛ sic excommunicatus potest iterum excommu-
8 nicari. ¶ †Sed an ligatus pluribus sententijs possit vna absolu tione absolui. Distinguit Lan. ꝙ aut ille est excõmunicatus ab vno aut a pluribus. Primo casu, aut vna sentẽtia aut pluribus, si vna, aut propter vnam causam, aut propter plures, si pp vnaꝫ causam, tunc sufficit vna absolutio pro omnibus, si propter plu res causas, tunc aut constat, ꝙ propter quãlibet intendebat sin-gulas ferre sententias, aut propter simul omnes causas, aut du biũ est. Primo casu, erunt necessarie tot absolutiones, quot fue runt sententie. In secundo sufficit vna absolutio, tamen omnes cause exprimende sunt in ea, alias non sufficit. Si pluribus sentẽ tijs, tunc erunt necessarie plures absolutiones.ff.de oper. no.nũ. l.pupillo. Si autem vnam intendebat ferre sententiam, sic dicen do excommunico anathematizo te, tũc sufficit vna absolutio. de iudeis.c.ad liberandam.ff.de acceptila.l.pluribus. Si autem a pluribus iudicibus si omnes habent vnam iurisdictionem vꝫ ab solutio ꝛ vna ab vno eorum dum tamen habeat potestatem ab alijs.ff.de offi.delega.l.causam. Aut habent distinctas iurisdi-ctiones. ꝛ tunc tot requiruntur absolutiones quot iurisdictiões. ꝛ excommunicationes. extra de senten. excom.c.officij, ꝛ dicet or dinario sum excommunicatus a vobis ꝛ ab alijs cum fuero ab-solutus a vobis postea petam ab alijs. De hoc ẽt vide Ric. in iiij.distinc.xviij.ar.x.q.iij.

SVMMARIVM

1 Hereticos sepelientes absolui non pñt nisi eos exhumauerint.

¶ De sepelientibus hereticos.§.xlviij.

1 Circa hanc † excõmunicationem.s. de sepeliẽtibus hereticos ꝛc. nota ꝙ absolui non pos-sunt nisi proprijs manibus exhumauerint, ꝛ locus debet carere perpetua sepultura.

SVMMARIVM

1 Episcopi grauantes electores qui non eligunt quem volunt, ex-communicati sunt.
2 Conuersi templarij lꝫ clerici non sint, sunt tñ psone ecclesiastice.
3 Electio in ecclesijs ad quos spectet.
4 Preces an inducant simoniam.
5 Percutiens laicum consanguineum clerici ob ipsum clericum excommunicatus est.
6 Grauantes illum qui non vult presentare illum pro quo roga-tus erat sunt excommunicati.

¶ De grauantibus electores eo ꝙ noluerint eligere eos pro quibus rogati sunt.§.xlix.

Circa hanc excommunicationeꝫ.s. de his qui gra uant electores eo ꝙ noluerint eligere
1 eos pro quibus rogati sunt. ¶ †Querit glo. quid si sint episcopi
2 qui hoc faciant. Respondet ꝙ sunt excommunicati. ¶ †Quero qꝛ textus hic dicit ꝙ qui grauant clericos vel personas ecclesia-sticas qꝛ noluerunt eligere eos pro quibus rogati sunt que dicũ tur persone ecclesiastice. Respondet glo. conuersi templarij licet
3 non sint clerici. ¶ †Quero hic dicitur qui grauant clericos, vel alias personas ecclesiasticas ad quas in aliquibus monasterijs ecclesijs, aut alijs pijs locis spectat electio, ad quos ergo spectat electio de iure communi. Respondet glo. ꝙ in collegiata eccle-sia spectat ad collegium electio de iurepatrona.c. nobis.xvj.q. vlti.congregatio. Et si non est collegium spectat ad patronum vt in.c.postulasti de iurepatrona. Et hoc de iure communi, nisi aliud inducatur de consuetudine vt in.ca. cum ecclesia de causa possessionis, si autem non esset collegium vel patronus per dyo cesanuꝫ habet ordinari.x.questio.j.regenda.xvj. questio.vij.om nes basilice. Et hec vera quo ad electionem prelati. de inferiori bus beneficijs notatur extra de elec.c.cum ecclesia vulterana.
4 ¶ †Querit glo. an preces inducant simoniam. Dic vt octaua. q.ij.in sum.vij.q.j. Moyses de eta. ꝛ qualitate tuam.
5 ¶ †Item nota ꝙ hic dicitur ꝙ grauantes electores vel consan-guineos casum specialem in quo percutiens laicum est excom-municatus ipso iure, ad idem de sententia excommunicationis. c.quicunqꝫ ꝛ de immuni.eccle.quoniam.

6 ¶ †Quero

6 ¶ †Quero an grauantes eos qui noluerunt presentare illuz pro quo rogati erant, sint excommunicati. Respondet glo. ꝙ sic fa uore ecclesiarum. Idem dicit in nouella de confirmante ꝛ postu lante.ꝭ.eo. si postq̃ in fi. ꝛ ꝙ notatur.ꝭ.eo. in causis.

SVMMARIVM

1 Excommunicatio que fit contra eos qui mittunt nuntios cardi/ nalibus in conclaui, papalis non est.

¶ De mittentibus cardinalibus in conclaui positis gratia ellectionis pape nuntium vel epistolam.§.l.

1 Circa hanc † excõicationem.s. de his qui cardinali bus in conclaui positis gratia ellectio/ nis pape, mittunt nuntium vel epistolam vel omnibus vel alicui eorum. ꝛ de loquente secum secrete ẜm glo. est episcopalis quia papa sibi non reseruauit.

SVMMARIVM

1 Rector ciuitatis in qua papa moritur quid agere debeat ꝛ que obseruare debeat, ꝛ.ꝭ.nu.4.

2 Et in quas penas incurrat.

3 Populus a prelatis exhortari dꝫ ad orãdũ pro electione pape.

5 Cardinales presentes non possunt elligere papam in absentia cardinalium qui nullo modo venire possunt ad locum in quo ellectio celebranda est.

6 Cardinales presentes an possint elligere papã si sunt paucio res q̃ tertia pars.

7 Cardinalis quo casu in conclaui possit duos hr̃e seruitores.

8 Cardinalis ob infirmitatem an possit sue voci renuntiare, ꝛ re/ diens an admittatur.

9 Cardinalis superueniens tenetur suscipere vitam eorum q̄ sunt in conclaui inclusi habentium panem ꝛ aquam.

10 Cardinales papa in mari moriente debẽt conuenire ad elligen/ dum in ciuitate viciniori.

11 Ellectio pape facta in ciuitate interdicta valet.

12 Cardinales idoneum elligere tenentur.

13 Quid si elligant illiteratum

14 Mulier cum dicit se pregnantem quid agendum sit.

¶ De rectoribus ciuitatum in quibus fuerit celebranda ellectio pape qui non faciunt seruari dictam constitutionem.§.lj.

Circa hanc excommunicationẽ.s. de rectoribus ciui tatum in quibus fuerit celebranda elle/ ctio Romani pontificis qui non faciunt seruare dictã cõstõnẽ.

1 ¶ †Nota ꝙ qñ moritur Romanus pontifex, statim audito ro mani pontificis obitu, rector ciuitatis in qua dꝫ fieri ellectio co/ ram clero ꝛ populo vniuerso ciuitatis ad hoc specialiter conuo/ candis, dꝫ prestare corporale iuramentũ, ꝙ totũ ordinẽ illius cõ

2 stitutionis diligẽter obseruabit. ¶ †Itẽ nota penas, quas incur rit si nõ facit diligenter obseruari aut si fraudem cõmittat. Pri mo, est excõmunicatus ipso facto. Scdo, est perpetuo infamis. Tertio, nõ põt habere aliquam dignitatem nec aliqđ publicum officium. Quarto, feudis ꝛ bonis ceteris, que ab eadeꝫ romana ecclesia tꝫ vel ab alijs ecclesijs ipso facto est priuatus, ꝛ reuertun tur ad ipsas ecclesias cuꝫ pleno iure de eis disponendi quicquid placeat ecclesiaruꝫ prelatis. Quinto, ꝙ ipsa ciuitas in qua dicta electio fieri debebat sit ipso facto interdicta. Sexto, ꝙ pontifica

3 li careat dignitate. ¶ †Itẽ nota districte precipitur patriarchis archiepiscopis epis ꝛ aliarum ecclesiarum prelatis ꝛ predicato ribus vt exhortenẜ clerũ ꝛ populum ad orandum pro ellectione pape ꝛ prout circũstantie pensande suaserint, ieiunia indicant.

4 ¶ †Quero que sunt illa que obseruari debent post morteꝫ sum/ mi pontificis ad que obseruari facienda tenetur dñs ciuitatis, in qua moritur papa. Respondeo plura. Primo, ꝙ si papa mori/ tur in ciuitate in qua cum sua curia residebat, cardinales, qui fue rint in ciuitate ipsa presentes teneantur expectare absentes per. x. dies tantum, quibus elapsis siue absentes venerint siue non, ex tunc omnes conueniant in palatio in quo idem pontifex habita uit contẽti singuli vno seruitore clerico vel laico prout ellegerint. Illi aũt, qui manifesta necessitate coguntur possunt duos habe/ re seruitores, prout ellegerint siue clericos siue laicos. Scdo, ꝙ in eodeꝫ palatio vnũ conclaue nullo intermedio pariete seu alio velamine puta cortinaruꝫ omnes habitent in communi. Tertio, ꝙ dictum conclaue ita claudatur ex omni parte, ꝙ nullus illud intrare valeat, vel exire, nisi ꝙ relinquatur aditus ad secretã ca meram pro necessitatibus ipsorum cardinalium corporalibus, puta pro superfluo pondere deponendo ẜm Pe. C. de testa. l. an tiquitas. Quarto, ꝙ nullus possit ad eos accedere, vel secrete lo qui, ꝛ ipsi cardinales non debent tales audire, nisi aliquis vellet loqui aliquid de his que pertinent ad ellectioneꝫ, puta si esset ad uocatus iurisperitus, religiosus, vel tabellio, ẜm glo. qui de vo/ luntate omnium cardinalium ibi presentiuꝫ vocaretur. Quinto, ꝙ nulli liceat cardinalibus mittere nuntium, vel scripturam, vel secrete loqui, alias ipso facto sñiam excõicationis incurrit. Sex to, ꝙ in conclaui predicto vna fenestra competens dimittaẜ, per quam ipsis cardinalibus ad victum necessaria possint commo/ de ministrari, competens dico ẜm glo. ita quod per eam intrare vel exire nullus possit. Septimo, quod si.ꝭ. tres dies postquã con claue dicti cardinales intrauerint non fuerit facta ellectio pape per spacium quinq; dierum immediate sequentium tam in pran dio q̃ in cena non habeant nisi ferculuꝫ. Octauo, ꝙ si post istos quinq; dies adhuc non fuerit facta ellectio, tunc tantuꝫ ministre tur eis panis ꝛ vinum ꝛ aqua, donec sit facta ellectio. Nono, ꝙ pendente dicta ellectiõe cardinales nihil possint pcipere lucri de camera pape, nec aliud lucrum vndecunq; proueniens ipsi eccle sie, sed ille cui cõmissa est custodia camere pape dꝫ omnia lucra seruare futuro pontifici. Decimo, ꝙ si aliquid lucri de camera pape pendente ellectiõe percipiant, ex tunc sunt suspensi a perce ptione reddituum suorum beneficiorum quousq; hmõi lucra re stituant. Undecimo, ꝙ cardinales non debent se interim de alio negotio impedire, nisi forte superueniat adeo vrgens necessitas, ꝙ oporteret prouidere defendendo aliquã terrã ipsius ecclesie, vel nisi eueniret aliud tam euidens ꝛ tam graue periculuꝫ, ꝙ oẽs cardinales concorditer iudicarent prouidendum esse. Duodeci mo, ꝙ si aliquis cardinalium dictum conclaue nõ intrauerit.ꝭ.x. aut postq̃ intrauerit absq; manifesta causa infirmitatis exierit, tunc nõ possit vlterius ad ellectioneꝫ admitti. Tertiodecimo, ꝙ si aliquis ex cardinalibus infirmaretur põt sine eo ad ellectioneꝫ per alios procedi, ꝛ cessante infirmitate dꝫ admitti. Quartodeci mo, ꝙ si cardinales absentes infra terminum.x. dierum superue nerint anteq̃ ellectio facta sit intus admittantur ad ellectionem faciendam cum moderamine seruientium, ꝛ cum clausura, cibo, ꝛ potu sicut predictum est. Quintodecimo, ꝙ si papa moritur in comitatu siue in territorio illius ciuitatis, in qua erat cum sua cu ria, tunc cardinales in dicta ciuitate debent conuenire pro elle/ ctione facienda, nisi forte esset interdicta, vel rebellis romane ec clesie, quo casu in alia viciniori conueniant, que non sit rebellis, vel interdicta cum clausura ꝛ alijs modis supradictis. Iteꝫ no/ ta, ꝙ constitutio similis fuit facta per Celestinum, sed fuit reuo/ cata per Adrianum sine cõsensu concilij, quod facere potuit pa pa de plenitudine potestatis, cum sit super omnia concilia. extra de ellectionibus. c. significasti. quam Gre. confirmauit ẜm glos. Item nota ẜm gl. ꝙ est speciale in ellectione pape ꝙ cardinales absentes nõ citantur sed expectanẜ per decem dies, secus in alijs

5 ellectionibus. ¶ †Sed pone ꝙ cardinales quidã sunt absentes, ꝛ ita remoti ꝙ nullo modo possent venire.ꝭ. deceꝫ dies ad locum vbi dꝫ ellectio celebrari, nunquid poterũt presentes statim ad el lectionem procedere vel ante lapsum spacium horum decẽ die/ rum. Rñdet glo. ꝙ nõ. naꝫ posset esse ꝙ absentes audientes de infirmitate pape, vel alia causa venire ceperant ante mortem, ita ꝙ.ꝭ. decem dies a morte erunt in loco. Item pone ꝙ aliquis car dinalis non debito tẽpore expectatus vult agere de contemptu vtrum possit. Rñdet glo. ꝙ non si ellectio facta fuit ab omnibus

6 alijs vel a duabus partibus eo non computato. ¶ †Quero hic dicitur ꝙ presentes teneantur expectare absentes per. x. dies q̄ bus elapsis oẽs presentes debent ingredi ad ellectionem. Quid ergo si isti presentes essent pauciores q̃ tertia pars? Rñdet gl. ꝙ possunt eligere. nam illud quod dicitur ꝙ si ellectus a paucio ribus q̃ a duabus partibus cardinalium gerit se pro papa sit ex communicatus vt in. c. lꝫ de elec. intelligitur duabus partibus.

7 s. presentium. ¶ †Quero que sit necessitas qua cardinalis possit habere duos seruitores in conclaui. Rñdet glo. puta qꝛ poda/ gras hꝫ ita ꝙ necesse hꝫ per duos seruitores sustentari, vel por/

8 tari vel alia simili causa. ¶ †Quid si cardinalis propter infirmi tatem nolens inclusus stare renuntiat voci sue, nunquid valet renuntiatio, ꝛ nunquid rediens admittetur. Respondet glos. secundum Hostien. cui hoc de facto contigit, quod penitens, ꝛ rediens admittendus est, de his tamen que medio tempore

9 facta sunt conqueri non potest. ¶ † Quero pone quod absens
cardinalis venit post diē octauū post diem inclusure vel a die in
clusure, ita ꝙ cardinales inclusi tunc non habent nisi vinum &
aquam & panem vt dictum est, nunquid iste superueniens sta-
tim compellitur suscipere eorū vitā. Rñdet glo. quod sic, lz non
fuerit in culpa, qz sepe sine culpa quis punit̄ ex causa de re. iu. si-
10 ne culpa. ¶ † Quid si papa morit̄ in mari vbi debent conuenire
cardinales ad electionem. Rñdet gl. quod debent conuenire in
ciuitate per quam locus ille maris distinguit̄, puta si vocat̄ ma-
re pisanum debent conuenire pisis, si aūt non distinguit̄ per ali-
11 quam ciuitatem debent conuenire viciniori. ¶ † Quid si electio
12 pape sit facta in ciuitate interdicta. Rñdet gl. quod vz. ¶ † Itē
nota ṡm glo. quod cardinales tenentur eligere idoneum lz dica-
mus quod nulla exceptio admittitur contra electum a duabus
13 partibus vt. s̄. eo. c. lz. ¶ † Quid ergo si laicum illiteratum eli-
14 gant. glo. remittit ad notata in. c. si quis pecunia. lxxix. ¶ † Itez
nota cautelam adhibendam circa conclaue ṡm Pet. vt habeat
vnum accessum, & nullam medium parietem sine velamen. Me-
liorem cautellam adhibet iurisconsultus, cum mulierem dicentē
se pregnantem tempore partus iubet in conclaue poni, & caute
custodiri ne supponatur partus quem postea se peperisse dicat,
vt sic mariti consanguineos a successione excludat. l. j. §. de inspi-
ciendo. ff. de nō inspiciendo, vnde nota posse committi fraudem
propter velamen medium, quod facit ad questionem, quod si in-
ter testes & attestatorem est cortina in medio ita qđ audiunt vo-
cem eius sed non vident ꝙ nō vz testamentum nec depositio te-
stium deponentium de auditu & non de visu vt notat Cyn. in. l. si
non speciali. C. de testamentis & per Bar. in. l. sum. §. idez labeo
. ff. de aqua pluuia arcenda.

SVMMARIVM

1 Vocati ad dirigendas moniales ad viam ellectionis qui sint q
incurrere in excommunicationem possunt.
2 Mulieres religiose vocate ad dirigendas ellectiones monialiū
in excommunicationem incurrere possunt.

¶ De his q vocant̄ ad dirigēdas moniales in ellectiōibus. §. lij.

Circa hanc excommunicationē. s. de his qui vocant̄
ad dirigendas moniales in ellectiōibus
ab eis faciendis, nisi abstineant ab his per que inter eas posset
1 in ipsis ellectionibus oriri discordia vel orta nutriri. ¶ † Quero
qui sunt isti qui possunt incidere in hāc excōicationē. Rñdet gl.
puta religiosi consiliarij aduocati discreti viri qui vocantur ad
dirigendas moniales circa modum ellectionis ab ipsis faciēde.
2 ¶ † Sed quero qz hic dicitur hi quid si vocarentur mulieres re-
ligiose vel alie discrete an si contrafacerent inciderent excōica-
tionem. Rñdet glo. ꝙ sic. ¶ Item nota ꝙ hec pena hz locuz ne-
dum in his qui vocantur ad dirigendas moniales regularū ap-
probatarum in earum ellectionibus faciendis, sed ēt in his qui
vocant̄ ad dirigendas illas que non renunciant proprijs nec fa-
ciūt professionē regularē in vna de regulis approbatis sed viuūt
sicut canonici sclares i sclaribus ecclesijs nisi abstineāt a p̄dicis.

SVMMARIVM

1 Capitulum fundamenta de ellect. in. vj. quare factum fuerit ꝙ
nullus elligatur in senatorem rome.
2 Ellectus in senatorem quas patiatur penas.
3 Ciues romani qūo senatores & patrity esse possunt.

¶ De ellectoribus & ellectis ad regimen vrbis Rome
contra. c. fundamenta. §. liij.

Circa hanc excōicationē. s. de ellectoribus & elle-
ctis ad regimen vrbis Rome ꝯtra. c.
1 fundamenta de ellec. lib. vj. ¶ † Nota ꝙ in princi. dicti capituli
vsqz ad. §. proinde. ponitur ro quare facta fuit hec constitutio &
excōicatio. s. ꝙ nullus notabilis preeminentie ptātis & dignita-
tis elligatur in senatorem. s. ne cum sua potentia possit sibi dictā
vrbem vsurpare & subiugare ecclesiam & Romanum pontificē.
sicut fecit Coradinus qui de venenosa radice Federici quondā
Romani imperatoris colubri tortuosi iusto ecclesie iudicio re-
probati prodysse videbatur in regulum, quiqz ad exterminium
Romane ecclesie manifestis iudicys vna cum suis fautoribus
aspirabat. Secundo statuitur ꝙ nullus inferioris dignitatis a
predictis elligatur vltra annum in senatorem ne habeat causam
acquirendi in ea potentiam & principatum quo velit postea sibi
2 eius dominium subiugare. ¶ † Nota ēt penas qz. Primo, elle-
ctio est nulla. Secundo, incurrunt excommunicationem tam elle-
ctores q̄z ellecti cum dantibus eis auxilium consilium vel fauo-
rem. Tertio ꝙ si tales ellecti se immisceant vel consentiant elle-
ctioni sunt priuati vna cum suis posteris omnibus feudis pri-
uilegijs libertatibus immunitatibus gratijs & honoribus, que
tenent ab ecclesia Romana vel ab alijs ecclesijs, & reuertātur ad
ipsas ecclesias, a quibus tenebant. Quarto, ꝙ omnia facta ab
istis in dicto officio sint nulla. Quinto, ꝙ iudices & tabelliones
qui auctoritatez tali ellectioni interposuerint vel instrumenta cō
fecerint, sint priuati dignitate & officio suo. Sexto, ꝙ nō possunt
absolui a dicta excōmunicatione nisi per Romanum pontificez
3 vel de eius licentia speciali. ¶ † Item nota ꝙ ciues romani pos
sunt esse senatores vel patricij vrbis rome, dummodo non vltra
annum, ēt si fuerint fratres vel nepotes vel filij dictorum princi-
pum vel ēt si habuerint dignitatem vel titulum comitatus baro
nie vel alterius tituli, dummodo dicta potentia sit extra territo-
rium Rome nisi esset multum notabilis & excellens potentia ad
quam ratio huius constitutionis possit merito extendi.

SVMMARIVM

1 Doctores vel scholares locantes ante finitam locationem an
sint excommunicati.
2 Cap. ex rescript. de locat. an constringat locatorem ad locandū
in secundo anno.
3 Cap. predictum an vbiqz seruandum sit.
4 Cap. predictum vbi publicari debeat.
5 Cap. predictum an sit canon late sententie.
6 Et an extendatur ad scriptores.

¶ De magistris & scholaribus bononiensibus condu-
centibus hospitia ante tempus. §. liiij.

Circa hanc excommunicationem de magistris, &
scholaribus bononie qui ante tēpus
conductionis conducunt aliorum magistrorum vel scholarium
1 hospitia sine ipsorum consensu. ¶ † Quero an locatores incidāt
excommunicationem qz solum videtur dicere de cōducentibus.
Respondet Anto. de bu. ꝙ doctores cōmuniter tenent ꝙ ligen
tur qz participant in delicto pro quo conductor est excōmunica
tus qz iste non conduceret nisi locaretur. vnde per regulam. c. si
concubine. est excommunicatus locator. Sed videtur ꝙ hec cō
stitutio contineat iniquitatem, si non est licitum interpellare loca
torem vt locet ante tempus finitum iam erit aperta via ad elu-
dendum locatorem, qz si expectabit tempus poterit esse ꝙ rece-
det ille qui ibi habitat & tunc si remanebit vacua dicit Joā. and.
imaginandum esse ꝙ erat certum tempus in medio locationis
quod erat determinatum ṡm consuetudinem ad interpellanduz
locatores, vt hic in bononia in medio augusti, modo ante istud
tempus locationis faciende, non dico facte non erat licitum in-
terpellare post hoc tempus sic & hoc voluit hec decretalis.
2 ¶ † Quero an hec constitutio astringat locatorem ad locanduz
secundo anno. Respondet Anto. de but. ṡm Hostien. ꝙ nō dū
modo locet elapso tempore conductionis secundum ꝙ declarat
Joan. and. aut facere non potest sine consensu inquilini. hec au-
tem constitutio nihil dicit de necessitate locandi in secundo an-
no. Dicit tamen Gofredus ꝙ si nouus inquilinus vult pro eo-
dem pretio quo antiquus est preferendus antiquus, sicut dici-
mus in locatione prediorum fiscalium Ant. de but. dicit ꝙ hoc
de iure non est determinatum ꝙ quis cogatur locare in secundo
anno saluo q̄z in predijs fiscalibus. Est tamen verum ꝙ ex qua-
dam vrbanitate potius deberet antiquo q̄z nouo locare & quasi
dicitur facere iniuriam lato sumpto vocabulo si omisso antiquo
locat nouo pro eodem pretio, sicut dicitur in emphiteota vt no-
tatur. l. j. de priuile. credi.
3 ¶ † Quero an hec constitutio in alijs scholaribus sit seruanda si-
cut bononie ita ꝙ sit seruāda generaliter in quolibet studio. Ho
stien. dicit ꝙ sic. qz alias frustratorie fuisset hic posita. qz suffecis
set constitutio legati. Item qz olim erat in suprascriptione epi-
scopo bononie quod est remotum ergo papa voluit esse consti-
tutionem generalem. Item qz eadem est ratio. igitur in omni-
bus debet esse idem ius. l. actio de verb. obli. & de ꝯse. translato.
Item

Item q̄ sit generalis p3 q2 est clausa in corpore iuris, licet de bo nonia loquatur. vt institutione de iure natura. gent. ꝛ ciui. §. sed quod principi. Item quia fundata est super bono publico ꝛ cōmuni. Tamen communiter doctores tenent oppositum. Item dicit Jo. an. q̄ est localis, vt patet ex verbis ipsius constitutionis. ꝛ hoc dicit An. de bu. tenendum sc3 q̄ sit localis solum bo
4 nonie seruanda ꝛ nō generalis. ¶ † Quero an sufficiat episcopo bononie facere legi per scholas. Respōdet An. de bu. q̄ non q2 est communis audiētia omnium scholarium, debēt ergo in gene
5 rali congregatione scholariū publicari de quo nihil fit. ¶ † Quero an hec constitutio sit ferenda vel late sentētie. Respōdet An.
6 de but. q̄ est late. ¶ † Quero an hec constitutio extendatur ad scriptores. Respondet An. de bu. quod credit q̄ non. q2 hec cōstitutio est penalis, ideo non d3 extendi. Item q2 in scriptura appellatione scholaris non continetur scriptor.

SVMMARIVM

1 Participans cum excommunicato a papa in diuinis, vt sit excommunicatus que requirantur.

¶ De participante cum excōmunicato a papa in diuinis. §. lv.

Circa hanc excommunicationem. s. de participante cum excommunicato a papa in diuinis.
1 ¶ † Nota qd ad hoc vt hanc excommunicationē3 incurrat talis participans quinq3 requiruntur ſm An. de bu. Primo, qd participans sit clericus. Secundo, quod participans sciat ex certa scientia. Tertio, q̄ sponte. Quarto, quod excommunicatio sit papalis. Quinto, q̄ communicatio sit in diuinis. Et ita t3 Ant. de bu. quod in omnibus istis concurrentibus participans in diuinis sit excōicatus, ꝛ ideo facit pulchram distinctione3 dicens. Tu dic quod participans cum illo qui est excōicatus cum participantibus incurrit maiorem excōicationem. idem de communicante in crimine pro quo est excōicatus. s. q2 incurrit maiorē excommunicationem. idem de cōicante in diuinis oibus illis qnq3 concurrentibus de quibus predixi que hic in textu enumerant. Concordat Hosti. Jo. tamen tenuit quod cōicans excommunicato in diuinis non distinguendo inter papam ꝛ alios, incurrat maiorem, secus si cōmunicat in alijs quam in diuinis, puta comedendo loquendo, dormiendo. ita notatur. ij. q. iij. c. si quis episcopus in concilio. Item nota textum de verbo ad verbum, vt discernere possis opinionum diuersitatem qui dicit significauit nobis ꝛc. Uerum clericos qui scienter, ꝛ sponte participauerūt excommunicatis a nobis, ꝛ ipsos in officijs receperunt, eadem excommunicationis sententia nō dubitamus inuolui, quos ēt pro absolutionis beneficio habendo ad nos volumus cum literaru3 tuarum insinuatione remitti. Ric. in. iiij. dist. xviij. ar. vj. q. ij. vna cum Hosti. t3 q̄ scienter participans in diuinis cum excommunicato a papa nominatim incurrit eandem sententiam.

SVMMARIVM

1 Participans cum excommunicato a quocunq3 in crimine, quādo maiorem excommunicationem incurrat.
2 Quid in participante in locutione oratione ꝛ dormitione.
3 Consilium qñō quis dicat dare in crimine participando.

¶ De participāte cum excommunicato nedum a papa sed a quocunq3 in crimine. §. lvj.

Circa hanc excōicationem de participante cum excommunicato nedum a papa, sed a quocunq3 in crimine propter quod est excōicatus incurrit excōica
1 tionem maiorem. ¶ † Nota ſm An. de bu. in. d. c. si concubine. q̄ hoc intelligitur post latā sniam. s. quando participat excōicato post latam snia3 secus si ante ꝛ hoc in excōicationibus ab homine, secus a canone, cum ia3 sit lata snia tpe facte constitutiōis.
2 ¶ † Sed quid si participat in locutione, oratione, dormitione, ꝛ
3 similia, dic q̄ incurrit maiorem. vt in. d. c. nuper. ¶ † Item nota ſm Anto. de bu. in. d. c. nuper q̄ illud quod dr̄ quod participās excommunicato in crimine, dando ei consiliu3 auxilium ꝛc. intelligitur de consilio directe dato ad crimen ꝑpter quod agens est excōicatus, puta datur consilium ad clericum verberandum, secus si daretur in facto pro quo talis excōicatus nō fuisset. Item dicit q̄ si ego do tibi auxilium consiliū ꝛ fauorem principalr̄ pro delicto pro quo tu nō incurrebas excōicatione3, q̄ꝗ̄ pp hoc in quandam q̄ntiam delictum cōmittas pp quod incurras excōicationem, non propterea ego incido excommunicationem. Exemplum ego presto tibi auxilium consilium, ꝛ fauorem, vt aggrediaris quendam laicum, ꝛ illum offendas, tu vadis, ꝛ illo aggresso nedum laicum, sed ꝛ clericum offendis, modo q̄ꝗ̄ tu sis excommunicatus, certe nō ego, q2 meum consilium directe non intendebat ad percussionem clerici. idem esset si darem consilium, vt aliquam rem auferres, certe si in ablatione ipsius offenderes clericum non essem excommunicatus, q2 meum consilium non fuit directum ad hoc. ꝛ sic p3 q̄ quo ad hoc vt participans criminoso in crimine incidat excommunicatione3, necesse est q̄ directe participet in illo crimine ex quo committens incurrit excommunicationem. Possunt etiā intelligi predicta prout sentiunt doctores quando non participatur in crimine damnato, sed damnando, q̄ tunc participans in tali delicto nō sit excommunicatus. Exēplum prebeo tibi consilium in tali crimine propter quod tu committens non incurris excōicationem ipso iure, sed bene propter tale delictum potes excōicari. modo si postmodum excommuniceris, nunquid ego qui prebeo consilium in predicto crimine ero excōicatus, certe non. q2 auxilium non fuerat prestitum directe super facto damnato, vt incurreretur excōicatio, q2 requirit iste textus in. c. nuper, q̄. s. factum sit damnatum ꝛ non damnandū. Item hic videtur tenere Anto. de but. ꝛ Inno. q̄ in ista participatione dando consilium auxilium ꝛ fauorem non distinguit̄ an alias esset facturus vel nō, q2 ſm q̄ dicit glo. nō refert an de bono malum, vel de malo pessimum quis efficiat. ff. de ser. co. lib. j. §. qui igitur de hac materia habetur in regula iuris. nullus ex consilio lib. vj. ꝛ ibi dicit Jo. an. tamen ibi dicit quo ad pene quātitatem placet sibi illa distinctio per ea que habent̄ in. c. sicut dignū de homicidio. Bar. idē in. l. nō. §. si manifesto. ff. de iniurijs.

SVMMARIVM

1 Conseruatores de manifestis iniurijs cognoscere possunt.
2 Conseruatores qui dicantur.
Conseruatores quare dentur.
3 Conseruator recipit probationes si offensa neget̄ notoria.
4 Conseruator an possit punire iniuriam inferendam.
5 Conseruatores excommunicati sunt si per ignorantiam iuris se intromittant nisi de iniurijs manifestis.
6 Conseruantes aliter q̄ꝗ̄ de iniurijs manifestis impedientes a beneficijs suspensi sunt.
7 Conseruatores an possint per alium q̄ꝗ̄ per papam dari.

¶ De his qui procurant q̄ conseruatores dati se intromittant de his que eis non licet. §. lvij.

Circa hanc excommunicationem. s. de his qui procurant q̄ conseruatores dati se intromit
1 tant de his que eis non licet. ¶ † Nota q̄ conseruatores quandoq3 dantur a papa, ꝛ possunt solum cognoscere de manifestis iniurijs. vt in dicto. c. j. de offi. delega. vnde si de alijs quā de manifestis iniurijs se intromittant scienter, seu ad alia que iudicialē indaginem exigunt suam extēderint potestatem, eo ipso per vnū annum ab officio sunt suspensi. Pars vero que hoc procurat sententiam excommunicationis incurrit, a qua non potest absolui nisi ei quem sic fatigauit indebite primo satisfaciat integrali
2 ter de expensis. vt in. c. fi. eo. titu. ¶ † Quero qui dicantur conseruatores. Respondet glo. dicto. c. j. q̄ conseruatores possunt dici episcopi, qui habent conseruare, ꝛ defendere viduas, pupillos, ꝛ orphanos ab oppressionibus ꝛ iniurijs. extra de foro competen. c. ex parte ꝛ. c. ex tenore. lxxxvij. distinc. c. j. ꝛ. ij. vicesimasexta questio. v. administratores. Et scire debes q̄ isti conseruatores interdum dantur vt aliquos defendant contra latrones vel predones, interdum contra eos qui eorum priuilegia cōfringunt vt ea faciant obseruari priuilegiatis, interdum latius vt defendant ab iniurijs, ꝛ offensis. ꝛ in nullo dictorum casuum habent iudicialem indaginem, idest non possunt procedere per viā iudicij vt dicto. c. fi. De manifestis ergo solum habent cognoscere, ꝛ intelligere manifesta illa que notoria sunt, ꝛ ita patientia q̄ nulla probabili tergiuersatione celari possunt. vt de verbo. significa. c. ex parte. ꝛ. c. vltimo. de cohabi. cleri. ꝛ mulierum.
3 ¶ † Sed quid si negetur offensa notoria. Negatione enim videtur res fieri dubia. C. quibus ad libertatem proclamare non l3. l. iij. Dic q̄ bene probationes recipiet conseruator, scilicet an

factum sit notorium vt sic videat an sua sit iurisdictio. ff. de iudici. l. si quis ex aliena. et de rescripti. capi. super literis, alias enim istorum officium esset inutile, et si inueniet factum notorium procedet alias desistet. Non enim habet potestatem defendendi simpliciter iniuriam, sed qualificatam notoriam, Sic ergo conseruator habet vocare reum et si confiteatur factum bene quidem, et si negatur super notorio probationes recipiet. Si autem confiteatur factum sed dicit se illud suo iure fecisse. dicunt quidem quod vlterius se intromittere non debet. Alij contra dicentes quod probationes recipiet super notoria offensa. ad hoc in. c. bon. de elec. alias facile esset conseruatorum officium deludere vnde si videatur conseruatori probabilis negatio non procedat, alias puniat
4 sicut notorium. ¶ † Quero an conseruator nedum offensas iam
5 possit punire, sed et inferendas. Respondet glo. quod sic. ¶ † Quero quia in. c. fi. dicitur scienter se intromittant nisi de manifestis iniurijs, quid ergo si per ignorantiam iuris hoc faciunt, vel per ignorantiam crassam vel affectatam. Respondet glo. quod excommunicationem incidunt de re. iu. ignorantia de tempo. or. eos. de clande.
6 despon. c. j. ¶ † Quero quia hic dicitur quod si isti conseruatores se intromittant preter quam de manifestis iniurijs sunt suspensi ab officio, nunquid etiam a beneficio. Respondet glo. quod sic. quia est
7 eius sequella. xxxij. di. c. preter. lxxxj. di. c. si qui. ¶ † Quero vtrum alius quam papa possit dare istos conseruatores. Respondet Pe. de ancha. secundum Jo. an. in nouella quod etiam legatus potest cum sit ordinarius de of. le. c. ij. si potest per se ergo per alium vt in regula potest quis li. vj. Et ita refert de facto fecisse quendam legatum. Ex qua ratione sequitur quod quilibet ordinarius posset in sua dyocesi tales conseruatores creare secundum Jo. an. infra eo. c. fi. super verbo dietam, Allegat tamen aliqua iura ciuilia, que prohibent hoc fieri scilicet loci conseruatores constitui vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. §. nulli quoque iudici. et §. interdicimus col. ij. et de manda. princi. §. eos autem. col. iij. et in auten. vt nulli iudici liceat habere loci conseruatores in prin. col. ix. nam vt dicit tex. in dicto. §. interdicimus. magis isti conseruatores erant fures et violenti quam illi quos a talibus cohibere debebant. Ex qua ratione et alijs concludit Jo. an. in verbo dietam quod equum est consentire et concludere tales conseruatores per solos romanos pontifices dari posse quod probat. c. j. de off. dele. dum dicit concedimus. et c. fi. infra. eo. vbi a sede apostolica conceditur et ad hoc prestat argumentum de off. or. c. j. versi. nec pro eo. li. vj.

SVMMARIVM

1 Excocatio quare fuerit facta contra eos qui fingunt casum ob quem iudex ad mulieres vadat.
2 Mulieres sponte possunt si volunt ire ad ferendum testimonium.
3 Mater vti nutrix filiorum in iudicio per se esse potest.
4 Procurator vel pars fingens casum in quo mulier est testis vt ad eam vadat iudex excommunicatus est.
5 Fingens casum quod in quo iudex eat ad mulierem non est excommunicatus nisi iudex ad eam vadat vel mittat.

¶ De eo qui fingit aliquem casum propter quem aliquis iudex vadat vel mittat ad aliquam mulierem pro testimonio. §. lviij.

Circa hanc excommunicationem scilicet de eo qui fingit aliquem casum propter quem aliquis iudex vadat vel mittat ad aliquam mulierem pro testimonio.
1 ¶ † Nota rationem quare fuit facta hec excommunicatio posita in principio tex. quia non conuenit mulieres euagari super palatia nec virorum cetibus commisceri. Et glo. addit quod periculosa est sexuum commixtio. xviij. q. j. diffinimus. Et ideo hic prohibet papa, quod mulieres non debeant personaliter ad iudicium conuocari, vel inuite trahi causa ferendi testimonium, nec auctoritate literarum apostolicarum, vel legatorum ipsius, vel alia quacunque, sed cum necessarium fuerit testimonium earundem, iudex expensis partis cui incumbit probatio transmittat ad eas tabelliones vel aliam personam idoneam, puta secundum glo. presbyterum vel alium virum honestum coram quo iurent, et ibi erit tabellio et citabitur pars aduersa, vel si casus occurreret, quod iure prohibente receptio testium alteri non posset committi, tunc iudex debet personaliter ad eas accedere, vel si iudex sit persona notabilis, puta episcopus quem per reuerentiam episcopalis dignitatis ad mulieres accedere non decet,
2 tunc et debent mittere. ¶ † Item nota secundum glo. in eo quod dicit inuitas trahi. quod si volentes ire volunt, et non coacte ad testimonium ferendum non incurritur hec pena. Et in hoc autem differunt religiose de quibus statim infra, quia etiam si vellent ire ad iudicium non possunt.
3 ¶ † Quid de matre nutrice filiorum. Respondet Pe. de anch. credo quod per seipsam possit si voluerit in iudicio esse postquam enim tutella sibi defertur a lege tanquam legitimam administrationem habens potest rem in iudicium deducere de appel. c. sua nobis. ¶ Querit Jo. and. vtrum hec pena habeat locum in iudice lai-
4 co. Respondet quod sic. ¶ † Item nota secundum eum quod si quis procurator vel pars nominat aliquam mulierem in testem, vel fingit casum aliquem dicendo talem esse suum debitorem in centum, de qua re testis est talis mulier, et hoc facit ad hunc finem vt iudex vadat vel mittat ad eam pro testimonio excommunicatus est.
5 ¶ † Quero an eo ipso quod quis fingit contra istam constitutionem sit excommunicatus. Respondet Jo. and. quod non immo expedit quod iudex produxerit eam ad effectum eundo vel mittendo ad eam quia verba sunt intelligenda cum effectu vt in. c. relatum de cle. non res.

SVMMARIVM

1 Verbum commode quomodo intelligatur.
2 Impedimentum iustum dicitur imminens mortis periculum.
3 Absolutio que fit ob iustum impedimentum an possit ab alio fieri quam ab eo qui debet, et quando locum habeat.
4 Satisfacere debet is qui ab excommunicatione absoluitur iuxta suas facultates.
5 Legati an possint absoluere inicientes manus in clericum, si lesio enormis est.
6 Legati an possint absoluere in casibus pape reseruatis.
7 Excommunicatus qui est excusatus ob aliquod impedimentum ire romam ad petendum absolutionem, an procuratorem mittere possit.

¶ De eo qui absolutus fuit in articulo mortis, vt adueniente sanitate representet se. §. lix.

Circa hanc excommunicationem, scilicet de eo qui absolutus fuit in articulo mortis vel alio impedimento si adueniente sanitate vel alio impedimento cessante non se presentat cum commode poterit reincidit in eandem.
1 ¶ † Quero quomodo intelligitur illud commode. Vide supra excommunicatio. ij. §. xxxv. Nota etiam hic glo. enumerantem omnes casus excommunicationum positos in hoc libro. vj.
2 ¶ † Item nota quod propter iustum impedimentum potest quis absolui ab alio quam ab eo a quo de iure fuerat absoluendus. Imminens autem periculum mortis dicitur iustum impedimentum et si immineat aliter quam per infirmitatem, puta timet hostem capitalem vel est obsessus vel in manibus predonis vel tyranni, vel est nauigaturus periculoso nauigio, vel patitur naufragium, vel iturus est per loca periculosa. ff. de dona. causa mortis. l. iij. cum. l. se.
3 ¶ † Sed hic queritur vtrum illa absolutio que conceditur propter iustum impedimentum potest fieri ab alio quam ab eo qui debet, an habeat locum in excommunicatis alia ratione contracta aliter quam per iniectionem manuum. Respondet Pet. de ancha. secundum Innocen. quod habet locum solum in excommunicatis propter manuum iniectionem, sed si alias sit excommunicatus a iudice vel a iure licet absolui possit in mortis articulo. argu. de sententia excommunicatio. c. a nobis. ij. in fi. tamen in alijs casibus qui ponuntur in. c. quamuis de sententia excommunicatio. non habet locum sed tantum ab excommunicatore vel ab illo ad quem spectat absoluendi sunt, et ita notatur supra. c. quamuis in nouella. Sed hic in nouella Joan. an. dicit quod iste textus facit contra istam opinionem dum dicit ab alio absoluuntur et supra generaliter dixit ab homine vel a iure et sic de alia etiam excommunicatione quam de illa que per manuum iniectionem infligitur locum habet illa absolutio propter iustum impedimentum proueniens ex multis causis vt dicto. c. ea noscitur et. c. quamuis et. c. quod de his.
4 ¶ † Item nota quod quando quis absoluitur ab excommunicatione debet satisfacere quod intellige iuxta proprias facultates et per hoc infert Archidia. facultates ecclesie quas ad vsum habet clericus ad hoc non teneri. xvj. questio. vj. §. fina. pro hoc facit cle. volentes. §. j. de here. et de appella. c. reprehensibilis vide
5 quod notatur de prebendis. c. de multa. iiij. glo. ¶ † Querit Joan. and. in nouella vtrum legati de latere possint absoluere inicientes manus in clericum si lesio sit enormis refert hic Archi. tenere quod sic dicit Pet. de an. Aduerte quia supersunt opiniones de quibus in nouella. et eo ad eminentiam, et finaliter tenet quod possit in atroci siue graui delicto puta mutilatione, ossis fractione, et homicidio

micidio ⁊ filia. Jo. an.ibi dicit ꝙ vidit aliquos legatos absoluē
tes ⁊ aliquos abstinentes.de iure tamen credit ꝙ possunt,qꝛ iu-
ra que eis tribuunt istam potestatem generaliter loquuntur.⁊ iu
ra que excipiunt atrocem loquuntur non in legatis sed in inferio
6 ribus,⁊ hoc tenere expedit saluti aiarū ſm eū. ¶† Querit ēt in
nouella vtrū in alijs casibus reseruatis pape pñt legati absolue-
re.Rñdet ꝙ nō nisi i casu reseruato p manuū iniectionē naꝫ iste
casus incepit eis competere de consuetudine postea approbata
p.c.ꝙ translationē de offi.leg. vnde excōicatos noiatim a papa
vel ab eius delegato nō posset absoluere de offi.leg.c. studuisti ⁊
de offi.or.c. pastoralis hoc verū nisi sup hoc habeat spāle man-
datū super quo sibi nō credetur nisi ostendat ꝙ si perdiderit pro
bet amissionē ⁊ tenorē.Sufficit tñ ꝙ semel fuerit publicatus,ad
hoc de māda.prin.l.j.de priuile.c.cū olim.C. de testa.l.publica-
7 ti.extra de fi.instru.si instra. ¶† Quero cū textus excuset excōi-
catū ab accessu Romā pp impedimentuꝫ, alias infert ꝙ teneat
se psonaliter presentare p absolutione obtinenda sed an talē ab
solutionē posset quis petere p pcuratorē Inno. Rñdet ꝙ sic ex
iusta cā aliter nō Hosti.tꝫ ꝯriū, dicit.n. ꝙ nullo mō pōt peti ab-
solutio p pcuratorē.Requirit.n. contritionē ⁊ cōfessionē excōi-
cati.ij.q.iij.cū aliquis ⁊ certā formā ⁊ solēnitatē ⁊ introductionē
in ecclesia ⁊ manus impositionē ⁊ recōciliationē anteq̄ꝫ nō est ei
cōicandū.xxiiij.q.iij.notādū. Tñ ꝯriū seruatur in curia vt notat
Specu.in ti.de pcura.§.j.ver.Itē opponit. Immo si hꝫ specia-
le mandatū petendi absolutionē vr̄ posse vitare lꝫ ad hoc nō ha
beat speciale mādatū,de hoc in Spec.in ti.de iuramēto calūnie
§.restat ver.quid ergo. A snia vero interdicti ⁊ suspēsionis pōt
peti absolutio per procuratorē,qꝛ nō solennitatē forme nec recō
ciliationem desiderat,⁊ in hoc omnes concordāt, ⁊ hec notant
supra.eo.cum desideres in nouella.

SVMMARIVM

2 Usurarij compelluntur ad producendum in iudicio libros ratio
num ⁊ nume.seq.
3 Usurarius per excōicationem libros edere compellitur.
4 Usurarius si dicat libros perdidisse an stetur eius iuramento.
5 Usurarius si in libro rationes non scribit sed in cedulis quas so
lutis vsuris lacerat statur iuramento heredis sui nō vsurarij.
6 Juramentum factum super statuto iniquo seruandum non est.
7 Statutum Bergomi non vꝫ ꝙ repetentes vsuras in foro eccle-
siastico cogantur per potestatem mutuare tantam pecuniam
tanto tempore quanto vsurarij pecuniam tenuere.
Statuentes ꝙ nullus recipiat pro vsura nisi duos denarios pro
libra in mense non sunt excommunicati.

¶ De rectoribus ciuitatum qui faciunt statuta per que
quis compellatur soluere vsuras.§.lx.

Circa hanc excōicationē.s. de rectoribus ciuitatum
qui faciunt statuta per que quis cōpella
tur soluere vsuras vel solutas non repetere. Nota ꝙ paria sunt
aliquid facere per viā directam.s.impedire repetitionē vsuraruꝫ
vel vtendo super his diuersis coloribus ⁊ fraudibus exquisitis
2 ad hoc vt excōicationem incurrant. ¶† Item nota in ver.cete-
rū.ꝙ feneratores sic vt plurimū ꝯctus vsurarios occulte ineunt
⁊ dolose ꝙ vix conuinci pñt de vsuraria prauitate,iō debent cō-
pelli ad exhibendū ⁊ producendū in iudicio libros rationuꝫ per
censurā ecclesiasticam per quorū inspectionem discerni possit,an
sit vsura quibus libris creditur ꝯ ipsos vsurarios nō pro eis, vt
hic in glo.C.de pbationibus.l.instra.⁊ notat.ff.de eden.l.j.§.nu
2 mularios. ¶† Item nota ꝙ iste est vnus specialis casus p banc
constitutionem in quo quis cōpellitur producere rationes cōtra
3 se,nam ante hanc constitutionē non fiebat. ¶† Item nota ꝙ dꝫ
compelli per censuram ecclesiasticā producere libros.i. per sen-
tentiam excōmunicationis suspensionis, ⁊ interdicti ſꝫ ꝙ discre
tus iudex viderit expedire. Nam in appellatione ecclesiastice cē
sure hec tria continētur vt in.c.querenti. de verbo. signifi. Non
vult ergo hec constitutio ſm glo.ipso inuito domū ipsius ingre-
di vel archam ipsius frangi, ⁊ qꝛ hanc censuram lꝫ non directe
tamen indirecte ꝯ iudeos non exerceat ecclesia.s.priuando com
munione fidelium, tamen satis vr̄ ꝙ ēt in iudeis haberet locum
si per seculares principes tales libros edere non cogantur.Con
4 cor. Paulus Synus ⁊ Joan.de ligna. ¶† Quid si dicat vsura
rius vel heres se non habere rationes vel se illas perdidisse, nun
quid stabitur sacramēto suo? Respondet glo. ꝙ nō.nisi probet
ꝙ amisit ⁊ probat causam quo amisit,puta probat incendiū quo
fuerunt succense,vel ruinam vel naufragiuꝫ,quo fuerunt submer
se.ff.de eden.l.si quis ex argentarijs in fi.⁊.l.fi. de fi.instrumēto-
5 rum.⁊ hoc ſm di.fit pter fraudes quas committunt. ¶† Sed
quid si cognosco vsurariū qui non scripsit rationes in libro , sed
in cedulis quas statim dilacerat solutis debitis ⁊ vsuris. Respō
det glo. ꝙ si tali succederet heres non vsurarius sed alius fide di
gnus satis vr̄ stare iuramento suo si huic rei fama consentit.
6 ¶† Item nota hic iuncta glo. in iuramento. ꝙ iuramentum fa-
ctum sup seruando iniquo statuto non vꝫ sicut hic pꝫ.Si quis iu
rat hic seruare statuta super vsuris soluendis vel non repetēdis
7 facta. ¶† Quero quid de statuto quod est Bergomi ꝙ repeten
tes vsuras in foro ecclesiastico per potestatē cogantur mutuare
vsurario tantam pecuniam tanto tēpore quanto tempore tenue
runt pecuniam vsurarij. Respondet glo. ꝙ hoc statutum nō vꝫ.
Addit Paulus ꝙ incidunt hoc statuentes in excōicationē ibi.
¶ Quid si faciat statutum ꝙ nullus recipiat pro vsura nisi duos
denarios pro libra in mense. Respondet glo. ꝙ tales sic statuen-
tes non sunt excommunicati. Concor. Paulus.

SVMMARIVM

1 Percutiens clericos in quot casibus sit excommunicatus.

¶ Excommunicatio tertia.s.percutientium clericos.s.in
quot casibus percutiens sit excommunicatus.§.lxj.

1 Percutiens † clericum vel religiosum conuersuꝫ
vel nouitiū religionis approbate est
excōicatus excōicatione papali.xvij.q.iiij.Si quis suadente.ex-
tra de senten.excom. Non dubium. ⁊ eo.tit. religioso.lib.vj.Et
hoc si percussio sit enormis.
¶ Quicunqꝫ detinet eum in custodia publica vel priuata absqꝫ
alia corporis lesiōe vel intrudit in vincula vt in.c.nup.de sen.ex.
¶ Abbas vel prior etiam causa correctionis clericuꝫ vel mona
chum per laicum verberari faciens est excommunicatus taꝫ pre
cipiens q̄ꝫ verberans si aliter sit corrigibilis . extra de sententijs
excommunicationum.c.Uniuersitatis.
¶ Non defendens clericum cum ad eius officium pertinet , qꝛ
fauere videtur qui cum possit manifesto facinori desinit obuiare
de sen.excom.quante.xxiij.q.v.administratores.
¶ Uerberans clericum qui nolens satisfacere sponte se subijcit
verberibus de sen.excom.contingit.
¶ Prelatus magister dominus vel consanguineus ex proposi-
to ⁊ animo irato multum excedens in percussione clerici.
¶ Qui libidine vindicte repercutit clericum ludentem lꝫ graui-
ter percutientem.extra de sent.excom.c.veniens ⁊.c.j.
¶ Qui spuit vel aliquid effundit super clericū aut claudit ei ho
stium vel ponit custodes ad capiendum eū, si de domo exeat vel
ei equitanti capit habenas equi vel rumpit cingulum selle vel mi
nis ⁊ terroribus restare eum facit in loco vel quasi captum facit
ad iudicem ire de sent.excom Cum desideres.
¶ Qui rem coherentem clerico aufert aut rem de manu eius ar
ripit aut vestes quibus indutus est scindit.
¶ Qui arestat vel aufert rem clerico postquam ipse peruenerit
ad locum suum ⁊ adeptus fuerit plene possessionem illius.
¶ Qui ordinat cum vxore sua vt clericum inuitet ad turpitudi-
nem si postea percutiunt sunt ambo excommunicati.
¶ Mulier que percutit clericum inuitantem eam ad turpitudi-
nem si solum verbis impetat,secus si in facto.
¶ Qui persequitur clericum ⁊ ipse quasi coactus proijcit se in
aquam vel ad periculum vt euadat.
¶ Si quis animo iniuriandi capit clericum per capillos dicens
nisi esses clericus percuterem te.
¶ Mandans clericum verberare si sequitur effectus tam man
dans q̄ꝫ verberans est excommunicatus. extra de sententijs ex-
communicationum mulieres.§.fi.
¶ Qui ratam habet percussionem clerici eius nomine factaꝫ de
senten.excom.Cum quis.
¶ Qui procurando dixit ꝙ libenter vellet vindicari de tali cle-
rico si propter hec verba quis verberet illum lꝫ nō nomine eius.

FINIS

Tractatus de Excommunicatione domini Nicolai Plouij.

SVMMARIVM

1 Forum in ecclesia duplex reperitur.
2 Prelatus ecclesie intelligitur quandoqꝫ per nomen ecclesie.
Christus ꝛ apostoli iurisdictionem vniformiter exercuerunt.
3 Petrus apl'e Ananiã ꝛ Sapphirã publice ad mortẽ dãnauit.
Paulus aliquos sathane tradidisse, id est excõicasse legitur.
4 Joannes euangelista Cherinthum hereticũ publice excõmunicatum vitari precepit.
5 Excõicatio dr̃ separatio a qualibꝫ cõione licita ꝛ actu legitimo.
Excommunicatio est separatio a deo.
6 Excommunicationis due sunt species.
7 Excommunicatorum quatuor sunt genera.
8 Excõmunicationis sententiaꝫ quinquaginta casibus quis incurrere potest ipso facto.
Excõmunicatus est ipso facto qui in heresim damnataꝫ incidit.
Romanam ecclesiam asserens non esse caput omnium est ipso facto excommunicatus.
9 Rectores ciuitatum ipso facto sunt extommunicati indebitas exactiones in clericos facientes.
Clerici omnes personatus habentes ipso facto excõmunicãtur leges aut physicam audientes.
10 Statuta contra libertatem ecclesie condentes ipso facto excommunicationis innodantur sententia.
Rectores ad regimen vrbis romane electi facientes contra cõstitutionem super hoc factam sunt ipso facto excommunicati.
11 Procurantes dari conseruatores ꝛ se immiscentes illicitis ipso facto ligantur sententia excõmunicationis.
Cogẽtes ecclesiasticos submitti laicis sunt ipso facto excõicati.
12 Pedagium ab ecclesiasticis exigentes excõicantur ipso facto.
Domini inhibentes subditis suis ne aliquid vendant ecclesiasticis ipso facto innodantur sententia excõmunicationis.
13 Religiosi habitũ religionis deponẽtes excõicati sũt ipso facto.
14 Sepelientes hereticos aut eorum fautores ꝛ receptatores sunt ipso facto excommunicati.
15 Interficiens christianũ per assassinũ est ipso facto excõicatus, ꝛ quis dicatur assassinus.
Represalias cõcedens aduersus personas ecclesiasticas ipso facto sententia excommunicationis innodatur.
Represalie que dicantur.
16 Domini temporales nõ facientes obseruari statuta contra insecutores cardinalium excõmunicati sunt ipso facto.
17 Absolutus ab excõmunicatione in articulo mortis, si conualescens nõ se presentet ei a quo absolui debuerat, reincidit in eãdeꝫ sententiam ipso facto.
Sepeliẽtes in cimiterijs tpe interdicti, ipso facto sunt excõicati.
18 Religiosi decimas ecclesie debitas sibi appropriantes, ipso facto sunt excõmunicati.
Monachi tenẽtes arma intra monasterij septa sunt excommunicati ipso facto.
19 Matrimonium scienter contrahentes in gradibus prohibitis excommunicati sunt ipso facto.
20 Statuta facientes per que quis cogitur vsuras soluere aut solutas non repetere, ipso facto sunt excõmunicati.
Religiosi dissuadentes solutioneꝫ decimarum sunt ipso facto excommunicationis ligati sententia
21 Religiosi non seruantes interdictũ qd̃ seruat mater ecclesia sunt excommunicati ipso facto.
Literas pape nouiter electi ipugnans ipso facto excõicatus est.
Verberans clericũ instigante diabolo est excõicatus ipso facto.
22 Prelati, consanguinei aut magistri causa correctionis clericos verberantes non sunt excommunicati.
Laici collectas ꝛ alia onera personis ecclesiasticis imponentes sunt ipso facto excommunicati.
23 Neophytum in religione percutiens est ipso facto excõicatus.
24 Clericũ percutiens in quatuordecim casibus nõ est excõicatus.
Percutiens clericos buffones, macellarios, aut goliardos, nõ est excommunicatus.
25 Magister ludi causa discipline clericum discipulum percutiens non est excommunicatus.
Prelatus faciẽs clericũ vberari p laicũ ẽ ipso facto excõicatus.
26 Clericũ degradatum vel depositu percutiens nõ est excõicatus.
27 Clericũ hereticũ verberãs nõ incidit in canonẽ, si qs suadẽte ꝛc.
Judex laic⁹ clericũ oĩno incorrigibilẽ pcutere, cape ꝛ occidẽ pt.



I quis ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus. Math. xviij. ꝛ. xxxiij. q. j. oibus. Amñ, vt ait doctor subtilis in. iiij. sen. dis. xix. q. j. arti. v. †
1 In ecclesia est duplex forũ. Vnũ secretissimũ, in q̃ idẽ est accusator ꝛ reus ꝛ ad istud pertinent claues ecclesie. Aliud est forũ publicũ in q̃ hꝫ ecclesia auctoritatẽ corrigẽdi publica delicta. Et talis auctoritas cognoscendi in cã ꝛ sniandi publice q̃dãmõ põt ẽt dici clauis. Pria dr̃ clauis ordinis. Scda clauis iurisdictiõis. Ad quã qdẽ clauẽ iurisdictionis ptinere vr̃ dictuꝫ nr̃i saluatoris. s. pmissum. Si qs ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus. i. excõicatus, ꝛ gẽtilis, ꝛ publicanus. s. vt publicus pec
2 cator vitet̃. † Per ecclesiã aũt intelligit̃ pla. ec. vt exponit Beda, ꝛ Hilarius. cuius. s. plati lata est snia, sicut statim ibidẽ dicit Saluator. Amẽ dico vobis, qdcũqꝫ ligaueritis sup terrã, erit ligatũ ꝛ in celis. fm Hilariuꝫ talis snia iudicio diuino approbat̃. Conformiter aũt istã iurisdi. tã xp̃s q̃ apl'i exercuerũt. Nã dñs mulierẽ deprehensam in adulterio p sniam absoluit, dicens. Nemo te cõdẽnauit mulier. q̃ ait. Nemo dñe. ꝛ ipse subiunxit. Nec ego te cõdẽnabo. Jo. viij. Sicut aũt tunc absoluit eã, ita potuisset
3 cõdẽnare eã. † De Petro quoqꝫ legit̃ qd̃ publice Ananiam ꝛ Sapphirã ad mortẽ sniauit, vt dr̃ Actuũ. v. De paulo ẽt legit̃. q̃ Corinthiũ fornicantẽ publice excõicauit, vt dr̃ ad Corint. v. Jtẽ. j. ad Timo. j. Hymeneũ ꝛ Alexã. tradidit sathane pp blasphemiã. Jdẽ ẽt phibet cõicare notorijs peccatoribus. j. ad Corint. v. ꝛ. ij. ad Tessa. iij. ꝛ. ij. ad Timo. iiij. fecit vitare Alexãdrũ erariũ. Jtẽ ad Titũ. iij. hr̃icũ post alterã monitionẽ fecit vitare. Jdẽ quoqꝫ ad Gal. j. scribẽs ait. Si angelus vobis d celo aliud euangelizauerit preterq̃ qd̃ euangelizauimus vobis, anathema sit. Sic ergo anathema ẽ ꝯ angelũ ꝛ ꝯ hoiem. Deniqꝫ Joã. iiij.
4 Cherinthũ † hr̃icũ publice excõicauit, ꝛ vitari precepit. q̃ oia arguunt hr̃icorũ modernorũ versutias, q ecclesie detrahentes dicunt eã nõ hr̃e auctoritatẽ excõicandi, suspendẽdi, ꝛ interdicendi, ꝛ per ꝯ̃ns dogmatizant nõ esse curandas ecclesiasticas censuras, cũ tñ dicat Chryso. xj. q. iij. c. nemo ꝯtemnat. vbi dr̃. Nemo contẽnat vincula ecclesie. Non. n. homo est q ligat, sed Xp̃s, qui hanc ptãtẽ dedit, ꝛ dñs fecit homines esse tanti honoris.

¶ Circa igit̃ psecutionẽ huius mãe breuiter de tribus principaliter est ꝯsiderãdũ. Prio qdẽ de excõicatione. Scdo de suspen
5 sione. Tertio ꝛ vltio d interdicto. † Est aũt excõicatio a qualibꝫ licita cõione ꝛ legitimo actu separatio. xj. q. iij. euidenter. Alibi eñ vocat̃ eterne mortis dãnatio. xj. q. iij. nemo epo꜒ũ. Alibi dr̃ aie ꝛ corpis detrimẽtũ. ij. q. j. de manifesta. Jtẽ deijcit de ecclesia ꝛ tradit diabolo. xj. q. iij. audi. Et breuiter excõicatio q̃ dr̃ alio noĩe anathema, nõ est nisi a deo sepatio. xxiiij. q. iij. certũ est. Et hoc est magna pena, Nã qñ qs excõicat̃, statim mẽbꝛuꝫ dei esse desinit, ꝛ icipit eẽ mẽbꝛ diaboli. xj. q. iij. excellẽtissimus. Moxqꝫ vt ab ecclesia repellit̃, rapido ore demonũ deuorat̃. xj. q. iij. ab
6 sit. † Sũt aũt due spẽs excõicatiõis. Vna q̃ separat a sacris ecc. ꝛ a pticipatiõe fideliũ, ꝛ ab ingressu ecclesie. ꝛ hec dr̃ maior, seu anathema. Alia est q̃ sepat solũ a sacris, vt est qd̃lꝫ pctm̃ mortale. ꝛ hec dr̃ minor. De vtraqꝫ dr̃. iij. q. iiij. engeltrudã. A pria nõ absoluũt simplices sacerdotes, sed a scda in casibus tm̃ ipsis per missis a iure. Vñ sciẽdũ qd̃ q̃tuor sunt gña excõicatorũ, vt colli
7 git̃. xj. q. iij. ad mẽsam. † Prio qñ qs peccat, ꝛ deus recedit ab eo. Scdo qñ qs d ꝯsilio sacerdotis abstinet ab eucharistia. Tertio qñ est excõicatus minori excõicatione, vt q̃ cõicauit excõicato in locutione, vel ꝯmisit sacrilegiũ, vel est simoniacus. Quarto qñ qs est excõicatus excõicatiõe maiori, ꝛ tunc proprie dr̃ excõmunicatus, ꝛ ẽt vitandus, fm Jo. de deo, qui ita notauit in predicto canone ad meam. ꝛ Archid. ibidem post eum.

¶ Circa istã mãm est videdum de quatuor. Primo qui sunt casus in qbus qs ipso facto incidit in sniam excõicationis a iure. Scdo qs sit effectus excõicationis. Tertio in qbus casibus participãs excõicatis incidit in eandẽ sniam excõicationis, ꝛ in quibus pmittit̃ qs participare licite excõicato. Quarto de forma ferendi sniam excõicationis, ꝛ impendende absolutionis.
8 ¶ † De primo sciẽdũ q̃ quinquaginta sunt casus in qbus ipso facto quis sentẽtiaꝫ excõicationis incidit, quos bene enumerat Jo. And.

Io.and.in.c.eos qui de sen.exc.li.vj.in gl.iiij.et eo.ti.in.cle.in.j. gl. Et sciendū qd primus est qñ quis incidit in heresim dānatā, vt.iiij.q.iij.c.ij.et.iij.aut qui nouā heresim fingit, de here.ad abolendā.e sic excōicatus. Et silr credēs hereticis, vel eos receptās aut eis fauens.ō here.sicut ait. Scdo, cū qs asserit Romanā ecclesiā nō esset caput oiu3, nec ei tāq̄ capiti obediēdū.di.xix.nulli pbas. Vñ hodie diffinitū hr et declaratū p Bonifaciū octauū qd subesse Romano pōtifici omni humane creaturē est de necessitate salutis, vt p3 in sua extrauaganti, que incipit. Vnā sanctaz.
9 †Tertius casus, qñ rectores ciuitatis faciūt exactiones indebitas in clericos, et admoniti nō desistūt, vt de imu.eccl.nō minus. Quartus casus est cū quis nō electus a duabus partibus Cardinaliū, gerit se pro papa, de elec.l3. Quintus, cū quis magister scholariū tractat cū aliquo ciue Bononie de cōductione hospitij irrequisitis inqlinis, nisi tēpus fuerit elapsum, vt ō locato et conducto.ex rescripto. Sextus, cū monachi, canonici regulares, archidiaconi, ppositi, plebani, cantores, et alij clerici psonatus hñtes, aut etiā qcunq3 pŕbiteri audiūt leges vel physicā.ne clerici, vel monachi etc.c.nō magnopere.et.c.sup specula. Secus si hñt tm̄ ecclesiā parochialē, et nō sint pŕbyteri nec clerici, vl monachi etc. c.statutū.li.vj. Septimus, cū qs participat cū excōicato i crimine pp qd excōicat, dando ei ↄsiliū, auxiliū, vel fauorē, de sen.exc.
10 si cōcubine. †Octauus, statuētes statuta ↄ̄ libertatē ecclesie tam ↄsules q̄s eoꝝ scriptores.de sen.excō.nouerint.et.c.grauē. Nonus, qui ordinationibus a scismaticis factis, de scismaticis.c.j. Decimus, qcunq3 loquit secrete, vel mittit scripturas, vel nūtiu3 alicui Cardinali qñ sunt reclusi occasione electionis pape, vt de electione.vbi periculū.li.vj. Et idē de dñis rectoribus, et officialibus ciuitatis, q imminente ipsa electione nō seruauerint ipsa3 ↄstitutionē. Undecimus, de his qui grauāt aliquos q cū p vno rogabant, eligere noluerūt.de electione.sciāt cūcti.li.vj. Duodecimus, de rectoribus ad regimen vrbis Romane electis, et de fautoribus q fecerūt ↄ̄ ↄstitutionē sup hoc factā, vt de electi.fundamēta.li.vj. Tredecimus, de his qui vocant ad dirigēdas moniales in electionibus, nisi abstineāt ab his p que possit in eis di
11 scordia oriri vel nutriri, de electione indēnitatibus.li.vj. †Decimusquartus, de his q pcurāt ↄseruatores dari, et intromittūt se de his q̄ nō licent.de offi.deleg.c.hac ↄstitutione.li.vj. Decimus quintus, de his q absolutionē de aliqua excōicatione, vel reuocatione eius, aut etiā suspensionis vel interdicti extorquēt p vi3 aut p metū. Nā hec absolutio nō valet, et incurrit noua excōicatio, vt de his que vi metuue cā fiunt.c.vnico.li.vj. Decimussextus, qui fingit fraudulenter aliquē casum p quē aliquis iudex, vadat ad aliquā mulierē pro testimonio, vt de iudicijs mulieres.li. vj. Decimusseptimus, de his qui prelatos, vel capitula, vel alias psonas ecclesiasticas cōpellūt ad submittēdū laicis, vel alienandū bona immobilia ecclesiaꝝ. Et similiter laici qui vsurpant sibi hmōi illicite, ni admoniti destiterint.de rebus eccles.nō alienaz.
12 c.hoc ↄsultissimo.lib.vj. †Decimusoctauus, qcunq3 a personis ecclesiasticis, vel ecclesijs p se, vel per aliū suo nomine, vel alieno pro psonis, vel rebus quos nō causa negotiationis deferunt vel deferri faciunt, seu transmittunt, exigunt aliquod pedagium. de censibus.quamq̄3.li.vj. Decimusnonus, de his que impediūt iudiciū delegati, vel cuiuscunq3 iudicis ecclesiastici. de immuni. eccle.qm̄.lib.vj. Uigesimus, de his qui iubēt subditis suis, ne psonis ecclesiasticis vēdāt aliqd bladū, vel similia.de immu.eccle.
13 c.fin.lib.vj. †Uigesimusprimus, de religiosis qui habitū sue religionis dimittūt, vel qui accedūt ad studiū sine licentia sui prelati, vel ↄuētus, vel qui corā talibus legit scienter qui dimiserūt habitū.ne clerici, vel monachi etc. vt periculosa.lib.vj. Et sic recitat Io.an.in nouella, sup regula.lib.vj. referens Guiliel.de lata Petri disputasse de monacho qui bene defert habitū monachalē, s3 opertū habitu clericali, qd sit apostata. Nō hodie videtur approbatū.de vita et honesta.clerico.qm̄.in principio.in cle. in ver.a religiosis.que omnia sint vera fm Io.an.qñ monachus
14 istam causam trāsformationis nō allegat. †Uigesimussecūdus, qui hereticos seu fautores, credētes, receptatores, vel defensores eoꝝ scienter tradiderint ecclesiastice sepulture, de hereticis, c.quicunq3.lib.vj. Nec tales debēt absolui, nisi prius talē sepultum proprijs manibus extumulent. Idē de illis laicis qui publice vel priuatim de fide catholica disputant, vt dicit ibidē. Dicit tamen Io.an.qd in istis casibus est canon ferēde et nō late snie, et hoc est tenendū. Uigesimustertius, quicunq3 rector secularis, vel quicūq3 officialis eius cognosceret de crimine heresis, aut captiuos liberaret, vel diocesanorum inquisitorum officiu3 impedi
15 ret.de hereticis.lib.vj.c.vt inquisitionis. †Uigesimusquartus, qui per assissinos aliquē christianū interfecerit. Dicuntur autem assissini vel assassini quidā infideles qui ex quibusdam falsis opinionibus in quibus fuerunt enutriti, facile mittebant ad occidēdum quēcunq3 Christianū, nō curantes q ob hoc ipsi occidendi essent.de homici.p humani.lib.vj. Uigesimusquintus, de clericis qui manifestis vsurarijs ad fenus exercendū domos locāt, vel alijs titulis ↄcedūt.de vsur.vsuraꝝ.lib.vj. Uigesimussextus, de his qui ↄcedunt represalias cōtra personas ecclesiasticas specialiter siue generaliter, vt de iniurijs et dam.da.et si pignorationes.lib.vj. Dicunt aūt represalie qñ vnus oriundus de vna terra spoliatur ab alio de alia terra oriundo, ita v3 qd si debitū nō soluit ei, tunc dat potestas ipsi spoliato qd satisfaciat sibi ↄ̄ quēlibet de terra illa vnde est debitor vel spoliator. †Uigesimusseptimus, si dñs, vel rector tēporalis nō fecerit ea obseruari que statuunt ↄtra insecutores cardinaliū seu alicuius de familia eoru3, vel pape.de penis.c.felicis.lib.vj. Uigesimusoctauus, quicūq3 dat licentia3 occidēdi seu accipiendi, vel alias in personis, vel in bonis suis, vel suoꝝ grauandi eos qui cōtra Reges, Barones, Nobiles, vel quoscunq3 tulerūt excōicationis, suspensionis, vel interdicti sentētias, siue istos quoru3 occasione sunt prolate, vel eos qui eos obseruant, aut eos qui taliter excommunicatis communicare volunt, nisi licentiam ipsam reintegraliter reuocēt, et si qua sunt ablata restituāt, siue pro illis satisfaciant. et similiter qui dicta licentia vsi fuerint, vel etiā sine licentia suo motu hoc fecerint, excōmunicationem incurrunt. In qua si permanserint per duos mēses, non nisi per papam absoluuntur.de senten.excom.
16
17 quicūq3.lib.vj. †Uigesimusnonus, quādo quis ab excōmunicatione fuit absolutus in mortis articulo, vel alio impedimento, si cessante articulo vel alio impedimēto nō presentet se q̄to citius poterit illi a quo absolui debuerat, reincidit ipso facto in candē sniam.de sen.exc.eos.lib.vj. Trigesimus, qñ aliqui absoluunt a sede apostolica vel a legatis, et iniungit eis qd se representent ordinarijs, vel alijs suscepturi penitentiam, et pacis iniuria3, seu vt eis quibus obligati sunt, satisfaciant, si hoc nō faciāt, cu3 primo poterint, reincidūt in candē sentētia3, vt dicto ca.eos.qui libro. vj. Trigesimusprimus, de illis qui in cimiterijs sepeliunt corpora tempore interdicti, vel vsurarios manifestos scienter sepeliunt, a qua excommunicatione non debent absolui, nisi prius ad arbitriū diocesani satisfecerint, qbus premissa iniuria fuit irro
hoꝝ temerarius violator extiterit excõicationis sniam incurrat
ipso facto. extra ne cleri. vel mona. vt periculosa. li. vj. Religio-
nẽ quãcũq; dum tñ approbatam. ſ. de voto. c. j. lib. vj. Jo. andr.
Expresse in casu isto non est dña inter tacitam ⁊ expressam. Jo.
2 and. ꝓfessus. † Nota ꝓfessum non posse redire ad seculuz q dic
vt. ſ. de regula. ꝯsulti. Jo. an. Temere. Ex causa. n. ls habitũ trãs
formare si iusta sit, puta timor, vt. ſ. de vita ⁊ hone. cleri. Jo. and.
Habitum superiorẽ. Jo. and. in nouel. vnde ⁊ idem. extra de re-
gu. iur. lib. vj. sup regula fi. in nouel. dicit q regula hec. ſ. certum
est ⁊c. facit qõnem disputatã hic per dñm Guido. de petra lata.
3 ¶ † De monacho qui bene fert habitũ monachalez, sed cooper
tum habitu clericali q sit apostata qd videẽ hodie approbatum
per cle. de vi. ⁊ ho. cle. qm in primo. Scdo, cum iste religiosus in
stam cãm transformationis, seu habitus nõ allegat, indubitãter
4 dico ipsum esse apostatã. Dimittat † ideo habitus est annexus os
sibus monachoꝝ, q in qbuscũq; locis existẽs, siue in lecto quie-
scentes ꝯstanter eo vti debent vt habeẽ. xx. q. j. vidua. ⁊. xxiij. di.
sanctimonialis. vbi dñ q eo habitu semp vti dz, sed non videẽ q
istud semp sit ita amare intelligẽdũ, vt sonare prima facie videẽ.
xxj. q. iiij. sine ornatu ibi. extra domos ⁊c. Hic q illud loquiẽ de
clericis secularibus, q nõ ita astricti sũt vt monachi, q si in scho
lis vel alibi sine causa dimiserint monachi suuz habitũ, ls postea
ad male dimissum habitũ reuertanẽ ẽt si postea sint vel efficianẽ
bone fame, non poterunt eligi in abbates argu. j. q. vij. si qs ẽtz.
⁊ huius snie fuit Lau. ⁊ Ja. de al. ⁊ Pe. qui dixerunt, q nõ solũ
5 est talis ineligibilis, sed electus dejcereẽ. Archi. † Non puto q
monachus in cella sua dimittens habitum, vel dum balneũz in-
trat in occulto, vel iacens sine habitu ligetur hac ꝯstitutione alĩs
pauci non inuenirenẽ ligati. sed quãdo exhibet se ꝯspectibus ho
minum sine habitu, vel in habitu laicali, vel clerici secularis sine
iusta causa tunc ligatur Jo. andre. in nouel. quãuis vt dictum est
debent semper ex honestate religionis deferre habitum, non ta-
men videẽ q incurrat excõmunicationem in stando sine eo ex ali
qua causa rationabili, vt puta dormiendo melius quiescat, vt in
duendo sacras vestes non appareat gibbus, ⁊ querat pulices vt
se balneat vt aptius scindat aliqd lignum ⁊ huiusmodi, qr sic nõ
vñ temerarie dimittere. tñ ẽt in huiusmodi ꝯuenientius esset non
dimittere, si aũt dimittat vel habitum transformat vt faciat ali-
quod malum, vt scilicet fornicetur ⁊ huiusmodi non est dubium
q est excõmunicatus ẽm Pet. de pa. in. iiij. q qui iocosa leuita
te ad borzam vt currat, vel lapidem ꝓijciat deponat habitum nõ
incidat in sniam, qr non est verisimile papam in minutis tantum
laqueum posuisse. Sed si dimitteret volens ire ad aliam religio
nem vt sic citius reciperetur, eandem incideret sententiam. Hec
ille, quamuis hoc dicit vt comprehendat etiam studium theolo-
6 gie siue iuris canonici ⁊ huiusmodi. † Ratio potest esse, qr mo-
nachus

nachus suo claustro dz esse contentus, vt. xvj. q. j. Qui vere. ⁊ ei precipit vt intra claustrũ moret, vt ea. q. c. iuxta. Nã mortuus dr esse mundo. Dicit tñ Jo. an. ꝙ theologiã ⁊ decretales legere pñt, qꝛ sunt scientie pietatis. xxxvij. di. si quis grãmaticam. Archi. Prelato. i. abbati vel alij qui tz vicẽ abbatis, qui proprie dr
7 suus prelatus. † Sed nunquid poterit eps dare tali licentiã eundi ad scholas, non credo nisi interueniat licentia abbatis, vt hic arg. xij. q. j. Non dicatis. Itẽ nunquid extendens penã istã ꝓhibitus ad abbatẽ multa inducit Archi. ad probandũ ꝙ cadat in penã. tandem dicit ꝙ in licentia abbatis obtinenda noie prelati vr eps contineri, ⁊ tunc si abbas voluerit ire ad studia literarũ extra suũ monasteriũ habebit ꝯsiliũ cõuẽtus illius monasterij, ⁊ si visum fuerit, poterit licentiã impartiri. Sed obstare videt illud relatiuũ sui qd sequit, qd videt respicere immediatũ prelatũ
8 ipsius monasterij, ⁊ sic non epm. † Et ꝓm hoc põt dici ꝙ quãuis abbas malefaciat si vadat sine licentia epi ad queuis studia literarũ, non tñ vr ligari hac pena constõnis cũ sit penalis ⁊ restringi consueuit magis q̃z laxari Archi. Et qd in fine dr de licentia epi videt habere locũ in monasterio non exempto ab eius iurisditione. Licentia. ⁊ tunc põt oia sine quibus in studio cõmode
9 esse non põt qd dic, vt no. ij. q. vij. Cum pastoris Jo. an. † Et dicit Archi. ꝙ si mutuũ ꝯbit tenebit monasteriũ vsqz ad probabilẽ modũ, nisi actum fuisset ꝙ alius pro monacho sumptus inueniret vt propinquus vel alius. Si aũt obligaret libros, vel res alias pro scholari vel alio, nõ vz obligatio qꝛ monachus seruus est monasterij. di. liiij. multos. Idem si fideiussit pro aliquo, qꝛ. s. non tenet Archi. Horum, qꝛ. s. apostatauit dimittendo habitũ
10 vel accedit ad studia sine licentia Jo. an. ipso facto † speciale est in religioso apostata, qꝛ alias non est apostata excõicatus sed excõicãdus ꝓz qd no. Jo. an. ⁊ Ber. xxiij. di. Siqs clericus Jo. an.

SVMMARIVM

1 Religiosi dantes eucharistiam vel extremam vnctionem sine licentia parrochiani vel episcopi excõicati sunt, ⁊ ĩ. nu. 3.
2 Religiosorum appellatione qui comprehendantur.
4 Verbum solennizare quid comprehendat.
5 Parrochianus quis dicatur.
6 Parrochiano quõ debeat dari licentia accipiendi sacra alibi.
7 Religiosi ignorantes hanc penam si sint bone vite si ministrent eucharistiam sine licentia parrochialis non tamen in contemptum excommunicati non sunt.
8 Papa vere contrito omnem delicti penam dimittere põt.

Capitulum. liiij.

1 Religiosi † qui clericis aut laicis sacrm extreme vnctionis vel eucharistie ministrare vel matrimoniũ solẽnizare nõ habita super his parrochialis presbyteri licentia spãli, aut quẽq̃z excõicatũ a canone preterq̃z in casibus a iure expressis, vel ꝑ priuilegia sedis apostolice ꝯcessis eisdẽ vel a sententijs ꝑ statuta ꝓuincialia aut sinodalia ꝓmulgatis seu (vt verbis eorũ vtamur) si culpa ⁊ pena absoluere quẽquã presumpserit excõicatiõis sniaz incurrant ipso facto a qua dũtaxat a sede apostolica sunt absoluendi. Et paulopost. Nullo religiosis eisdẽ super hoc exemptionis vel alio priuilegio suffragante, ⁊ in fine. Sane religiosis illis quibus est a sede aplica concessum vt familiaribus suis domesticis aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus, sacra posfint ecclesiastica ministrare nullum ex premissis volumus quoad hoc preiudicium generari, extra de priuile. c. religiosi. Religiosi Pau. Religiosi in sex casibus sunt excõicati. Et cũ hic loquat generaliter oẽs religiosos comprehendit ẽt populũ habẽtes, clericos aũt seculares non comprehendit, ẽt si in his excederẽt. Eucharistie. Paul. non dicit viatici. Vnde pz ꝙ locus est pene siue detur in morte siue detur in vita. Non ob. l. distinc. c. penitentes. in fi. quod intelligo vt in morte omnibus detur viaticũ per illos. s. qui hoc possũt. Penitentia aũt tempore necessitatis a quoli-
2 bet sumi põt. † Queritur an hmõi cap. habeat locum in qbuscunqz religiosis, soluit Lau. ꝙ sic dũmodo sint religionis approbate. Idẽ Lapus. alias enim nõ sunt religiosi, de reli. do. c. vno. Fran. de Zab. Itẽ cõprehendit istud vocabulũ religiosi ẽt nouitios ꝓm Lapũ. Vtrum aũt cõprehendant hic religiosi conuersi vel moniales sunt varie opi. pro ⁊ ꝯ. ⁊ vtraqz põt sustineri. Lau. ⁊ Pet. de ancha. de monialibus tenent ꝙ non. Landul. ꝙ sic.
3 Fran. de zaba. † Item dicit Lapus ꝙ religiosi ministrãtes sacra non solum clericis sed ẽt regularibus sine licentia ⁊ precipue alterius religionis incidunt in hanc penã, ⁊ hoc est tutius q̃z. s. contrariũ. Solennizare. Jo. an. i. solenniter benedicere ⁊ de hac be-
4 nedictione habet. xxx. q. v. c. j. ⁊ quatuor sequentibus. † Et dicit zen. ꝙ in verbo solennizare comprehendit ois solennitas, q̃ obseruatur iuxta ritũ religionis. de spon. c. j. siue fiat solẽnis benedictio siue dicat missa specialis pro ꝯhentibus. Non habita. Joã. an. Sed nunqd credet religiosus parrochiano dicenti se habere talem licentiã videt ꝙ sic per id qd no. de pe. distin. vj. Placuit, qꝛ non est presumendus immemor sue salutis. j. q. vij. sancimus. ⁊ ponit ipse Petrus Joan. duas obstantias ⁊ ipse soluit. Parrochialis Jo. an. per hoc quoad seculares mercenarios ⁊ his similibus intelligo presbyterũ in cuius parrochia habitant. facit qd no. de pe. di. vj. Placuit. de hoc scripsi de pe. ⁊ re. c. ois. super verbo sacerdotes ⁊ Hosti. tractat in summa de parrochia. §. fi.
5 † Quis intelligat parrochianus ꝓm Fran. dic ꝙ statim cũ qs vadit ad habitandum in certa parrochia intelligit ibi fieri parrochianus, nisi accesserit cã recreationis, vel ob aliam cãm temporalẽ statim reuersurus ad propriã parrochiã, qꝛ tunc secus. de sepul. c. his qui. lib. vj. presbyteri Jo. an. puto sufficere licentiam parrochiani qui adhuc presbyter nõ est, qꝛ est. ĩ. annuz vel dispensatum est cũ ipso ꝓm formã decretalis. Cũ ex eo. de elect. lib. vj. vel ex parrochiali collegio. eo. tit. statuimus. videt ẽt sufficere licentia vicarij gerentis curã per modũ decretalis predicte. Cum ex eo. puto ẽt post factum a penis excusari illũ qui hoc fecit auctoritate diocesani. facit ad hoc de pe. ⁊ remis. c. ij. lib. vj. Nam diocesanus est parrochialis eius ⁊ hoc fortius qñ vacat parrochialis ecclesia, sed qñ non vacat, ante factuz consulo abstinere, ⁊ ex licentia epi vel archipresbyteri ciuitatis hoc modo fieri, lz ab alijs recipi possint. Pau. dicit ẽt ꝙ lz hec vera sint. s. ꝙ sufficiat licentia predictorum, tutius est a litera non recedere. Et addit Pau. hanc constitutionem locũ non habere in illis que predicta sacra recipiunt a certa persona rõne consuetudinis priuilegio vel alio quouis modo. ĩ. de reli. do. qꝛ contingit. in fi. exemplum. extra de sta. regu. eo. ne in agro. §. sane. Hec procedunt ꝓz Fran. de zab. nisi aliud habeat consuetudo. Nã vt dicit Pau. Si certa esset consuetudo a quibus reciperent hec sacra non est locus huic pene. de reli. do. qꝛ contingit. in cle. Que concessio sacrorum. tunc non competit rõne parrochie, cuius fauore hoc vi-
6 det statutum. Speciali. Pau. † Sufficit ꝙ parrochiano detur licentia facta specificatione sacri, puta de eucharistia vel alio. lz non exprimat nomen religiosi. Item sufficit ꝙ det religioso licẽtia facta specificatione sacroruz. lz parrochiani non exprimant. arg. de tempo. or. c. j. Jo. an. ẽt dicit ꝙ credit per talem specificationẽ factam ꝙ euitetur pena. Et addit ꝙ de sacro baptismi ⁊ penitentie non intelligit predicta pena, qꝛ hic non exprimuntur. Idem Pau. A canone. Jo. an. quotienscunqz archieps vel sacerdos possit absoluere de sent. excom. c. nuper. De excõicatis a canone an procedat quoad oẽs soluit Laudul. ꝙ sic siue sit religiosus eiusdem ordinis, siue alterius, siue sint clerici siue laici siue mulieres. Fran. de zab. Et intelligunt Laudul. ⁊ lapus de excõicatione maiori non de minori. Absoluentes excõicatos ꝑ statuta legatorum. tz Zen. ꝙ incidunt. Si aũt religiosi absoluant a snia hois quod non possunt non hz locum pena cum istud non exprimat. Idez Pau. ⁊ zen. ⁊ Laudul. Et ex hoc infertur ꝙ excõicatus per sniam pape non est locus huic cle. quod tenet Laudul. qꝛ si voluisset de hoc intelligi expressisset Fran. de zab. Sententijs Jo. an. puto ꝙ omnem sniam includat excõicationis suspensionis ⁊ interdicti. cuius necessaria sit absolutio. Quẽquam Jo. an. ẽt religiosum vel socium. Nihil enim excipit qui dicit qd cunqz. de maio. ⁊ obe. solite. Incurrant. Querunt hic Joã. and. ⁊ Pau. Quid iuris de recipientibus absolutionez vel predicta sacra, an sint ligati eadem snia ratione participationis. Et pau. quidem remittit ad id quod dicit de consangui. ⁊ affi. eos. in cle. ibi aũt sic dicit in quodam simili casu. tunc participans in crimine criminoso est excõmunicatus si participet post latam sententiam, vt in. c. si concubine sed hic non participat post, sed in actu pro quo ligatur glo. Vel dic ꝙ lz participans in crimine criminoso sit excõicatus. non tamen participans in actu illo, pro quo ligatur alter. hec ibi Jo. and. remittit ad id quod dicit de sententia excom. contingit. j. Idem Fran. de zab. s. ꝙ illud de participatione in crimine hz locum qñ participat post actum damnatum
7 non in ipso actu. † Querit idem. s. Fran. de zab. vtrum religiosus ignorans penã de qua hic ⁊ alias homo sancte vite. si ministret eucharistiã sine licentia parrochialis presbyteri. non tamen in contemptuz ipsius incidat in penã. ⁊ videt ꝙ sic, qꝛ ignorãtia

iuris non excusat in regula ignorantia lib. vj. Contrarium consului. dicit idem Fran. per hanc literã in verbo presumpserint q̃ notant dolum τ temeritatem ministrantis, sicut.n. miles armate militie excusat ab ignorantia iuris. C. de iu. τ fac. igno. l. j. ita τ hunc possumus excusare. τ hoc precipue in foro penitentiali in quo credẽdum est asserẽti hoc ignorasse q̃n tñ in hoc forte aliqd ꝯdicerem ꝙ eo ipso est presumptio qđ fecit ꝯ hanc cle. tutius est ꝙ petatur absolutio. Utamur, Jo. an. τ Pau. ꝯcor. de here. ac
8 cusatus. §. illo. lib. vj. † Papa tñ oẽm delicti penam vere contrito dimittere põt. facit de ꝯse. di. iiij. c. baptismi. Uicẽ. Et hãc cõcedit cruce signatis in voto vltra marino, vt no. Hosti. de iudeis τ saracenis ad liberãdam, τ in anno cẽtenario, vt pꝫ ẽt in extrauagãti Boni. lꝫ antiquorum. Cõcessum. Idem videt̃ si consuetudine hoc obtineat. arg. ꝟ. de reli. do. q2 ꝯtingit. Etiam Jo. an. dicit ꝙ hoc videt̃. s. de ꝯsuetudine. Idẽ dicit esse, q2 tñ ponit obstãtiam ad istud de ꝯsuetudine. τ videt̃ ad aliam partem declinare. vel saltem dubiaꝫ relinquere. Apostolica. generali priuilegio circa hoc. s. totum orbeꝫ respiciẽs solus papa ꝯcedit speciale. tñ quoad suam diocesim ꝯcederet eṗs ex cã quod dicit, vt de reli. do. Dicit ẽt Laudul. τ allegat Pe. de ancb. ꝙ presbyter parrochialis quantũcunqꝫ simplex cura sit ei cõmissa in adiutoriũ ipsius cure poterit assumere sibi ad tẽpus presbyterum quẽcũqꝫ religiosum vel alium sine cuiusquã superioris licentia qui ipsum iuuet forsitan in. xl. ad audiendam subditos suos in ꝯfessione τ dãdum eucharistiã in pascha, vel missis celebrãdis seu alijs, vt hic. hec ille. Et dato ꝙ mendicantes audire nõ debeant sine licentia suorum prelatorum, si audirent τ ministrarent sacra cuꝫ licentia horuꝫ illi essent absoluti, nec ipsi excõmunicationem incurrerẽt. lꝫ peccarent extra articulum necessitatis τc.

SVMMARIVM

1 Religiosi verbis homines a decimis soluendis retrahentes excommunicati sunt.

Capitulum. lv.

1 Illos etiaꝫ † religiosos qui aliqua vt audientes a decimarum ecclesijs debitarũ soluere contrahant in sermonibus suis vel alibi proferre presumunt excõmunicationis sententie subiacere decernimus ipso facto. de pe. cupientes. in cle. Illos religiosos qui in sermonibus vel alibi proferunt aliqua vt retrahant a solutione decimarum excommunicat. Joan. andr. τ Pau. Mendicantes τ nõ mendicantes includit. Clericos autẽ seculares nõ comprehendit, nec laicos arctat hac pena. τ ꝯcor. extra de sententia excommunicatio. c. j. retrahant. Pau. vt habeat locum pena de qua sequitur duo requiruntur. Primum ꝙ talia dicãt vt aliquos retrahant a solutione decimarum debitarum ecclesijs quasi secus si dicerent alia intentione. vel si debite nõ cessent ecclesijs, sed alijs quocunqꝫ modo. Secundum est ꝙ audiẽtes sint obligati ad solutionem decimarum. Unde si talia proferrent audientibus nõ obligatis cessat pena constitutionis.

SVMMARIVM

1 Religiosi non seruantes interdictum excommunicati sunt si auctoritate pape positum sit τ. j. nu. seq.
Quid si matrix ecclesia hoc modo seruat. j. nu. 6.
3 Clerici seculares hac constitutione non ligantur.
Matrix ecclesia quare dicatur τ que dicatur τ. j. nu. seq.
5 Argumentum a contrario sensu cessat quando contrarium in iure reperitur.

Capitulum. lvj.

1 Religiosi † omnes tam exẽpti q̃ nõ exempti cuiuscũqꝫ ordinis τ cõditionis existant cum viderint vel sciuerint cathedralem, vel matricem seu parrochialem loci ecclesiam seruare interdictum qđcunqꝫ positum auctoritate se. ap. vel ordinariorum debẽt τ ipsi seruare, nõ obstãtibus quibuscunqꝫ appellationibus antea ẽt ad eandem sedeꝫ, vel aliũ vel alios interiectis τ alijs obiectionibus quibuscunqꝫ alioquin nõ seruantes excõmunicationem incurrũt ipso facto. Idem ẽt interdictis, τ cessationibus, τ diuinis interdictis per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum auctoritate volumus obseruare. Ideꝫ generalibus cessationibus a diuinis ciuitatum, terrarum, τ aliorum locorũ quas aliquando ex consuetudine vel alias capitula, collegia vel conuentus secularium ac regularium ecclesiarum sibi vendicant. Idem intelligimus obseruandum, non obstantibus priuilegijs concessis eis cõuenientibus statutis τ consuetudinibus quibuslibet que contra premissa religiosis ipsis in nullo volumus suffragari. de senten. excommuni. in cle. ex frequentibus. Ordinarijs. Pau. literam,
2 † aduerte, q2 vt sit locus huic pene requirit̃ ꝙ interdictum sit positum auctoritate pape, quod intelligo esse si fiat per eius delegatum. de preben. c. si apostolice lib. vj. vel ꝙ sit positum a iure cõmuni, vel per ordinarium vel concilium prouinciale, vel ꝙ per ipsum vel per alium ad quem spectet fiat cessatio a diuinis. per quod videt̃ ꝙ hoc nõ habeat locum in interdicto posito a singulari persona, que hoc possit ex speciali consuetudine, cuꝫ talis nõ faciat auctoritate apostolica, nec sit ordinarius. Idem videt̃ in interdicto posito per delegatum ordinarij, q2 nõ videt̃ tunc positum per ordinarium. Religiosi quicunqꝫ Jo. and. Mendicãtes
3 vel nõ. † τ per hoc pꝫ ꝙ clericos seculares nõ seruantes interdictum vel cessationem quã seruat matrix ecclesia non ligat hec cõstitutio. Matricem Pau. idest baptismalem vel loci maiorem. que ideo dicit̃ matrix, q2 regenerat per baptismum, τ sic cathedralis per baptismũ in ciuitate τ matrix in alio loco que ad hoc cooperant̃ τ merito, q2 alias pena hec nõ haberet locum nisi in interdicto ciuitatis, nec curo vtrum matrix ecclesia sit religiosis subiecta quoad aliqua temporalia vel spiritualia. vel non sit subiecta. s. ꝙ si in loco non est cathedralis vel matrix ecclesia, q2 forte est in alio loco, vel ibi sunt plures equaliter suis parrochianis baptisma τ alia sacramenta ministrantes distinguendum, q2 si omnes ille seruant locus est huic pene, si vero aliqua seruant aliqua non, tunc non est locus pene sicut faceret si in tali loco non
4 esset ecclesia religiosorum. † Dicitur aũt hic ecclesia cathedralis vel matrix ecclesia murorum ambitu comprehensa, ex quo si in ecclesia celebratur continue ianuis apertis τc. siue per prelatum, siue per capitulum totum vel parteꝫ, siue per alios clericos ecclesie non est locus ibi pene. Idem Joan. an. Et addit Pau. puto tamẽ ꝙ si in matrice ecclesia celebratur ab aliquibus extraneis inuitis prelatis τ capitulis ꝙ nihilominus sit ibi locus pene. Idem ẽt dicit ꝙ interdicta metropolitana ecclesia nõ intelligitur interdicta matrix ecclesia. Ideꝫ si interdicta prouincia vel vna diocesis in aliquibus ciuitatibus vel castris matrix ecclesia seruat interdictum, in aliquibus vero nõ, dicendum ꝙ in locis in quibus seruat locus est huic pene in alijs nõ. Sciuerunt. Jo. an. alio sensu quã per visum. de quo premisit probabiliter ergo ignorantes talem obseruantiam nõ ligat ad penam. Uidetur Pau. l. videndo in cathedrali τ matrici ecclesia celebrari ianuis clausis τ voce submissa excõmunicatis τ interdictis exclusis. Obser
5 uare Jo. an. † arg. a ꝯrio sensu cessat ibi illius argumentum, contrarium requiritur, in iure vt scripsi de elec. c. publicato super vl. glo. Item ꝯriorum nõ est eadem disciplina. vbi mens τ verba resistunt de verbo. signifi. c. fi. Excessus clericorum matricis ecclesie nõ dabit religiosi materiam delinquendi. Intelligo aũt illos seruare q̃n abstinet animo obseruandi. Appellationibus. Joan. an. nõ dicit ꝙ precedens appellatio nõ vitiet interdictum ne corrigit. de appella. c. ad hec. Sed dicit ꝙ quãuis interdictum sit nullum propter precedentem appellationem vel aliam causam, ex quo tamen matrix ecclesia illud seruat religiosi violantes sint
6 excõmunicati. Subiacere Jo. an. τ Pau. † Si sententia interdicti vere ligat τ matrix ecclesia illam nõ seruat religiosi nõ seruantes non ligantur hac pena, sed alijs que habentur de excel. prelato. c. fi. de priuile. c. auctoritatem. lib. vj.

SVMMARIVM

1 Religiosi non facientes conscientiam his qui eis confitentur de decimis certo modo excommunicati sunt.
2 Incommoditas a precepto excusat.
3 Religiosus veniens contra suspensionem a certo offici oirregularis non est sed excommunicatus.
Contraria contrarijs curantur.

Capitulum. lvij.

1 Religiosi † qui sciẽter post

poluerunt

posuerunt confitentibus conscientiam facere de soluendis decimis ab officio predicationis tandiu maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis, si hoc ipsum sibi dicendi commode facultatem habuerit conscientiam fecerint, exinde excommunicationis incursuri sententiam ipso facto si predicare presumpserint predicta negligentia vt premittitur non purgata, ad religiosos tamen monasteriorum vel ecclesiarum decimas percipiétes volumus hoc extendi. extra de penis, cupientes in clemen. Sciéter. Pau. secus si ignoranter seu per obliuionem & hoc intellige si ipsi confessi a prelatis ecclesiarum fuerint requisiti super hoc vt faciant conscientiam sibi confitentibus de decimis dandis. Pau. & Pe. de ancha. Suspensi. Joan. and. Nota nouã speciem suspensionis, & ibi ponit de multiplici specie suspensionis.

2 Commode. Pau. † ergo. incómoditas excusat a precepto. ad idem. xxij. q. ij. faciat. Minor tamen hic commoditas excusat. Unde non tenetur eos sequi qui non sunt in loco, vel si sunt & hi non possunt sine magna vagatione vel sine alia incommoditate. durante ergo incommoditate, durabit suspensio, donec de soluédis decimis consciétiam fecerint, qua facta vel incommoditate

3 superueniente cessat suspensio. Negligentia. Paul. † Nota hic casum q veniens contra suspensionem a certo officio est excommunicatus, non autem irregularis. Sed si postea celebrat sic. de cleri. excom. postulatis. Percipientes. Joan. and. soli enim non percipientes solent in his delinquere. Dicendi. Joan. and. Nota contraria contrarijs purgari. de hereti. c. ij. lib. vj. Peccatũ ergo tacendi dicendo purgatur. xliij. distinc. sit rector.

SVMMARIVM

1 Monachi & canonici regulares non habentes administrationẽ conferentes se ad principum curias excommunicati sunt.

Capitulum. lviij.

1 Hoc edicto perpetuo † prohibemus ne monachi aut canonici regulares. administrationem aliquã non habentes ad curias principũ absq3 speciali prelatorum suorum licentia se non conferant. q si se conferre presumpserint vt damnum aliquod inferant suis prelatis aut monasterio excommunicationis sententiã eos incurrere volumus ipso facto. prelatis eorum districte nihilominus iniungentes, vt ipsos a curiarum predictarum accessu & alijs quibuslibet vagationibus & discursu diligéter compescere. aut super hoc nõ parentes eisdẽ seuere corrigere non omittant. extra de sta. mo. c. ne in agro. in cle. Canonici. de hac ergo parte non dubitamus quin ligat monachos etiam non nigros. Jo. an. Non habentes illos qui habent administrationem quandoq3 pro ipsarũ administrationũ causis illic ire opz quas prosequi possunt. lz non sint perpetui. De iudi. c. cum deputati. Joan. an. Curias principũ. hic no. Jo. an. & ponit duodecim abusiones claustri secũdũ Hugo. & duodecim abusiones seculi secundũ Cyprianum ibi vide. Speciali. generalis ergo puta q possit se quo voluerit absentare, non sufficit. Jo. an. Ipso facto. ad hanc excommunicationem contrahendam duo videntur necessaria scilicet q intrauerit curiã & quod causa damnificandi monasterium vel prelatum licentiam hñe vel non hñe nõ puto ponderandũ, cũ hoc non reputatur. hinc est quod etiam de licentia prelati intrans curiam. si ad hoc intrat ligatus est. Ex solo igitur exitu claustri ob hanc causam non ligatur. Item ex quo intrauit ob hanc causam lz damnum non intulerit siue qr non potuit, siue qr penituit ligatus est. simile de homi. c. pro humani. lib. vj.

SVMMARIVM

1 Religiosi tenentes arma intra septa monasterij excõicati sunt.
2 Septa monasterij que dicantur.
3 Armorum appellatione que comprehendantur.

Capitulum. lix.

1 Prefate quoq3 † sententie monachos infra septa monasterij sine licentia abbatum suorũ arma tenentes decernimus subiacere. extra de statu monacho. ca. ne in agro in clemé. Monachos non repetit & canonicos regulares. Unde videtur quod lz sententia excommunicationis de qua supradixerat arceantur in casu precedenti, non tamen in isto sed cũ loquat generaliter videtur omnes includere monachos albos & nigros. et si vocentur iuxta vulgare fratres. Paulus.

2 † Septa idest clausa dicta a sepio is, vt est claustrum refectorium vel dormitorium & cetere officine ad vsum monachorum deputate. xvij. q. j. necessaria. Idem videtur de atrio. xvij. q. j. nulla, & de orto & de area positis iuxta ecclesiam. de cen. c. j. Pau. Infra pro ista. Et patet per hoc quod extra tenens scilicet arma penam nõ

3 incurrit. † Arma in communi significatione comprehenduntur tela. sed dicuntur arma stricte, quibus defendimur. tela quibus impugnamus. l. cornelia. de homi. si perfodiens. Sed vt ibi no. armorũ appellatione & fustes & lapides comprehendit, & omne quod arcu manumittitur. non tamen puto auctorem sic latissime intellexisse. Jo. an. Pau. vero dicit quod armorũ appellatio significat non solum scuta gladios & galeas, sed fustes & lapides & telum quod appellatur id quod ab arcu vel manumittitur & sic videtur istud intelligi de armis militaribus. non clericorum que sunt lachryme. xxij. q. 8. c. j. & addit. Sed nunquid appellatio armorũ ita late sumitur hic. puto quod sic si teneantur ad vsum pugne, alias si in camera vel infra septa monachus habeat lapides ad alium vsum vel cultellum antiquatũ ad coquinam vel aliquod simile, non credo quod sit de mente talia prohibere. alias sic. Quod enim si iuxta fenestram supra ianuam habeat aceruũ lapidum ad impugnandum vel offendendum venientes, certe tunc includuntur. Idem dico de arcu ferreo. ligneo & similibus. Unde opz videri si ex forma modo & alijs circunstãtijs ea teneat, vt arma offensibilia sed defensibilia aut alia vtensibilia, tales tamen coniecture non sunt necessarie in notorijs & maioribus armis vt gladijs, láceis loricis, scutis, balistis, & similibus. Pau. Tenentes venientes de foris ad claustrum cum armis non animo tenendi, nec tz ex delatione nõ videtur ligari, qr verbum tenentes intelligitur cum effectu. Jo. & Pau. Sine licentia. intelligo petita & obtenta. Pau.

SVMMARIVM

1 Religiosi mendicantes capientes vel dimittentes loca ad habitandum excommunicati sunt.
2 Fratres predicatores edificare possunt in locis eis concessis.

Capitulum. lx.

1 Transgressores † cõstitutionis que religiosis mendicantibus domos ad habitãdũ de nouo vel loca quecunq3 recipere, seu recepta hucusq3 mutare vel ea trãsferre in alios vsus cuiusuis alienationis titulo & quõcunq3, excommunicationis sententie decernimus subiacere. constitutionis. Jo. a. constitutionis. Bonon. que habetur de exces. prela. c. vno. lib. vj. ibi dicit idẽ Joan. in glo. i. Talis constitutio hoc dicit quod mendicantes non possunt acquirere noua loca ad habitandum vel antiqua alienare vel mutare absq3 spáli pape licétia, que de hac prohibitione faciat mentionẽ in acquirentibus tamen loca pro heremitica vita ducenda cessat prohibitio. Idem in secũda que incipit mendicantes. hi dicuntur mendicantes, quibus victum tribuit incerta mendicitas, & qui redditus aut possessiones ex regula vel constitutionibus habere non possunt extra de reli. domi. c. vno. lib. vj. quoad casũ decre. huius videt in omnibus mendicantibus idé ius. dicit Pau. q si domus corruat cuius tamen solum continue remanet in dominio ipsorum mendicantium, licet de nouo reedificetur, non incurrit excommunicationem. Secus autem si locus etiam non diruptus desierit esse de ipsorum dominio & habitatione, & postea nouo iure illud acquirant, & quia tunc incurrit.

2 † Et no. quod ecclesias oratoria & alia edificia fratres predicatores vsibus suis possunt construere & edificare in locis, scz eis concessis. & quod tam prelati contra edificantes & construentes excommunicationis sententiã ferre non possunt. Alex. Item nulli de ordinibus paupertatis lz oratorium vel ecclesiam construere seu constructam recipere iuxta ecclesias predicatorum & oratoria eorum infra spatium. cxl. cannarum, & si secus factum fuerit dirimatur cle. quia plerisq3. Item fratres predicatores immutatione locorum possunt secũ deferre omnem edificiorum materiam, exceptis ecclesijs dedicatis libros, calices, paramenta, & alia bona & edificia relicta cum solo & alijs preter ecclesias vendere, & precium in eorum vtilitates

conuertere, non obst. quorumcunqꝫ prelatorum contradictione. Boni. virtute.

SUMMARIUM

1 Religiosi fauentes begbinas in eorum statu reprobo excommunicati sunt.
2 Sorores tertij ordinis promittunt obedientiam ⁊ habent regulam non proprie quo ad tria substantialia.
3 Beghine vt non teneantur hac. l. quid requiratur.
4 Religiosi cum beghinis participantes etiam in non crimine excommunicati sunt.

Capitulum. lxj.

1 Sacro † approbante concilio perpetuo prohibendum duximus, ⁊ a dei ecclesia penitus abolendi, eisdem ⁊ alijs mulieribus quibuscunqꝫ sub pena excommunicationis quam in contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, iniungentes expresse, ne statum huiusmodi dudū forte ab ipsis assumptum quoquo modo sectentur vlterius vel ipsum aliquatenus de nouo assumant. Predictis vero religiosis per quos eedē mulieres in huiusmodi statu fouere beghinali ad ipsum suscipiendum duci dicunt sub simili excommunicationis pena quam eo ipso si secus egerint se nouerint incursuros, districtius inhibemus, ne mulieres aliquas predictum statum assumptum sectantes vel de nouo assumentes quoquo modo admittant prebentes super hoc auxilium consi-
2 lium ⁊ fauorem. de reli. domi. c. j. in cle. † Videtur ꝙ hec constitutio sorores minorum que dicuntur tertij ordinis non includat, cum ille promittant obedientiam, ⁊ habeant regulam non proprie quoad tria substantialia, sed quendam modum viuendi per se. apost. approbatū quod mihi constat. ⁊ facit infra de sententia excommuni. cum ex eo. Secundus ordo, scilicet minorum est sororum sancte clare, que profitentur substantialia, sed differt a primo qꝛ habent proprium in communi quod non habet ordo fratrum minorum. Joan. and. Hec autem beghine que hic reprobantur, nec obedientiam promittunt, nec regulam aliquam approbatam profitentur, ⁊ opiniones catholice fidei contrarias introducunt, vt dicitur supra in tex. dicte clemen. Sed nec sorores de penitentia beati Dominici includit hec constitutio cum ille promittant obedientiam ⁊ regulam habeant a sede apostolica approbatam quod mihi constat. Item hic non prohibentur mulieres fideles, que promissa continentia vel non promissam penitentiam agere volunt ⁊ in humilitatis spiritu domino deseruire, vt
3 dicitur in fi. huius cle. † Fran. de zaba. in lectura super illa clem. querit an quodlibet eorum que hic numerantur, valet promissio obedientie, vel renuntiatio propriorum, aut professio regule approbate sufficiat ad hoc vt beghine non tenerētur, ⁊ dicit ꝙ nō. quantum ad prima duo etiam si religiose nisi profiteantur regulam a se. apostol. approbatam. de vo. c. vnico. libro. vj. si tamen habent regulam vel vitam per papam approbatam, hoc sufficeret etiam sine renūtiatione proprij, vt de sororibus tertij ordinis minorum. Dicit glo. quam hic habes supra, ⁊ idem Paul. qui allegat extrauagantem Joan. xxij. sancta Romana. ⁊ hanc ha-
4 bes. j. † Et dicit idem ꝙ religiosi participantes cum talibus beghinis etiam non in crimine sunt excommunicati secundū Paulum sed Lau. zen. ⁊ Math. intelligunt hoc de participantibus in crimine criminosis, idest fouentibus eas in beghinatu, vel inducentibus ad hoc suscipiendum. Et quāuis huic excommunicationi esset locus per. c. nuper etiam si hoc non exprimeretur, tamen ideo hic expressit de excommunicatione, qꝛ solet plus timeri ⁊c. xxiij. distinc. ꝗꝗ. vel saluando priorem intellectum dic pro eo ꝙ litera dicit vllo modo etiam si fauor non prestetur directe sed indirecte, adhuc est locus huic pene quod secus esset in. c. nuper. ⁊ sic dicemus ꝙ eo ipso ꝙ religiosi easdem admittunt ad aliquam communionem tolerando eas in hoc statu dicuntur fauere etiā non dent fauorem directe, ⁊ sic incidunt in excommunicationem. Laici vero participantes cum talibus in crimine criminoso, non est dubium ꝙ incidunt per. c. nuper. Sed participantes alio modo vel fauentes indirecte non incidunt per argumē. a contrarijs. quia clemen. loquitur de religiosis. Laudul. ⁊ zen. ⁊ dicit idem zen. de episcopo.

SUMMARIUM

1 Interdicti tempore si fratres minores admittūt ad diuina illos de tertio eorum ordine excommunicati sunt.
2 Fratres tertij ordinis sancti Francisci an priuilegio gaudeant clericali ⁊ nu. seq.
4 Quid de fratribus ⁊ sororibus tertij ordinis sancti Dominici.

Capitulum. lxij.

1 Districtius † inhibemus fratribus minoribus ne de cetero aliquem vel aliquam ex fratribus vel sororibus de tertio ordine quem beatus Franciscus instituit, ⁊ ēt si super hoc hi vel illi priuilegijs quibuscunqꝫ muniti extiterint, ad diuina in suis ecclesijs tempore interdicti quoquo modo admittant, quod si fecerint excommunicationis sententie eo ipso se nouerint subiacere. de sententia excommuni. cū ex eo. in cle. Minoribus. alios vero non ligat hec constitutio. Joan. an. Hi vel illi, hi fratres minores vel illi. s. fratres ⁊ sorores tertij ordinis. Et est mirabile, qꝛ in eo casu in alijs ecclesijs recipi possunt si priuilegium est generale. Jo. and. Suis ecclesijs. per hoc verbum quod ēt supra premisit, dico ꝙ si in alienis ecclesijs hoc facerent cessat hec pena. posset tamen hic locum habere alia pena excommunicationis. Joan. an. Admittant, nisi inquantum illis ⁊ alijs permittitur, secundū. c. fi. eo. titu. lib. vj. Joan. and. Subiacere. ab hac sententia nō possunt absolui nisi per Romanum pontificem vel satisfactione pre-
2 missa per locorum episcopos, vt dicitur in fine huius cle. † Queritur a doctoribus vtrū isti de tertio ordine beati Francisci gaudeant clericali priuilegio. De quo. xvij. q. iiij. Si quis suadente. vel fori. De quo. ij. q. j. ⁊. c. ij. Jo. cald. in quodam consilio suo tenet, ꝙ nullo eorum gaudent arg. xij. q. j. duo. Non enim sunt clerici nec religiosi, idest religati religioni, stricte sumpto vocabulo, idest obligati ad tria vota. vnde ꝭm Franciscum de zab. contrahere possunt matrimonium ⁊ vti contracto, ergo ⁊c. Idē tenet Laudul. zen. vero ⁊ Guido tenent ꝙ gaudent priuilegio clericali personali. s. ꝙ injciens manus violentas in eos est excommu-
3 nicatus qꝛ sunt persone ecclesiastice. † Lampus ⁊ Bar. plus dicunt ꝙ gaudent tales priuilegio fori seu reali, idest ꝙ non debēt conueniri sub iudice seculari, nec cū laicis soluere collectas. Dicit tamen idem Bar. istud vltimum perusij non seruari, qꝛ conueniuntur sub iudice seculari. Allegant ista Petrus de ancha.
4 ⁊ Fran. de zab. super hac cle. † Cum autē fratres ⁊ sorores tertij ordinis beati Dominici habeant regulam approbatam secundum modum viuendi ab ecclesia, qꝛ per Boni. sicut ⁊ isti. immo in hoc sunt magis illis priuilegiati, ꝙ tempore interdicti admitti possunt ad diuina fratrum, non video quare non debent gaudere simili priuilegio sicut illi.

SUMMARIUM

1 Pactum facientes vel promittentes aliquid in curia pro aliqua gratia vel iustitia obtinenda excommunicati sunt.

Capitulum. lxiij.

1 Excommunicamus † ⁊ anathematizamus ex parte dei omnipotentis patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti auctoritate quoqꝫ apostolorū Petri ⁊ Pauli ⁊ nostra, oēs clericos ⁊ religiosos ⁊ laicos vtriusqꝫ sexus siue sint familiares curie siue alij vndecunqꝫ, qui aliqḋ pactum fecerint seu aliquod magnum vel paruum promiserint, vel promissione receperint aut ex pacto seu promissione occulta vel manifesta sub generalibus ⁊ plenarie non expressis. siue sub specialibus ⁊ expressis apertis verbis quicquid dederint aut receperint magnum vel paruum vel promissionem de quacūqꝫ re vel vtilitate propter hoc consequenda fecerint vel receperint pro aliqua iustitia siue gratia pro se vel pro alio in causis iudicijs seu alijs pro literis apostolicis ⁊ quibuscunqꝫ modis apud se. ap. obtinenda. ⁊ hanc sententiam ad promittentes, ⁊ acceptantes ⁊ accipientes duximus extendendam. Decernimus ēt vt nullus hāc incurrens sententiam excommunicationis pro predictis vel aliquo predictorū absqꝫ speciali mandato nostro absolutionis beneficium

neficium valeat obtinere, nisi forte ad nos accessum habere non posset in mortis articulo constitutus. nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur. nisi prius quantum dederit vel receperit integraliter pauperibus largiatur. Iustitiam vero vel gratiam sic obtentam nullius prorsus esse momenti volumus, carereque statuimus effectu & robore firmitatis. Sed & scienter vtentes illi simili sententia excommunicationis astringimus & reseruantes nobis absolutionem eorum cum premissis in omnibus ad penas similes obligamus. Io. and. in lectura super. c. nemo. de simo. istam allegat sic dicens. Hodie qui recipit vel facit promissionem de aliqua re recipienda pro gratia impetranda, vel iustitia consequenda in curia Romana est excommunicatus ipso iure per extrauagantem Bonifacij que incipit. Excommunicamus. Item in li. qui dicitur. directorium iuris. allegatur & ponitur excommunicatio huiusmodi extrauagantis. Anto. de bu. allegat & dicit eam durare. sed Io. de lig. in lec. super dicto c. nemo. de simo. dicit secundum Io. cal. fuisse hanc extrauagantem reuocatam. Pe. de pa. in. iiij. dicit quod dicitur fuisse istam extrauagantem Bonifacij reuocatam per cle. v. quod autem horum verius sit nescio.

SVMMARIVM

a Corpus defuncti scindentes pro ossibus transferendis excommunicati sunt, & absolutio pape reseruata est.

Capitulum. lxiiij.

a Andatur † vt nullus cuiuscunque defuncti corpus exenterare. vel in frusta concidere seu decoquere vel incidere aut ossa de carnibus euellere presumat. vt ossa eius ad partes alias deferant quantumcunque defunctus ibi eligeret sepulturam, sed aut simpliciter aut ad tempus vbi decesserint vel illi vicino loco ecclesiastice sepulture tradatur, ita quod demum in cimiterio corpore tunc ad locum vbi sepulturam elegerint deportetur & sepeliatur in eis. si quis autem etiam si pontificali dignitate prefulgeat contra faceret ipso facto est excommunicatus, cuius absolutio reseruatur pape nisi in mortis articulo. hoc in quadam decre. Boni. ij. que incipit detestandum. Audiui a peritis quod si quis incideret corpus defuncti ad superstitionem faciendam. quamuis grauius peccaret quam si faceret hoc ob transferendum propter sepulchrum non tamen incideret in sententiam. quia pene non sunt extendende vltra proprios casus. de pe. distinc. j. §. pene.

SVMMARIVM

a Simoniaci in ordinibus vel in beneficijs excommunicati sunt.

Capitulum. lxv.

a m Vlte † contra simoniacam prauitatem abolite sunt constitutiones quibus morbus ille non potuit extirpari, volentes de cetero vt possumus prouidere sacro approbante concilio declaramus. quod ordinati simoniace ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem postulationes, confirmationes, & queuis prouisiones simoniace ecclesiarum monasteriorum & dignitatum personatuum officiorum & beneficiorum quorumcunque deinceps facte nulle sint ipso iure nullumque per illas ius cuicunque acquiratur nec promoti confirmati ac prouisi faciunt fructus suos, sed ad illorum restitutionem tanquam inique teneantur ablatorum percipientes statuentes insuper quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant etiam si pontificali aut cardinalatus prefulgeant dignitate. Martinus. v. in concilio constantiensi.

SVMMARIVM

a Simoniam quam nouit non reuelantes excommunicati sunt.

Capitulum. lxvi.

a Statuimus † & precipimus vt omnes cuiuscunque status conditionis preeminentie vel dignitatis existant qui sciunt aliquem simoniam commisisse. infra duos dies naturales postquam ad sui notitiam deductum extiterit, teneatur si presens fuerit in Romana curia. nobis vel apost. se. camerario suo aut vices gerenti. & tunc in vnius vel duorum testium presentia reuelare sub eisdem excommunicationis, suspensionis alijsque censuris & penis quibus vt prefertur ipsum auctorem simonie esse volumus innodatum quas dictus non reuelans vt predicitur seu tegens simoniam tanquam eiusdem fautor sceleris incurrat ipso facto, cuius absolutionem nobis & successoribus nostris specialiter reseruamus. decernentes ex nunc irritum & inane si secus sup his a quoquam quauis auctoritate scienter ignoranterue contingerit attentari. Marti. v. in predicta extrauaganti que vacat.

SVMMARIVM

a Dantes vel recipientes aliquid pro ingressu monasterij excommunicati sunt.

Capitulum. lxvij.

a v Niuersis † & singulis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis & magistris, necnon abbatissis priorissis & alijs prelatis quouis nomine nuncupentur & eorum officialibus inhibemus. vt a personis tam maribus quam mulieribus religionem ingredi volentibus eorum ecclesias monasteria, prioratus, domos seu loca, in earundem personarum receptionem aut ante vel post nulla quecunque pastus, prandia siue cenas pecunias & iocalia aut res alias etiam ad ecclesiasticum quemuis vsum pium deputata seu deputanda, de cetero directe vel indirecte, petere vel exigere quouis modo presumat, sed eas potius cum omnimoda charitate recipiant & in victu & vestitu sicut alias personas ecclesiarum suarum, monasteriorum, prioratuum, domorum, aliorumque locorum sincera charitate pertractent. illa duntaxat qui ipse persone ingredientes pure ac sponte ac plena libertate omnique pactione cessante dare vel offerre ecclesijs, prioratibus, monasteriorum domibus & locis huiusmodi voluerint cum gratiarum actione licite recipere. Nos enim eos qui secus egerint, si singulares persone sint tam dantes quam recipientes huiusmodi excommunicationis vinculo innodamus. Si vero capitula seu conuentus fuerint suspensionis sententijs eo facto decernimus subiacere a quibus preterque in mortis articulo absolui nequeant absque se. ap. sententia speciali. Urba. v. in extrauaganti que incipit, sane seu ne in vinea. Audiui a fide dignis quod Marti. iste. v. habuit dicere quod nolebat quod incurrerent moniales pro huiusmodi datis que fiunt pro ingressu monasteriorum censuram aliquam ecclesiasticam & precipue excommunicationis.

SVMMARIVM

a Literas electi in papam impugnantes etiam ante incoronationem excommunicati sunt.

Capitulum. lxviij.

a q Vicunque † impugnat literas electi in papam, aut etiam antequam coronetur cum per ipsam electionem canonice factam sibi ius sit acquisitum papatus. & ex ipsa electione canonica confirmatus sit & exercere possit officium suum ante coronationem. vt. xxiij. distinc. in nomine domini. talis ipso facto est excommunicatus. vt in extrauaganti Benedicti. xj. que incipit non quia nonnulli.

SVMMARIVM

a Glosantes seu exponentes in scholis clem. exiui de verb. signifi. aliter quam litera dicat excommunicati sunt.

Capitulum. lxix.

a g Losantes † seu exponentes in scholis aliter quam litera dicat clementinam illam. Exiui de paradiso. vbi exponitur regula beati Francisci, sunt excommunicati per quandam extrauagantem Nico. vnde illa clemen. non solum reperitur inglosata, sed illa extrauagans fuit suspensa quoad illam excommunicationem per aliam

extrauagantem Joan. xxij. cuius suspensionis exemplar vidi. ⁊
hoc etiam dicit Fran. de zaba.

SVMMARIVM

1 Monasteria monialium predicatorũ, vel minorum in casu non concesso intrantes excommunicati sunt.
2 Quid si ignorans sniam intret an incidat in excõicatiõ. ꝙ non.
3 Libellos famosos faciens in detractionem ordinis predicatorum ⁊ minorum excommunicatus est.
4 Idẽ si doceat ꝙ tales fratres non sunt in statu perfectionis ⁊ ꝙ non liceat de eleemosinis viuere, nec predicare.
5 Violentiaꝫ facientes in locis predicatorum ⁊ minorum excommunicati sunt.
6 Apostatas ordinis predicatorum retinentes excommunicati sunt.

Capitulum. lxx.

1 Intrantes † monasteria monialium ordi-
nis predicatorum siue secula
res siue persone ecclesiastice sint in casu nõ concesso
a constitutionibus earum, vel sine licentia magistri
ordinis aut alterius ab ipso magistro habente super hoc pote-
statem, sunt ipso facto excommunicati, a qua non possunt absol-
ui preterquã in articulo mortis nisi a papa vel magistro ordinis
vel ab alio habente super hoc specialem auctoritatem ab aliquo
predictorum. ⁊ ista sententia est lata ẽt per papam in bulla ordi-
nis quam vidi. Intrantes monasteria sancte clare seu monialiuꝫ
ordinis minorum in casibus nõ concessis in regula ipsarum, vel
sine licentia eorũ qui dare possunt, sunt ipso facto excõicati ⁊ pa
2 pe absolutio reseruatur siue generali ipsius ordinis. ¶ † Nota
tamen ꝙ in locis vbi tales sententie nunquam vel quasi nunquã
sunt promulgate si quis intraret talia monasteria nesciens taleꝫ
sententiam, ⁊ nõ causa malefaciendi puto ꝙ nõ incideret in sniaꝫ
cum ignorantia quasi inuincibili laboret, ⁊ hoc põt trahi ex di-
ctis Ant. de bu. š. excõicamus ⁊ dictis Tho. sed si intrat laicus
vel alia persona ad malefaciendum tunc quãuis ignoret sniaꝫ ⁊
ẽt haberet iustam causam ignorantie nõ excusat ßm Pe. de pa.
3 † Quicunqꝫ libellos famosos in vulgari seu literali sermone nec
non cantilenas vel rythmos edere vel detinere vel publicare pre
sumunt in infamiam ⁊ detractionem status ordinis fratrum pre
dicatorum ⁊ minorum sunt excõicati, a qua excõicatione nõ pos
sunt absolui nisi personaliter sedi apostolice se presentent. Ale-
4 xander in priuilegio. Ex alto. ⁊ in alio. Non sine multa. † Qui-
cunqꝫ predicare docere vel defendere presumunt ꝙ predicato-
res vel minores non sint in statu perfectionis, ⁊ ꝙ non liceat eis
de eleemosinis viuere, ⁊ ꝙ non liceat eis predicare vel confessio-
nes audire de licentia summi pontificis ⁊ aliorum prelatorum in
feriorum ⁊ rectorum ecclesiarũ aut sacerdotũ parrochialiũ con
sensu minime requisito, sunt excõicati a qua snia non pñt absolui
5 nisi personaliter se. ap. se presentẽt. Alex. vbi. š. † Quicunqꝫ pre
sumunt in locis nostris violentiã dãnabilẽ exercere eo ipso sniaꝫ
excõicationis incurrunt a qua absolui nequeũt nisi per se. ap. vel
per conseruatores nostro ordini deputatos. Clemens in quibus
6 dã locis. ⁊ Alex. † Quicunqꝫ in monasterio vel ecclesijs suis de
tinent apostatas ordinis predicatorum nisi eos eiecerint postꝙ̃
eis per fratres nostros ne eos detineant fuerit denuntiatuꝫ sunt
excõicati. Boni. in priuilegio virtute. Itẽ fratres minores qui p̃
sumunt recipere fratres ordinis predicatorum professos sine li-
centia summi pontificis faciente expressam de indulto hmõi mẽ
tionem, vel nisi prius suorum priorum licentia fuerit petita ⁊ ob
tenta sunt excõicati. Cle. ad minores quo nos. Idem de heremi
tanis. Alex. ad heremitas vestram. Itẽ magistri rectores artista
rum ⁊ scholares studij parisiẽsis qui publice vel occulte fratres
predicatores vel minores a cõsortio vñis parisieñ. excludere mo
liuntur, sunt ipso facto excommunicati a qua excommunicatio-
ne absolui nequeunt nisi personaliter sedi apostolice se presen-
tent. Alexan. Ex alto.

SVMMARIVM

1 Fratres mendicantes transeuntes ad ordinem monachaleꝫ sine licentia pape sunt excommunicati.

Capitulum. lxxi.



1 Nullus † religiosus de ordinibus mendicãtium
quorũcunqꝫ cuiuscunqꝫ status ordinis conditionis
aut religionis existat, quocunqꝫ ⁊ qualitercunqꝫ pos
sit vel debeat virtute cuiuscunqꝫ licentie ac indulti apostolici seu
penitentiarie pape legatorũ ⁊ nuntiorum sedis predicte curã ge
rentis vel alia quauis auctoritate, hactenus ẽt per bullas apo-
stolicas facultatum quorũuis auctoritate tam legatorum ꝙ̃ nũ
tiorum sedis prefate, necnon ⁊ pniarie hmõi pro tẽpore curã ge
rentis, ꝙ̃ aliorũ quorũcunqꝫ sub quauis ptãte aut auctoritate,
maxime de transferendis fratribus aut aliquibus presertim or-
dinum mendicantium professoribus in genere vel spẽ ab ordini
bus hmõi mendicantium ad monasticos ordines sub quacunqꝫ
verborum conceptione appareãt admitti, seu recipi per aliquos
ẽt superiores ordinis seu monasterij aut loci monastici, seu alias
in monachum vel fratrem alicuius ex ordinibus monasticis taꝫ
sancti Benedicti ꝙ̃ cisterciensis camalduleñ. vallis vmbrose ca
nonicorũ regularium sancti Augustini vel alijs expressis vel nõ
expressis ordine carthusiensium dũtaxat excepto sub pena excõi
cationis, in quã tam recipientes ꝙ̃ recepti ipso facto incurrant,
⁊ a tali excõicatione non possunt absolui citra se. ap. preterꝙ̃ in
mortis articulo. ⁊ nihilominus aliter facta non tenent ⁊ nul-
lius existunt efficacie vel momenti. Ex concilio Constantieñ.
sub Martino. v.

SVMMARIVM

1 Excommunicationes que annuatim fiunt in curia in cena domini contra multa hominum genera.
2 Dignitas ecclesiastica multis cognoscitur modis.
3 Personatus quomodo cognoscatur.
4 Officium ponitur aliquando pro dignitate ⁊ personatu.
5 Officium quomodo cognoscatur.
6 Dignitatem habens personatum habere dr̃ sed non econuerso.
7 Personatus in prouincia dicuntur priores, in terra laboris dicuntur abbates.
8 Dignitas ecclesiastica quid sit.

Capitulum. lxxij.

1 Martinus † eps̃ seruus seruorum dei.
Ad perpetuã rei me-
moriam, excõicamus, ⁊ anathematizamus ex parte
dei oĩpotentis patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti auctorita
te quoqꝫ beatorũ Pe. ⁊ Paul. apl̃orum eius ac nostra, oẽs he
reticos, gazaros, paterenos, pauperes de lugduno, arnaldistas,
speronistas, passaginos, viclefistas, hussitas, fraticellos, ⁊ quosli
bet alios hereticos quocunqꝫ noĩe censeant̃, ac oẽs fautores, re
ceptatores, ⁊ defensores eorundem. ¶ Item excõicamus, ⁊ ana
thematizamus oẽs, qui in terris suis pedagia noua imponunt.
¶ Item excõicamus, ⁊ anathematizamus oẽs falsarios bulle si
ue literarum apostolicarum supplicationem gratiam, ⁊ iustitiam
continentiũ per summum pontificem, vel vicecancellarium, seu
gerentes officiũ, vel vices vicecancellarij sancte Romane eccle-
sie de mandato eiusdẽ summi pontificis, aut gerentis officiũ pre
dictorum signantes supplicationes easdẽ. ¶ Item excõicamus
⁊ anathematizamus piratas, ⁊ receptatores, ⁊ illos qui equos,
arma, ferrũ, lignamina, ⁊ alia prohibita deferũt saracenis, q̃bus
christianos impugnant. ¶ Item excõi. ⁊ anathe. impediẽtes seu
inuadentes victualia seu alia ad vsum Romane curie necessaria
66 gister Joan. Nider in suo preceptorio. ꝑcepto primo. c. xi.† vcꝫ in rebus, fama, corpe, vsu ratiōis, ꝛ vita. De rebus pꝫ Job. i. ꝛ ij. Cui pecora demū abstulit ꝛ liberos. De fama pꝫ in legenda beati Hieronimi originaliter. iij. pte epistolaꝝ. tractatu. xv. epistola. lxxxvi. c. iij. qd̄ diabolus se transformauit in formā sancti Siluani epi in nazareth amatoris sancti Hieroni. qui demon feminam nobilē nocte in lecto precari ꝛ ꝓuocare cepit ad luxuriā verbis ꝛ inde factis solicitauit ad malū, q̄ cū clamaret, demon in spē epi, statiꝫ sub lecto se abscondit vbi reqsitus inuentus p luxuriosa verba se mentitus est esse epm̄ Siluanū, in crastinū aūt sanctus vir disparente diabolo diffamatus est grauissime, q̄ infamia tādem circa sepulchrum sancti Hieronimi fatente diabolo in possesso corpe purgatus est. De corpe pꝫ in beato Job. qui ꝑcussus est a diabolo vlcere pessimo. Job. ij. De nocumēto vsus rationis ꝛ vexatione interioꝝ sensuū, pꝫ i possessis ꝛ arreptis p euāgelicas ēt historias. d̄ morte ꝛ qd̄ vita ēt quosdā priuet, pꝫ Thobie. iij. de septē viris virginis Sare occisis pp luxuriosum, ꝛ effrenē appetitū in virginē Sarā q eiusdē nō erāt digni matrimonio. hec Nider, sed qbus modis ledāt.

O
67 **Dicit** sanctus Bonauētura in. iiij. di. xxxiiij. arti. ij. q. ij. i r̄nsione vltimi argumēti loquēdo de ipedimēto matrimonij p maleficiū, dr̄ q talis ipedit⁹ demonis ipedit̄ q̄ adsistit ꝛ se obijcit ꝫ petitionē sortilege mulieris ꝛ malefice. Impetrāte h̄ merito infidelitatis fides ipetrat vt deus adsistat ad faciēda miracula, sic sortiaria respcū psone dterminate facit sortilegiū, qꝛ diabolus in actu illo p̄sto e, ꝛ tūc vel ꝓpria xtute, vel per

per herbā, vel p lapidē, vel nām occultā vim impedit, ne in actū
exeat nō respectu alterius mulieris, qꝛ ad hoc inuitatus fuit, aut
qꝛ deus nō pmittit. Occultū.n.dei iudicium hic latet, sicut pꝫ in
vxore Thobie, hec ille. Sed quare ptās maleficoꝝ pmittit de‑
monibus in actu gñatiue potētie, potius q̄ꝫ in alijs. Respondet
sanctus Thomas in.iiij.distinc.xxxiiij.artic.ij.ad primū, qꝛ per
eam peccatum originale transfunditur.

P
68 Attende tñ qꝺ verba † vel lapis vel alia hmōi nullaꝫ
vim hñt ad effectū malefici q̄ꝫtū est de se vt
dicit.s.Tho.j.pte.q.cxv.arti.v.ad.iij.allegans Aug.xxj.de ci‑
uitate dei. qꝺ demones alliciunt p varia gña lapidū, herbarū, li‑
gnoꝝ, aialiū, carminū, rituū, nō vt aialia cibis, sꝫ vt spūs signis
inquātū si hec eis exhibent in signum diuini honoris cuius ipsi
sunt cupidi. His ergo rebus vtit maleficus vel malefica instin‑
ctu demonis p pactū inuocationis tacite vel expresse vel ad infa
mādū creaturas dei, q̄ de se bone sunt, vel ad maiorē credulitatē
⁊ deceptionē fidei aiarū hoium pditorum q his ⁊ alijs vtunt ad
demonū inuocationē, nō igit vtit maleficus immo verius demō
hmōi tanq̄ꝫ rebus efficacioribus ad tale maleficiū, sed tanq̄ꝫ si‑
gnis pacti illius inter se ⁊ ipsum maleficum quem iā vt suū culto
rem possidet tanq̄ꝫ hereticum ⁊ a fide alienum.

Q
69 Quod aūt sint isti hr̄tici † est articulus de erroribus cir
ca artē magicā qꝺ inire pactū cū demonibus ta‑
citū vel expressum nō sit idololatria, vel spēs idololatrie ⁊ apo‑
stasie. Error. ⁊ intēdimus pactū esse implicitū in oi obseruatiōe
supstitiosa, cuius effectus nō dꝫ a deo vel nā expectari rōnabilr.
Unde talia exercens idolatra est, qꝛ inter alios articulos de er‑
roribus circa artē magicā quos ponit Gerson, quartus in ordi
ne est qꝺ p artes magicas demones in lapidibus, ānulis, aut spe
culis, aut imaginibus noie eoꝝ ꝯsecratis, vel potius execratis
inducere, cogere, vel arcere, vel eas velle viuificare nō sit idolo‑
latria. Error. ⁊ articulus.xix. qꝺ sanguis vpupe vel hedi, vel al‑
terius aialis, vel pgamenū virgineū, aut coriū leonis ⁊ silia ha‑
beant efficaciā ad expellendū demones ministerio hmōi artiuꝫ.
Error. Intellige hoc vt sunt res, qꝛ vt sic sunt ⁊ bone a deo sunt,
sed vt dictū est vtit his maleficus vt signo inuocati demonis ta‑
cite vel expresse, ⁊ quod dico de his rebus intelligo de caracteri
bus quibus sepissime vtuntur in suis superstitionibus.

R
70 Attende tñ qꝺ vbi p † maleficiū deo pmittēte occul‑
to iudicio, ⁊ diabolo ꝓcurāte ꝯcubitus non
sequit inter ꝯiugatos, vel alicuius alterius maleficij effectus ap
paret. nō ad magos, ⁊ necromāticos, ⁊ sortilegos est recurrēdū
p solutiōe ⁊ remedio vt in hac nr̄a tēpestate ad quosdā nephan
dos sacerdotes passiꝫ isti vulgares ꝯcurrere nō verent. Sed ad
deū p humilē ꝯfessionē, ⁊ deuotā orationē. vt hr̄.xxxiij.q.j.c.vlt.
⁊ Gerson ꝺ erroribus. circa artē magicā inter quosdā articulos
Parisius declaratos, ponit qntū in ordine dicēs ꝙ licitū sit ma
gicis artibus vel alijs qbusdā supstitiōibus a deo aut ab ecclesia
ꝓhibitis aliqua facere ꝓ quocūqꝫ bono fine. Error. Qꝛ ꝺm apo
71 stolū. † Nō sunt faciēda mala vt bona eueniāt. arti.vj. qꝺ licituꝫ
sit ēt ꝑmittēdū maleficia maleficijs repellere. Error. ⁊ de hoc hā
bes exēplū in legēda bti Jacobi qualiter soluit Philetū a vin‑
culis qbus Hermogenes maleficus eū arctarat, cū nō p incanta
tionē, sed virtute illius oraculi.s. Dñs soluit cōpeditos, dñs illu
minat cecos, Dñs erigit elisos ⁊c. Cuius ꝯriū fecit Saul, vt hr̄.
j.Reg.xxviij. vbi dicit qꝺ Saul phitonissam ꝯsuluerit, nec spe‑
rauerit in dño, pp qꝺ interfecit euꝫ ⁊ transtulit regnum eius ad
Dauid. Sed magr̄ Jo. Nider precepto.j.c.x. mouens qōnē an
licitū sit talia maleficia tollere, q rñdet sub distinctione ꝯformi‑
ter ad doctores qꝺ aut tolli pñt sine supstitiosis modis vt p lici‑
tū exorcismū, aut p orationē, vel p intercessionē sctōrum, vel p sa
cr̄alē malefici ꝯfessionē, vel p precisam ostēsionē seu indicationē
alicuius q scit vbi est imago, vel p solū motū localē vel mō con‑
gruo. silr ⁊ sic est licitū aut nō pōt tolli nisi p superstitiosum mo‑
dū vel p noua maleficioꝝ opera, ⁊ sic est illicitum per auctorita‑
tē apostoli supradictam, non sunt facienda mala ⁊c. Hec ille.

S
72 Quare aūt ad predictos † necromanticos sacrilegos ⁊
diuinos nullus dꝫ ꝯcurrere vltra hec qꝺ peccāt
mortalr ⁊ participes efficiunt culpe ⁊ dānationis ipsoꝝ. Rō est,
qꝛ ipsi ⁊ si deo pmittēte aliqñ vera dicunt, eoꝝ tñ testimonio nō
est vtendū, qꝛ sepius fallunt ⁊ mentiunt. Pꝫ qm̄ in spū veritatis
falsitas non est, in spū aūt mendacij plurime qñqꝫ sunt veritates
vt vnica latenti falsitate decipiat, vt dicit Gerson de probatione
spirituū. hac rōne (inqt) ꝓhibuerunt a testimonio veritatis quā
fatebantur, ⁊ Xp̄s demoniacos, ⁊ Paulus phitonissam. Act.
xvij. Et alibi theologizat aliqñ demon (ait Thimacus vt pꝫ in
euangelijs) ēt corā Jesu quē tētare p̄sumpsit ⁊ dicere scriptū est.
Angelis suis deus mādauit de te. Et nihilominus ꝓhibuit euꝫ
xp̄s vt dictū est ne testimoniū q̄ꝫtūlꝫ in supficie veꝝ acciperet a de
moniacis, vel phitonibus, vel magicis maledictis. Nā q̄ cōica‑
tio lucis ad tenebras ⁊ xp̄i ad belial vt dr̄.ij.ad Thes.vj. Rō pri
ma, qꝛ isti phitones ⁊ necromātici sunt excōicati. Scda, qꝛ nullū
verū bono fine dicunt. Tertia, qꝛ ꝯtinuo aut tādē falsitatē inge‑
runt ⁊ sic premittūt veritati. Non est.n. doctrina fallēs q̄ vera
nō misceat, ꝺm Bedam. Sciendū tñ est ꝙ aliud est inuocare de
monē ad aliqd sciendū, vel agendū ab eo (qꝺ nunq̄ꝫ lꝫ) Aliud ē
ab ipso non inuocato occurrente aliqd inquirere pp vtilitatem
alioꝝ, ⁊ maxime qñ virtute diuina pōt cogi ad dōm aliqua ve
ra sicut aliquando fuerunt plures sancti.

T
73 Sequit nunc qualiter † actus ille.s. submergēdi imagi
nē.s. Pet. sit sacrilegiū: Nā vt dicit.s.Tho.
ij.ij.q.xcix.arti.j. Sacrilegiū est sacre rei violatio.i. sacre rei le‑
sio, ⁊ ꝓbat sic. sacrū dr̄ aliqd ex eo qꝺ ad diuinū cultū ordinat.
Sicut aūt ex eo qꝺ aliqd ordinat in finē bonū sortit rōne boni.
Ita ēt ex hoc qꝺ aliquid deputat ad cultū dei efficit quoddā di
uinū. Et sic ei quedā reuerēria debet que refert in deū. ⁊ iō om‑
ne illud qꝺ ad irreuerentiā rerū sacrarū ptinet, ad iniuriā dei pti
net, ⁊ hꝫ sacrilegij rōnē. Hec ille. Sed qꝺ talis submersio imagi
nis sit sacrilegiū ꝓbat per ipsum ex tertio artic. vbi ponit qꝺ spe
cies sacrilegij distinguit ꝺm res sacras, ⁊ qꝺ sacrilegiū diuersos
74 hꝫ gradus ꝺm drīam rerum sacrarū locoꝝ ⁊ personarū. † Tan‑
to.n. sacrilegiū est grauius quanto res sacra in qua peccat maio
rem obtinet sanctitatē. Inter res aūt sacras summum locū obti
nent sacr̄a quibus homo sanctificat quoꝝ precipuū est euchari
stie sacr̄m quod continet ipsum Christū, ⁊ ideo sacrilegiū quod
ꝯ hoc sacr̄m cōmittitur grauissimū est inter oia. Post sacr̄m aūt
ꝺm locum obtinent vasa ꝯsecrata ad sacroꝝ susceptionē, ⁊ ipse
imagines sacre ⁊ reliquie sanctoꝝ quibus quodāmodo psone
sanctoꝝ venerant vel dehonorant. Hec ille. Constat.n. quod in
illo dementissimo actu submersionis imaginis sancti Petri vel
alterius cuiuscunqꝫ maxime illudit sanctus ⁊ dehonorat, ergo
cōmittunt sacrilegiuꝫ ⁊ maxime illi qui proh dolor dignissimo ⁊
pretiosissimo sacro eucharistie abutunt ad suas superstitiones ⁊
sortilegia exercenda, vt cōpertum est illos nephandos phitones
⁊ necromanticos in suis maleficijs frequenter abuti. Est ēt spe‑
ciale pctm̄ distinctū ab alijs vt idē doctor dicit arti.ij. predicte q̄
stionis, qꝛ in eo reperit specialis rō difformitatis, qꝛ.s. violat res
sacra per aliquā irreuerentiā ⁊ opponit virtuti religionis, ita qꝺ
ipsa irreuerentia ⁊ deordinatio que fit rei sacre dr̄ violatio. Si‑
cut enim honor est in honorante non in eo qui honorat, vt pꝫ.j.
Ethicoꝝ. Ita irreuerentia est in eo qui irreuerenter se hꝫ, q̄ꝫuis
ēt nihil noceat ei cui irreuerentiā prebet. Unde ēt res sacra non
violatur. Tamen quātum est in ipso sacrilego violat eam. Sicut
⁊ purpura regale indumentū facta honorat ⁊ glorificatur. Et si
quis hanc perforauerit morti dānatur quasi ꝯ regiam maiestatē
agens, quāuis nihil agat in regiā personaꝫ ꝺm Damascenū. Ita
si quis rem sacrā violet ex hoc ipso ꝯ deum irreuerentiā facit, ⁊
sic per irreligiositatem peccat. Hec ille.

V
75 Vera enim fides imagines † quasdaꝫ assumit ad di
uinum cultū in ecclesia quas fideles ado
rant, ⁊ in tabernaculo erant imagines cherubin (vt legit Exod.
xxv.) q̄ꝫuis neqꝫ in veteris legis tabernaculo seu tēplo neqꝫ etiā
nunc imagines constituunt, vt eis cultus latrie exhibeat, sed ad
quandam significationē vt per hmōi imagines mentibus homi
nū imprimat, ⁊ confirmetur fides de excellentia angeloꝝ ⁊ san‑
ctoꝝ. secus est de imagine Christi, cui rōne diuinitatis latria de
betur. Hec sanctus Tho.ij.ij.q.ccccxciij.arti.ij.ad primū. Sed
nunc ponere imagines Christi, ⁊ sanctoꝝ ⁊ adorare eas lꝫ, quā
uis non in veteri testō vt idem Doctor tꝫ in tertio sententiarū, ⁊
hoc adoratione dulie tantū, vt probat tertia parte.q.xxv. artic.
vj. de reliquijs sanctorum, ergo faciens irreuerentiā imagini fa‑
cit similiter imaginato, qꝛ vt idē Doctor tꝫ arti.ij. eiusdem que‑
stionis. Damascenus introducit Basiliū dicentē imaginis ho‑
nor ad prototipum pertinet.i. exemplar.

76 Nam vt idem doctor † dicit.ij.ij.q.lxxxj. artic.iij.
ad tertium, quāuis imaginibus nō
exhibet religionis cultus ꝺm quod in seipsis considerant quasi
res quedam, scꝫ de ligno ⁊ lapide, sed secundū quod sunt imagi
nes ducentes in deum incarnatū vel sanctos, motus aūt qui est
ad imaginē prout est imago non consistit in ipsa, sed tendit in id
cuius est imago. Nam ex hoc quod imaginibus Christi exhibe
tur religionis cultus nō diuersificatur ratio latrie, nec virtus re‑

religionis, Hec ille. Si ergo suo mō adorādi adoratione dulie fit imaginibus sanctorū, q2 eodē mō quo fertur quis in imaginem sancti honoris vel inuocationis fit expresse vel interpretatiue in ipsum sanctū, vñ cū meritū ꝛ actus religionis ꝯsistat in hoc qḋ homo reuerēter se habeat ad res sacras. sic, vt idē Doctor dicit in eo. lib. q. xcix. arti. iij. pctm̄ sacrilegij in hoc consistit qḋ aliqs irreuerēter se habeat ad rē sacrā. Debeẗ aūt reuerentia imagini sacre ratione sanctitatis eius sancti cuius est imago. Jḋ necesse est qḋ irreuerētia exhibita ipsi imagini tēdat in irreuerentiam ꝛ iniuriā ipsius sancti. Cuiusmodi est actus ille de quo in ꝓposito ꝛ aliorū plurimorū in simili necessitate irreuerēter ꝛ superstitiose baptizantium imagines ꝛ reliquias sanctorum.

Y
77 **Sed que** pena sit phitonū † sacrilegorū ponit. s. Tho. eo. lib. ꝛ qōne. s̄. noiatis. ar. iiij. Et est triplex. aliqñ excōicatio, aliqñ pecuniaria pena, aliqñ decapitatio. Hoc intellige ſm gradus diuersos sacrilegij, vñ ſm eundē doctorē excōicatione, vel pena pecuniaria debent sikes arceri a talibus nephādis opibus ꝛ in quo qs peccat p ea torqueaẗ. vt dr̄ Sapie. xi. ꝛ hoc mō cōueniens pena sacrilegij q sacris iniuriā infert est excōicatio p quā a sacris arceẗ, ꝛ q2 pene quasi medicine quedā infligunẗ, vt his territi hoīes a pctō desistant. Sacrilegus aūt q sacra non vereẗ non sufficiēter vr̄ a pctō arceri p hoc qḋ sacra ei interdicunẗ. de qbus nō curat. Et iō ſm leges humanas adhibetur pena capitalis, ſm vero ecclesie instituta que mortē corporalem non infligunt, adhibeẗ pena pecuniaria vt saltem penis temporalibus homines a sacrilegijs reuocentur.

Z
78 **Deinde** dōm est † qualiter isti tentāt deū in suo actu, dicentes submergatur. b. Petri imago si nobis apud deū pluuiā in eminenti necessitate nō impetrauerit. Pro quo notandū est qḋ vt dicit Tho. ꝯ. ij. q. xcvij. p totū. Deū tētat q experimentū sumit seu explorat p sua verba vel facta de dei potentia sapia pietate, ꝛ bonitate vel voluntate. Dr̄. n. qui experimentū sumit seu explorat tentare. q2 tentare est experimentuꝫ de aliquo sumere, ꝛ nullus experimētū sumit nisi ð re ignota vel dubia. Ex quo pꝫ qḋ ois deū tentans deum ignorat vel dubitat de
79 aliqua pfectione eius qḋ semp est pctm̄. † Sumimus aūt experimentū de aliquo, verbis ꝛ factis. verbis qdē vt experiamur an sciat qḋ q̄rimus vel possit, aut velit illū implere. Factis aūt cū p ea que facimus exploramus alterius prudentiā vel voluntatem vel potentiā. Utrunqꝫ horū ꝯtingit dupliciter. vno quidē modo aperte, sicut cū qs tētatorē se profiteẗ sicut Sanson iudicū. xiiij. ꝓposuit Philisteis ꝓblema ad eos tentādū, alio mō insidiose ꝛ occulte sicut Pharisei tentauerūt Christuꝫ, vt legiẗ Mat. x. qñqꝫ vero interpretatiue, qñ. s. si hoc nō intendat, vt experimentū sumat, id tñ agit vel dicit qḋ ad nihil aliud vr̄ ordinabile nisi ad experimentū sumendū. Si ergo isti deū tentāt in suo facto superstitioso ꝛ verbis ꝛ factis, nō aperte sicut Sanson, nō insidiose sicut pharisei, nō expresse, sed quasi interpretatiue q2 ꝛ si nō intendūt experimentū ð deo expresse assumere, aliqd tñ in hoc petunt vel faciūt qḋ ad nihil aliud est vtile vel ordinabile nisi ad ꝓ
80 bandū dei ptatē, bonitatē, vel cognitionē. † Nā presigiẗ ibi terminus opandi ipsi diuine oipotētie, prestituiẗ modus quo quasi cōpellaẗ operari ipsi diuine sapie. statuiẗ ēt finis ipsi diuine bonitati ꝛ clemētie. Nā qd aliud sonāt illa verba, si nobis apud deū nō impetrauerit pluuiā expostulatā, nisi tentare deum dubitādo de sua oipotētia ꝛ presigēdo sibi terminū ad diuinā operationeꝫ de sua bonitate ꝛ clemētia q̄ ex sola grā ꝓuenit velle p illicitos illos actus effectū attingere de sua sapia prestituēdo modū superstitiosum quo quasi cōpellaẗ ad libitū eorū petitionem ꝯcedere. Non ſm ordinē sue sapie que attingit a fine vsqꝫ ad finē fortiter ꝛ disponit oia suauiter. Sapie. viij. Scit etem̄ deus vtrum expediens ipsis illud sit vel ne, sed inꝙtū tps miserendi deo ꝯstituunt sikes sunt illis de qbus dr̄ Judith. viij. Qui posuerunt terminuꝫ vt si transactis quinqꝫ diebus deus nō misereẗ eis traderent se ꝛ ciuitatē suā in manu Olofernis principis Assiriorū, quos reprehendebat Judith inquiēs, q estis vos q tentatis dn̄m. nō est (inquit) iste sermo q misericordiā ꝓuocet, sed potius q irā excitet ꝛ furorē accēdat. Posuistis (ingt) vos tps miserationis diuine ꝛ
81 in arbitriū vestrū diē cōstituistis. vñ glo. dicit super hoc † qḋ nec tps nec modū pscribere dn̄o debemus sed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. vñ qdā puerū in oratione sua dixisse legiẗ. fili dei sicut scis ꝛ sicut vis miserere mei. Sicut. n. iudei illi quos reprehēdit Judith, grauiter peccauerūt presigētes deo terminū miserationis. vt dicit Nico. de lira ita ꝛ isti imaginū ꝛ reliquiaꝝ submersores. vtriqꝫ. n. visi sunt explorare diuina illicite, qḋ ēt ꝓbat. s. Tho. q. supius dicta. arti. ij. dicens ꝙ talis tētatio est peccatū, q2 ꝓhibeẗ in lege dei. Deut. vj. Non tētabis dn̄m deū tuū. ꝛ illud idem dn̄s ꝯ diabolū Mat. iiij. Est ēt actus virtuti religionis oppositus, q2 vt dicit gl. sup illud ps. Et tentauerūt deum in cordibus suis. tentare deū est inordinate postulare. Sed debito mō postulare est actus religionis, ergo tentare deū est actus religioni oppositus. Cōfirmaẗ q2 finis religionis est deo reuerentiā exhibere. Uñ oia illa q̄ directe ptinent ad irreuerentiam dei religioni opponunẗ. Manifestū est aūt qḋ tentare aliquem ad irreuerentiā eius pertinet. Nullus enim presumit tentare eum de cuius excellentia certus est. Unde manifestum est qḋ tentare deum est peccatum religioni oppositum.

A
82 **Nam ad** religionem pertinet prestari fideꝫ † p aliqua signa ad diuinā reuerentiā pertinētia, ꝛ ideo ad religiositatē ptinet ꝙ ex incertitudine fidei homo aliqua faciat que ad diuinā irreuerentiā ptinent cuius est tentare deū. ꝛ iō est irreligiositatis spēs ꝛ grauissimū pctm̄ non tñ grauius q̄ supstitio, vt idē. s. Tho. tꝫ in predicta. q. ar. iij. ꝛ. iiij. ꝛ dat rationē q2 grauius peccat superstitiosus ꝛ magis diuine reuerētie aduersaẗ qui suo facto protestaẗ errorē ꝯ diuinā excellentiā q̄ qui protestaẗ dubitationē vt qui tentat deum dubitanter de diuina excellētia, vcꝫ potentia, sapientia, vel bonitate vt dictum est.

B
Ex his enim supradictis apparet qualiter predicti superstitiosi ēt scandalū committunt, q2 suis dictis vel factis minus rectis alijs prebent occasionē ruine. Necesse est (in
83 quit saluator Marci. ix.) vt veniāt scādala. † Necessitas tñ hec est ꝯditis nō antecedentis. non em̄ est necessariū qḋ predicti illos inordinatos actus faciant antecedēter sed necessario sequenter qḋ plures saltē idiote ex illo actu scandalizanẗ ꝯiter cū ad eorū exemplū alij similia agere intentent, in hoc ēt grauissime peccant (dicēte Christo ibidē.) Qui scādalizauerit vnū de pusillis istis q in me credūt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius ꝛ demergaẗ in profundū maris. super quo Nico. de lira loquitur ingt saluator more palestinorū qui cōdēnatos ad morteꝫ pro maiori crimine ligato saxo ad colluꝫ precipitabant in mare,
84 sensus est ergo. expedit ꝛc. i. † melius esset hoi mori tpaliter q̄ ex malo exēplo suo facere aliū ruere in pctm̄ mortale, q2 ex hoc meretur mortē eternā que grauior est morte tēporali. ex quibus infero qḋ melius esset hos nephandos superstitiosos ꝛ necromāticos huius regni p rigorosaꝫ inquisitionē punire q̄ per eos tot aie specialiter perirēt ꝛ deus tot plagas nobis infligeret. Stulteqꝫ quoqꝫ agunt p talia media superstitiosa diuinū querere auxiliū. Nam quid stultius hoc actu submergēdi imaginē in aqua ꝛ reliquias ad obtinendū pluuiā. quid insanius q̄ alloqui imagini ꝛ protestari ꝯ ipsam que aures hꝫ ꝛ nō audit, ꝛ oculos ꝛ nō videt, vnde deridet spiritussanctus vel is qui per spiritū sanctum loquitur. Sapien. xiij. c. similes superstitiosos, cum dicit. Non erubescunt loqui cum illo qui est sine anima.

C
Sed quoniam falsa credulitate predicti ꝛ similes per tales actus illicitos firmiter credūt intra certū terminū obtinere pluuiā vel alios effectus. Nūc restat declarare aliqua. Et primo vñ sortilegia ꝛ maleficia suū sortiunẗ effectū. Ad qḋ rñdet magister Jo. Nider, in suo p
85 ceptorio, precepto. j. c. ix. † qḋ sortilegia ꝛ maleficia hñt efficaciā ex qnqꝫ. Primo ex parua confidētia quā hoīes hñt in deū, iō p mittit eos a demonibus impediri ſm illud Psal. xc. Qm̄ in me sperauit ꝛ liberabo eū. s. iustum, ꝛ p argumentū a ꝯrio sensu, qui non sperant in deū demonis ptāti relinquunẗ. Secundo ex errore qui in hoībus est cuius pene frequenter est effectus maleficij ſm illud ad Roma. j. Cū cognouissent deum non sicut deū glorificauerunt ꝛc. ꝛ obscuratū est insipiens cor eorū. Tertio vt fides probeẗ bonorū ſm Augu. qḋ probat p illud Deute. xiij. Si surrexerit in medio tui ꝓpheta, aut qui somniū se vidisse dicat ꝛ predixerit signū aut portentū ꝛ euenerit qḋ locutus est, ꝛ dixerit tibi, eamus sequamurqꝫ deos alienos quos ignoras ꝛ seruie
86 mus eis. † Nō audias verba ꝓphete illius aut somniatoris, q2 tentat vos dn̄s deus vt palā sciat an diligatis deū an nō. Quarto pp pactū expressum vel tacitū cū demonibus initū ꝛ societatē qualiter fit in oi superstitione vt dicit Augu. de doctrina christiana lib. ij. que societas, vt dicit, ab oi penitus fugienda est christiano. Quinto ex desiderio diaboli qui conaẗ cōtinuo decipere. j. Petri. v. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quē deuoret, cui resistite fortes in fide. ꝛ. c. xj. eiusdeꝫ prescripti libri dicit iste doctor, ꝛ cōformiter ad. s. Tho. in scḋo circa dist. vij. ꝛ. viij. ꝛ in. iiij. dist. xxxiiij. ꝛ cōiter ſm oēs Theologos ibidē scribētes, qḋ malefici, ꝓcurante demone, oibus istis modis possunt procurare lesiones in hominibus ꝛ eorum rebus

cooperante

cooperante demone quibus pōt demon solum ledere ꝛ decipe.

B
87 **Non** † eni fiūt illa maleficiorū opatione ꝓpria ꝛ imedia/te, sed talia fiunt p demones q(visis maleficijs) imediate ex pacto dudū cū maleficis a prin. mundi ꝛ tpe veris idololatrie habito sciūt qualē effectū debēt ad intētionē maleficioꝝ procurare, vt exēpli grā. scopa quā malefica intingit in aqua vt pluat, nō cāt pluuiam, sed demon talibus visis. q(si deus pmiserit) ptātē hꝫ in oīa corpalia ꝛ in aere ꝛ ventos ꝛ nubes, ꝛ statim talia ꝓcurare ꝛ cāre vꝫ. maga siqdē dat signum p scopā, sed demon illud ꝓcurat ꝛ agit vt pluat p demonis actionem cui maga mala fide ꝛ ope seruit ꝛ se tradidit obsequijs illius vel alijs si qñ imaginē terreā vel caracteres vel silē aliqd ad maleficandū aliquē maleficus facit, vel aliqñ maleficio alicuius in aqua vel plūbo apparet qcqd molestie infert tali imagini, tale experit fieri imaginato ꝛ oī maleficato, puta punctura vel alia lesura qcūqꝫ lesio realr qdē infert imagini p maleficū vel p aliū hoiem. Sed inuisibiliter demon maleficatū hoiem eodē mō ledit dei pmissio ne si demeruit reus. qd ꝓbat magr Gerson. j. parte in triologio astrologie theologizate ꝓpōne. xxj. sic inqt. Angelos presertim malos in artibus magicis ꝛ oibus supstitiosis opationibus que nec rōne nālē nec miraculū verū hñt. Sed ex pacto noto vel occulto nō dubiū opari, ac effectū sortiri, vñ dicit in ɔmēto eiusdeꝫ
88 ꝓpōnis allegādo Augu. † oēs tales obseruationes tātomagis suspectas ꝛ fugiēdas esse quāto sepius vident suū sortiri effectū. Et idē doctor ɔ̄ supstitionē cuiuldā medici eo. lib. ɔclusione. vj. (vt supradictū est) qd sicut vera ꝛ christiana fides mirabilia operat in hñ credentibus, sic mala ꝛ falsa credulitas deo pmittente euentus malos interduꝫ operat, vel potius demeret quotidie in male credulis quos ita deus punit pp malā fidē. immo dum cognoscit dñs nimiuꝫ adherere aliqbus vanis obseruātijs pmittit aliquos euētus ɔtingere, ꝛ ita eos plus ɔ̄ter firmari in tali opinione vt maior fiat cecitas eorū ꝛ in laqueū cadāt quē sibi fecerunt. Et de erroribus circa artē magicā. art. xvij. sic inqt. Qd p tales artes ꝛ ritus impios p sortilegia ꝛ carmina p inuocationē demonū, p quasdā inuultuationes ꝛ gestus ꝛ talia maleficia nullus vnq̄ effectus ministerio demonū subsequat. Error. Nā talia qñqꝫ pmittit deus ɔtingere vt patuit in magis pharaōis vel alibi pluries, vel ad ꝓbationē fideliū sicut habet Deute. xiij. vel iniquorū hoium dignā flagellationē, vel q̄ abutentes seu consulentes ꝓpter malam fidē aut alia peccata nepharia dati sunt in reprobum sensum ꝛ demerentur sic illudi. Hec ille.

E
89 **Ex quibus** liquide apparet ex qua origine† hac nr̄a tēpestate tot infirmitates pestilētie sterilitates terre nascētiū fructuū frugū ꝛ vinorū accidant totqꝫ milia pecudū aliorūqꝫ pecoꝝ ɔtinuo pereāt totqꝫ grādines tēpestates ꝛ intēperies aerū ꝛ fulgurū eueniāt. cū (ꝓh dolor) in hoc regno p maiori pte ad hos diuinos phitones ꝛ negromanticos, (ēt ꝓ re minima repienda vel sciēda) passim ɔcurrunt pusilli ꝛ magni.

F **Unde** pōt verificari illud Esa. j. de nobis q̄ oē caput languidū ꝛ oē cor merens a planta pedis vsqꝫ ad ver
90 ticē nō est in eo sanitas. † Per caput intelligunt principes ſm illud qd scribit. j. Regū. xv. de Saul rege. caput in tribubus Isrl̄ factus es. Per pedes cor ꝛ totū corpus iferiores ꝛ mediocres in corpe mistico ꝛ ciuili intelligere possumus, q circa has supstitiones ꝛ demoniacas aboiationes passim ꝛ absqꝫ vllo timore in dies ɔcurrūt, q deberēt ab his stultitijs p pricipes seculares vel ecclesiasticos, ꝛ p fideles inqsitores districtissime arceri. Sed nihil horū fit vt verificet illud Gregorij in pastorali. cū pastor p abrupta vadit necesse est vt grex ad pcipitiū trahat. Sed ve illis, q̄(vt idē Esaias ꝓpheta dicit. c. ix.) Et disperdet dñs ab Israel caput ꝛ caudā. i. malos principes ꝛ sacerdotes obsequentes eis ſm Nic. in gl. morali. Nā in textu exponēs ipse dicit. Lōgeuus
91 ꝛ honorabilis ipse est caput, † ꝛ in ꝓpheta loquēs mēdaciū ipse cauda est, ꝛ q sunt isti ꝓphete mēdaces nisi sacerdotes qdam nephandi phitones ꝛ necromātici ad quos ppl's iste stultus ꝛ insipiens passim ɔcurrit credēs ab eis in suis infirmitatibus liberari, res pditas p eorū diuinationē recuperare fauētes malefidei ꝛ idololatrie impiorū in sui dānationē ꝛ maximū scandalū aliorū, sed ve illis oibus, q̄ vt dicit Esa. c. statim prenoiato. Et erunt q beatificant ppl'm istū ꝛ q beatificant. i. decipiūt ꝛ decipiunt. pre
92 cipitati. s. in fossam inferni. † Dicunt. n. isti phitones falsi cauda, q̄ adherēt diabolo tanq̄ principi eorū sicut adherētes principi terreno vulgariter dicunt ire ad caudā eius, ꝛ in ista cauda. i. adherentia p mēdacia sua incuruant populū a rectitudine veritatis, ꝛ humiliant eū p falsas supstitiones ad immolandū ꝛ adorādū demonibus vel expresse sicut ipsi faciunt vel subintellecte, sicut ppl's facit credendo suis maleficijs. sed videant principes ꝛ nobiles huius tēporis si immunes sunt ab hoc vitio ipsi q siles debēt punire, ꝛ vtinā soli qñ volūtarie se seducunt, ꝛ alios secuꝫ trahūt. Nā vt dicit Jo. Gerson de supstitiosa obseruatione dierū. qd tpe suo vnus principū cū induceret vt qreret ɔsiliū a sapiētibus quos sciebat esse tales ꝛ sibi beniuolos, vtrū licite essent superstitiōes quas exercebat ꝛ credebat, rñdit cur ingrerem a talibus. Ego scio. n. qd dissōsulerēt mihi. Ego tñ sic agere ꝛ sic credere penitus disposui, nec omittā. ꝛ in hac infelicitate positus ꝛ preuentus morte repentina destitit vellet nolet nunc agnoscens in inferno, qñ odit dñs obseruantes vanitates superuacue. ꝛ cōtra Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius ꝛ non respexit in vanitates ꝛ insanias falsas. Hec ille.

G
93 **Sed dicunt** isti vulgares † qd multa iubent illis obseruari ab istis negromanticis in suis actibus ꝛ sortilegijs, q̄ sunt sancta ꝛ honesta, vt ieiunare, castum esse, missas celebrare, ꝛ dicere pr̄ nr̄ ꝛ euangeliū, qd ēt ipsi negromātici faciūt. ſꝫ nō attēdūt miseri qd ſm doctores theologos, supstitio tāto peior est quāto plura miscent bona, qñ vnde deberet honorari deus honoratur diabolus. Colitur reuera demon p orationes ꝛ sacrificia, ꝛ thurificationes iussas fieri in artibus magicis. Transfigurat. n. Angelus sathane in Angelū lucis, vt ait apl's, Immutādo doctrinas ꝛ obseruationes sanctas ꝛ amorē castitatis ꝛ virtutis cā vt seducat facilius q̄ vt veneret ꝛ colat sicut deus. Nā, vt dicit Joā. Gerson de passionibus aie. pte. iij. ɔsideratiōe. xvj. pp quid aliud iubemus in supstitiōibus magicis fieri thurificationes ꝛ orationes deuotas ꝛ ieiunia, petit quoqꝫ fieri ministeria per pueros innocentes nisi vt efficacius fallat ꝛ colatur sicut deus.

H
94 **Ex quibus** oibus ēt poterit † qs inferre. Vñ illi supstitiosi submersores imaginū ꝛ reliquiarū ꝛ alij siles credētes p siles actus indubitāter pluuiā obtinere tpe necessitatis suū obtineant effectū, q̄ a demone deo pmittēte ad vindictā malefactorū ꝛ puerse credulitatis illorū. Silr vnde cōiuria illa nephanda q. s. noiata sunt, ꝛ alie supstitiose coniurationes, vt iacere lapillos ɔ̄ nubes in cōiuratione credētes p hoc repellere tēpestatē, vt fateor me vidisse quēdā sacerdotē sic faciētē. Effectus. n. si qñ veniat nō ex vi illius cōiurationis superstitiose euenit, sed ex pacto demonis expresso vel subintellecto cuꝫ causis pdictis deo pmittente vt dictū est. Hñt. n. demones efficacias magnas ad mutandū corpa ꝛ elemēta, cāre pluuiā, ꝛ alios effectus ꝛ actiones aliquas mirabiles, vt scriptura sacra docet de magis pharaonis. Exo. vij. ꝛ. viij. c. q p virtutē demonum veros serpētes ꝛ ranas fecerunt, vt ponit s. Tho. j. parte. q. cxiiij.
95 arti. iiij. in corpe. Hoc idē ponit sup Job. c. j. † Quā pñt vere nāles effectus ꝓducere, sed mediātibus agētibus nālibus vt idem doctor ſꝫ de potētia dei. q. vj. arti. v. Silr ex his hñ pōt vnde hi qui cōcurrūt his diebus sine vllo dei timore ad maleficos ꝛ diuinos istos ꝓ recuperādis rebus pditis si ɔtingat aliqñ reperiri, vñ hoc ꝓueniat. pñt. n. angeli mali q̄tū dei prouidētia pmiserit agere multa silia ad angelos bonos tā ob subtilitatē vigoremqꝫ sbe sue q̄ ob pspicuitatē nālis ingenij q̄ ēt pp experientie diuturnitatē. Nūc in nālibus actionibus sursum ꝛ deorsum in celo ꝛ in terra nūc in opationibus miraculosis angelorū ꝛ oium spirituū beatorū q̄uis errēt frequēter. Excecat. n. eos malitia amēs supbia fremēs sine lege ꝛ ordine liuor insaniens. Excecat ēt eos potissimū iustū dei iudiciū illudens eis puersionesqꝫ eorū ꝛ conatus aduersus electos suos cōuertēs in vsum sue bonitatis.

I
96 **Que aūt** ꝛ quot nephanda † isti nepharij phitones ꝛ negromantici cōmittunt in suis diuinationibus, ēt sub pretextu religionis puta sacrificij, vel ieiunij nouerūt stulti illi, q quotidie nō verent ad illos cōcurrere ɔ̄ fidei pietateꝫ q̄ has oēs impias supstitiones dānat execratqꝫ. Ut. n. dictū est. s. nec pudet me iterū repetere qd sicut vera fides meret dotari miraculis dū opus est ad edificationē, ita falsa fides portētis ꝛ figmētis in sui dānationē vel aliorū ꝓbationem demeret illudi. Non ergo in his actibus phitonū ꝛ negromāticorū spem ponere debemus, sed in deo dicētes illud. ps. In manibus tuis sortes mee, q dat p hoc intelligi nō in supstitionibus ꝛ sortilegijs fictis ꝛ plerūqꝫ noxijs esse ɔfidēdū. Recta. n. spes in deo ponenda est, nō in hmōi vanitatibus nec suis obseruātijs. Obsunt aliqñ reipublice ꝛ viā ad hereses ꝛ idololatriam aperiunt. Nam articulus est Parisiensis inter alios primo in erroribus circa artem magicā quam ponit Joan. Gerson prima parte quod per artes magicas ꝛ maleficia ꝛ inuocationes nephariās querere familiaritates ꝛ auxilia demonum cum sit idololatria ꝛ error.

K 97 **Nunc** † querendum est vnde prouenit quod femine in maiori numero reperiuntur superstitiose ꝛ malefice ꝙ viri. Ad qđ rñdet primo magister Jo. Nider in suo ꝓceptorio ꝙ triplici de cā. Primo qꝛ prompte sunt ad credendum. Fidez aūt malā demon principaliter querit. vnde Ecclesi. xix. Qui cito credit leuis est corde. Scđo qꝛ a nā pp fluxibilitatem cōplexionis faciliozis sunt impressionis ad reuelationes capiendū ꝑ impressionē separatoꝝ spirituū vt dicit Guliel. Lugđ. qua cōplexione dū bñ vtunť multum bone sunt, dū male peiores sunt. Tertio qꝛ linguam lubricā hñt ꝛ ea que mala arte sciunt, eis cōparibus feminis vix celare pñt. seqꝫ occulte (cū vires non hñt) ꝑ maleficia vindicare querunt faciliter. Vñ ecclesia. xxv. Commorari leoni ꝛ dracboni plus placebit ꝙ habitare cū muliere neqꝫ. breuit, nō est malitia sup malitia mulieris. Hec Nider. ꝛ Jo. Gerson ꝯ superstitiosam obseruationē dierū dicit, ꝙ vetule, pueri, ꝛ puelle, ꝛ idiote proniores sunt ad tales supstitiones credēduꝫ ꝛ obseruandū vnde ortū habuit illud epithetō vetule sortilege.

L 98 **Queritur etiam** † vnde prouenit qđ res ꝑdite ꝛ furate quas qrūt simplices ꝯcurrentes ad negromāticos appareant in speculis. ꝓhialis siue vnguibus maleficoꝝ nigromāticoꝝ. Et cur malefici ad sua maleficia potius recipiūt vgines mares vel feminas ꝙ corruptos. Et vñ ēt ꝓuenit ꝙ isti sortilegi vt pluriuꝫ turpes habeāt ꝯspectus. Ad primā rñdet. s. Tho. j. parte. q. cxiiij. arti. iiij. ad. ij. qđ hoc qdē pōt dupľr cōtingere. Uno mō ab interiori ꝭm qđ demō pōt imutare fantasiā hoīs ꝛ ēt sensus corporeos vt aliqđ videať aliter ꝙ sit. hoc ēt interdū fieri đr virtute aliquarū rerū corpeaꝝ sicut alibi ponit exēplū qđ qdā herba apposita ad lumen cādele faciat trabes apparere serpentes. Alio mō ab exteriori ꝭm qđ demon possit formā ꝛ corpus ex aere cuiuscūqꝫ forme, ꝛ figure, vt illud assumēs in eo visibiľr appareat. pōt eadē rōne circūponere cuicūqꝫ rei corpee, quācunqꝫ formā corporeā vt in eius spē videať. vñ demon q in fantasia hoīs format aliquā spēm, ipse ēt pōt siľr spēm alterius sensibus offerre. Hec ille. Sꝫ ꝛ Guil. Pariēsis in vlti. parte de vniuerso, dicit qđ ope demonū fit ꝑ plures

99 modos. † Prio, nāli applicatiōe alicuius rei, qꝛ ptātē hꝫ in hoc plusꝙ hō ꝛ sciam maxime qñ deus ꝑmittit exeq vt. s. dictuꝫ est. Scđo mō assumpto corpore pōt se ostēdere aliquā rē q nō est vt lactucā, vt accidisse vr̄ moniali, de qua refert Greg. ꝑ lib. dialogoꝝ, qua gustādo imediate a demone obsessa est. vel in massa auri, vt. h. Ant. factū legiť, vel lupū, vel vrsum, vel alia hmōi se ostēdere pōt. ꝛ sic tenere rē alienā suo corpore assumpto. Tertio pōt turbare organū visus vt videať res nubilosa q est clara ꝛ hmōi. Sicut ēt post fletū lumē apparet aliter ꝙ antea. Quarto in imaginatiuā potentiā operādo transmutatione spērū sensibilium vel humores varios mouēdo vt appeant ignea vel aquea, vel hmōi sicut in melācolicis nāliter fit, vel in demoniacis, vt dicit sanctus

100 Tho. j. pte. q. cxj. arti. iij. ad. iij. q. vt dicit Nider. † virgines iſm ad hoc idoneos vel idoneas demō mētiť triplici de cā, lꝫ corruptis idē ostēdere valeret. Prima, vt fingat falso se castitatē amare quā odit, qꝛ castissimā virginē summe odit q ꝯtriuit caput serpētis. vñ insidiať calcaneo eius. vñ deus ait serpēti. Inimicitias ponā inter te ꝛ mulierē ꝛ semē tuū ꝛ semen illius. ipsa cōteret caput tuū, ꝛ tu insidiaberis calcaneo eius. Geñ. ij. hoc ēt dicit scūs Tho. de potētia dei. q. vj. art. x. ad. iiij. qđ demones vocati a virginibus veniūt, vt ducāt hoīes in opinionē sue diuinitatis quasi mūditiā amēt. Scđo vt sic aīas maleficoꝝ ꝛ eis credētium decipiāt ad amicitiā demonis inclinatas ꝑ infidelitatis vitiū sub spē boni, nō sub spē mali. Tertio vt corpa sic ledat innocētū vel minus vitijs infectoꝝ. Nā postea (vt ꝑ expientiā pꝫ) tales hñt visum frequēter horribiliorē ꝙ antea ex vestigijs demonū relictis in oculis vel facie vidētis. Hec ex doctoribus ꝑdictis. sꝫ ꝛ Joā.

101 Gerson de distinctiōe verarū visionū a falsis, pte. j. sic inqt. † Ceterū q ꝑscrutať acutius artiū magicarū traditiones sacrilegas ꝛ impias facillime noscit ꝑ̄lima ibide obseruanda, ꝓponi sup immoderatis ieiunijs ꝛ alijs nō ad aliud ꝙ ad sensus ꝛ rōnis ꝑturbationē, quo fit vt ēt plerunqꝫ talibus dediti cadant in insaniā ꝛ vultus oculoꝝqꝫ errorē terrificū potianť. Hec ille. Sꝫ ꝛ hoc nāli rōne ꝛ experiētia videmus. Nā vt đr ꝑ quendā concionatorē Hispanicū amarillo ha ze el oro al que lige suminero y temblador el thesoro dela azogue al del venero (qđ est dicere) palliduꝫ facit aurū ille q sequiť suū minerale, ꝛ tremulū q tracrat venam thesauri, viui argenti, ꝛ sic de alijs mineralibus. Nam si facies Moysi splendida facta est ex ꝯsortio sermonis diuini, ita vt nō possent filij Jsrael ꝓspicere in faciē eius, pp claritatē vultus illius, vt habeť Exođ. xxxiiij. Nimirū si facies necromāticoꝝ, ꝛ sacrilegoꝝ istoꝝ turpes ꝛ teterrime appareāt ex ꝯsortio tā horribiliū visionū demonū, vt turpiū aīaliū in qbus apparent, qꝛ vt dicit sanctus Tho. sup Job. xix. c. lectione. ij. de grauitate huius peccati, in prin. demones frequentes apparent in figuris bestiarum que designant conditiones eoꝝ ex prouidentia dei.

M 102 **Nūc restat** declarare q ꝛ ꝗta sit grauitas hui⁹ pcti. † Pro quo notā. est ꝑ, quod multipliciꝝ pena ēt sub pena mortis aīe ꝛ corporis ꝓhibitū est. vñ Leui. xix. Aīa q đclinauerit ad magos ꝛ ariolos, ꝛ fornicata fuerit in eis ponā faciē meā ꝯ eā ꝛ interficiā eā de medio ppľi mei. Jtē ibidē. xx. c. Uir siue mulier in qbus phitonicus vel diuinus spūs fuerit moriať ꝛ lapidibus obruēt eos, sanguis eorum sit sup eos. ꝛ Exo. xxj. precipiť maleficos nō patieris viuere gl. Maleficos q prestigijs magice artis ꝛ diabolicis figmētis agūt cooperatores ꝛ adiuuatores diaboli. Scribiť. n. j. Reg. xxviij. qđ Saul abstulit oēs magos ꝛ ariolos de terra, ꝛ interfecit eos q phitones hēbāt in ventre. Per hoc pctm̄ Ochozias rex Jsrael mortuus ē, qꝛ infirmus spreto deo vero misit nuntios ad ꝯsulendū Beelzebub deū Accaron. vt habeť. iiij. Regū. j. c. ꝛ Saul, qꝛ postea phitonissam consuluit, nec sperauit in dño, pp hoc interfectus est ꝛ transtulit regnū eius. j. Parali. x. ꝑ quibus ꝛ silibus, facit illud qđ scribit magister Jo. Gerson, de erroribus ꝯ artē magicā. pria pte sic inquiēs. Ut recedēs pctōr a deo declinetqꝫ in vanitates ꝛ insanias falsas, ꝛ ad eū q p̄r est mēdacij tādē iprudēter apostatādo se ꝯuertat. Sic demō oēs q fide ꝛ ope absqꝫ deo vero sunt, vt a deo falso ludificeť necesse est. vt scribiť in legēda. b. Barth.

103 † Jtē ꝭm cano. si diuinatoꝝ ꝛ maleficoꝝ pctm̄ occultū sit, iponiť pnia. xl. dierū. extra de sortil. c. j. Si notorium sit, eis eucharistia negať. de ꝯse. di. ij. ꝑ dilectiōe. Si sit clericus deponēdus ē, si laicus excōicādus. xxvj. q. viij. nō opꝫ. tales ēt infames sunt, ꝛ q ad eos ꝯcurrūt. vñ nec ad accusationē debēt admitti. ij. q. viij. qsqs. Jtē tales ꝭm leges debēt plecti pena capitis, ꝛ si accedāt ad domū alterius cremari, ꝛ bona eorum debēt publicari. C. de malefi. l. nēo. l. culpa. ꝛ. l. nulla. Cōtra oēs. n. diuinatores ꝛ maleficos iura ciuilia seuissima sunt. Sꝫ ꝛ de⁹ ipse pp hec pctā multipľr punit pctōres. s. pena sterilitatis fructuū siccitatis grādinū, vētiuētes, ꝛ alioꝝ hmōi imissionū ꝑ angelos malos ꝑmissiue. vt hr̄ ps. lxxvij. ꝛ in alijs locis pl̄imis sacre scripture, vt. n. dicit. s. Tho. j. pte. q. cxiiij. art. j. ad primū. demones mittūtur a deo ad puniēdū malos, pp eius iustitiā. ꝙuis ipsi puniāt ex odio ꝛ inuidia. Sꝫ. b. Aug. vt hr̄. ij. q. vij. nō obseruabitis, enumeratis multis supstitiōibus sic ꝯcludit. Qui has ꝛ qualscūqꝫ diuinationes, aut facta, aut auguria obseruat, aut attēdit, aut ꝯsentit obseruātibus, aut talibus credit, aut ad domū eoꝝ vadit, aut in suā domū introducit, aut interrogat, sciat se fidē xpianā ꝛ baptis. ꝑuaricasse, ꝛ vt paganū ꝛ apostatā, ꝛ dei inimicū, irā dei grauiter i eternū incurrē, nisi ecclīastica pnia emēdat⁹ deo recōciliet. Hec ille.

De remedijs pro adeptione bonorum ꝛ euitandis malis.

N 104 **Que** † aūt sunt remedia licita hoīs ꝑ adeptiōe bonorum quoꝝcūqꝫ ꝛ ꝑ euitādis malis qbuscūqꝫ reiectis maleficijs diuinatiōibus, ꝛ supstitiōib⁹, Ponit Jo. Nider ꝓcepto. j. c. ix. ꝛ sunt qnqꝫ. ꝑ faciat (inqt) hō id qđ possit ex ꝓpria industria ex ꝓpria potētia ꝛ viriū suaꝝ exercitatiōe ꝑ viā nālis rōnis ꝛ prudētie ꝛ artis q̄s sciuerit ħ vocať facē qđ in se est, ne videať tētari deus. qđ Apľs. ij. ad Cor. ix. iubet dicēs. Abūdetis in oē opus bonū. Scđo hō recursum hēat ꝑ ꝯsilio ad alios hoīes qui sunt in ħ prudētiores. ꝛ sup ħ iploret auxiliū potētioꝝ, vt cū ꝑito in arte medicādi si est infirmitas nālis. iō ecclesia. xxxviij. Honora medicū pp necessitatē, etei eū creauit altissimus. A deo est oīs medela. Tertio se ꝯmēdet pcibus iustoꝝ huius vite. vñ ecc. xxxvij. Cū viro scēo assiduus esto, quecūqꝫ cognoueris obseruātē timorē dei, cuius aīa est ꝭm aīaꝫ tuā. Quarto deuote inuocet scēos p̄rie. de q Job. v. đr. Uoca si est q tibi rñdeat, ꝛ ad aliques

105 scēoꝝ ꝯuertē. † Quinto ad deū ꝑ adiutorio imediate recurrat humiľr sicut in veteri testō ipsa virgo sacra fecit. Tobie. iij. q ait. hoc ꝑ certo hꝫ oīs q colit te, qꝛ vita eius si in ꝓbatiōe fuerit coronabiť, ꝛ si in corruptiōe fuerit ad misericordiā tuā puenire licebit. ꝛ Josaphat rex Juda in tribulatiōe inimicoꝝ existēs. ij. Parali. xx. ait. cū ignoramus qđ agere deamus, ħ solū hēmus residui, vt oculos nr̄os dirigamus ad te, ꝛ si intētū non adipisciť qs ꝑ primā viā addat scđaꝫ, ꝛ sic (si opꝫ) tertiā vsqꝫ ad vltimā, qđ si ꝑseuerauerit, ꝛ si qđ ad salutē est rogauerit vtiqꝫ exaudieť, aut in ꝓpria petiti forma, aut i equalēti. Exēpli grā, si vis carere vitio, aut occasiōe eius, aut hr̄e vtutes, deuotionē, ꝛ hmōi spūalia bona, siue

na, siue hre tpalia, vel carere malis huius vite, p primū arripe. se cūdo adde ſm, ⁊ sic ꝯsequenter, sed alia remedia querere supsti-
106 tiosum, illicitum est, ⁊ diabolicum. † Naʒ arti. quidam est in Jo. Gerson. parte. j. de erroribus circa artem magicam, talis ꝙ licitum ē ⁊ sit ⁊ permittendum maleficia maleficijs repellere error. Non. n. sunt maleficijs repellenda. nam aliter sapere, est contra fidem desipiscere. Sunt aūt tria quibus non prohibetur vti in remedium. s. herbis, ⁊ similibus que naturaliter habent virtuté. De quo ſm naturales ⁊ medicos ratio reddi potest. vnde beatus Hierony. dicit, ⁊ ponitur. xxvj. q. vij. demona sustinēti lʒ petras habere ⁊ herbas sine incantatione. Iteʒ verbis sacris si alicuius auctoritatis sint ⁊ alijs sacris rebus. vnde si aliquis colligat herbam medicinalem cum simbolo diuino, vel oratione dominicali, vel scribat in charta simbolum vel orationem dominicalem vel versus alicuius psalmi, ⁊ ponat super aliqueʒ infirmū, vt sic in istis tantum deus creator honoretur, non reprobaẜ, dum modo nulla alia superstitio admisceatur, vt habetur in concilio Martini pape. xxvj. q. v. non liceat. tertio in ieiunijs, ⁊ orationibus ⁊ elemosinis ⁊ alijs operibus que sunt de genere bonorūʒ que certum est placere deo.

O
107 **Quibus vijs** † deficientibus vbi humana subsidia defecerint solum refugium restat in dei misericordia, ⁊ diuina postulanda est gratia. de conse. di. j. omnis. hec aūt non superstitiosis, sed pijs obseruationibus. Non demonum inuocationibus, sed vite emendatione, ⁊ deuota ⁊ assidua oratione, exemplo chananee mulieris. Matth. xv. Hec aūt (vt ait Chrysostomus) non fuit ad diuinos, non quesiuit ligaturas, non vocauit ipostatrices mulieres, sed reliquit omnia diabolica tentamenta, ⁊ venit ad Jesum. ad ipsum enim, vt ait Grego. primo confugiendum est qui nostre possit curare anime passiones. Non ad homines reprobos superstitiosos ⁊ incātatores. nam hoc non est ire ad Christum, sed diabolum, vt ostēdit Augu. xxvj. q. ij. illud quidem. Si. n. deum volumus mutare sententiam suam, nostram in meliorē mutemus vitam. Rejiciat ergo fides catholica ⁊ iudicium expertorum seu virorum literatorum tales vanitates ⁊ superstitiosas obseruantias.

P
108 **Nos etiam** † fratres charissimi vitemus ⁊ abijciamus hec opera tenebrarum, ne cadat indignatio dei super nos, qꝛ, et dicitur ad Colossēſ. Propter hoc venit ira dei in filios diffidentie. Nam si indignatio principis mors est, quāto magis Dei. Non queramus ab eo veritateʒ qui mendax est. non speremus insuper ab eo prosperitatem qui hostis est, neqʒ ineamus pactum cum eo qui inuidus est, nec consortium cum excommunicato, ⁊ apostata. nec fideʒ proditori perfido adhibeamus. fefellit reuera omnes, ⁊ fallit quos sibi, aut institutis suis deditos inuenerit.

Q
109 **Sed humana** † impatientia plerūqʒ contra diuinam prouidentiaʒ que ideo differt exauditionem, vt magis excitet affectionem quod fecit in muliere chananea pro filia deprecante, vt dictum est reluctari nititur dicens, obsecramus deuʒ, nec exaudit, ieiunamus ⁊ non aspicit, humiliamus animas nostras ⁊ nescit, peregrinationē facimus ⁊ processiones nec attendit, que impatientia impulit Saul vt consuleret phitonissam in Endor. vt habetur primo Regum. xxviij. in suscitatione Samuelis. vnde ⁊ dicebat. si quidem Philistini pugnant aduersum me, deus recessit a me ⁊ exaudire me noluit neqʒ in manu prophetarum, neqʒ per somnia. Sic murmur resonat, sic querimonia istorum vulgarium quasi gens que fecerit iustitiam ⁊ que iudicium dei sui non dereliquerit, ⁊ quasi populus qui non auersus fuerit a deo suo per diuersa peccata sic erecta ceruice deum suis petitionibus omnibus volunt esse obnoxiuʒ, cuʒ tamen verissime sint, populus qui labijs suis deuʒ honorat, ⁊ vtinam hoc inueniretur, nec verius diceretur blasphemat. cor autem eorum longe est a deo, deum verbis ⁊ factis ⁊ diuersis superstitionibus ipsum ad iram prouocat.

R
110 **Conticescat hec** † obstinatio diabolica frēdēs ꝯ̄ diuinaʒ prouidentiaʒ, quin potius patienter expectemus sicut agricola expectat pretiosum fructum terre patienter ferens donec accipiat temporaneum ⁊ serotinum. non prefigamus terminum diuine misericordie, iuxta consilium sancte Judith dicentis. Nos in deum toties delinquimus, ⁊ in omnem iniustitiam. Jmmo in omnes creaturas suas, cur non tolerabimus flagella pij patris.

¶ Auertat ergo has omnes superstitiones diabolicas a nobis ille qui ad debellandū aereas potestates ⁊ demonuʒ insidias humilis apparere dignatus est, qui deus benedictus cū patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat per infinita seculorum secula. Amen.

FINIS

TOMVS TERTIVS

Tractatuum, De his que ad censuram pertinent ecclesiasticam explicit.

VENETIIS

Diligenti cura, ac summo studio elaboratus.



Registrum

a b c d e f g h i k l m n o p q
r s t v x y ʒ ⁊ ꝛ ꝑ

A B C D E F G H.

Omnes Quaterni.



colorchecker CLASSIC

calibrite



mm

